8 5 5 B 10

Del Balzo Carlo –

Uomini e

NAZIONALE
R. BIBLIOTECA
CENTRALE V. E. II
8 M
55 B
10
ROMA

Digitized by Google

8-55-B10

~~HVC 127 B3~~

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAXIS
CONFESSARIORVM
TRACTATVS MAGNOPERE
neceſſarius ad munus Confeſſarij,

AVTHORE

CAROLO DE BAVCIO
SACERDOTE CAPVANO.

In quo

Primò, agitur de prudentia Confeſſarij circa interrogationes faciendas pœnitentibus, & præſertim mulieribus, ac indoctis perſonis.

Secundò, agitur de ignorantia excuſante peccatum, & circa quam rem poteſt dari ignorantia inuincibilis.

Tertiò, agitur de varijs caſibus conſcientiæ practicis, & curioſis ſcitù dignis, qui paſſim in Doctoribus non reperiuntur.

Et in hac ſecunda editione,

Dupliciter auctus, ac plenus doctrinis neceſſarijs, practicis, ac curioſis, non dum conſideratis à Summiſtis in ordine ad excipiendas confeſſiones, et ad eruenda peccata à conſcientijs pœnitentium. Agitur denique de neceſſaria ſcientia confeſſarij.

Neapoli, Typis Octauij Beltrani. 1639.
Superiorum permiſſu.
Expenſis Petri Agnelli Por riui

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Eminentiſs. ac Reuerendiſs.
Domino

FRANCISCO BVONCOMPAGNO

Archiepiſcopo Neapolitano, S.R.E. Cardinali eximio.

Carolus de Baucio Sacerdos.

O*Perepretium exiſtimaui, ut denuo in lucem prodiret Praxis Confeſſariorum à me compoſita, & in hac ſecunda editione magis aucta, & doctrinis prædita à Do-*

Digitized by Google

ctoribus non conſideratis in ordine ad bene agendum munus Confeſſarij, & quia expedit Reipublicæ Chriſtianæ, ut Confeſſarij ſint docti, & probi, idcirco operam dedi, practicas, ac neceſſarias doctrinas Confeſſarijs patefacere, ne tempus conſumerent in obuoluendis multis libris, & quia etiam Zelus V. Em. tendit ad abolenda peccata huius populi, nedum medio ſuo exemplo, ſed etiam media doctrina, ut mundo manifeſtauit in erigenda pœnitentiaria tuis expenſis in Archiepiſcopali Eccleſia Neapolitana, ideo alio Principi hos labores conſecrare non potui, niſi tibi magno Principi omni laude digno, non ſolum ob me-

rita

rita heroicorũ tuæ familiæ, ſed etiã ob merita tuæ perſonæ, ſatis clara huic Regno, & Vrbi, vbi reſidet Summus Pontifex, qui ſatis recte conſuluit huic Ciuitati, vt talis Princeps præeſſet, ſolum remanet, vt hoc opuſculum elaboratum ob ſalutem ſpiritualem huius populi tua innata benignitate acceptes; cæterum viue, & vale Eminentiſsime Princeps.

Digitized by Google

A

ABbas.
Adrianus.
Alfonſus de Leone.
Alterius.
Alenſis.
Alcozer.
D. Antoninus.
Angelus.
Angles.
D. Anſelmus.
Armilla.
Aragonius.
Auila.
Auguſtinus.
Azor.

B

Bartholomæus à S. Fauſto.
Bannes.
Bartholomæus ab Angelo.
Bonacina.
Bartholomæus Medina.
Baldus.
Bartolus.
Beia.
Beccanus.
D. Bernardus.
Baſilius Pontius.

C

Caietanus.
Couarruuias.
Coninchus.
Corduba.
Carthuſianus.
Canus.
Caſtrus.
Clemens VIII.
Corilianus.

Dia-

D

Diana.
Durandus.

F

Faber.
Facundez.
Filijuccius.
Floronus.

G

Gabriel.
Gomez.
Guttierez.
Graſſius.
Granado.
D. *Gregorius.*

H

Henriquez.
Homobonus.
Hoſtienſis.
Hieronymus de Ruua.

I

Ioannes de la Cruz.
Ioannes Maria Nouarius.

L

Layman.
Leſſius.
Ledeſma.
Lezana.
Lopez.
Lorca.
Lupus.
Ludouicus de S. Ioanne.
Llamas.

Ma-

M

Maiore.
Malderus.
Maſcardus.
Martinez.
Megala.
Merolla.
Michel Medina.
Molina.
Monteſinus.

N

Nauarr.
Naldus.
Nugnus.

P

Palatius.
Paludanus.
Panormitanus.
Pharaonius.
Petrus Nauarra.
Pinellus.
Pitigianus.
Pius V.
Poſseuinus.
Portel.
Puteus.

R

Raymundus.
Rebellus.
Reginaldus.
Riccardus.
Rodriquez.
Roſella.
Ruiz.

S

Soto.
Syluius.
Salonius.
Suarez.
Sanchez.

Sà.
Sayrus.
Scotus.
Salas.
Sancius.
Sarmiento.
Sixtus V.
Sorius.

T

Tabiena.
Tannerus.
D. Thomas.
Toledus.
Tridentinum.
Turrianus.

V

Valentia.
Valerius.
Vaſquez.
Vegha.
Veracruz.
Victoria.
Villalobos.
Viualdus.
Vgolinus.

Z

Zambranus.
Zanardus.
Zerola.

Adm.

Digitized by Google

Præſens liber iterum imprimi poteſt ſi placuerit Perilluſtri, & Reuerendiſs. Domino Gen. Vic. die 27. menſis Maij 1639.

Alex. Ruſsus C.D.

D. Io. Dominicus Aulisius C.D.

Imprimatur.
Alexander Lucianus Vic. Gen.

Digitized by Google

Excellentiſs. Domine.

EX mandato tuo, de Prudentia Confeſſarij, D. Caroli de Baucio, tractatum additum ad eiuſdem Confeſſarj Praxim, aliàs per ipſum typis traditam; vidi quoniam in eo nihil, quod bonis moribus, aut reipublicæ tranquillitati, repugnet, inueni, propterea, vt euulgetur dignum puto, Vale Neapoli 29. Iulij 1639.

Excellentiæ tuæ.

Seruus Addictiſsimus.
Franciſcus Lombardus Can. Neap.

Viſa ſupradicta relatione imprimatur.

Vrſinus Reg. Brancia Reg.

Ad

Digitized by Google

Digitized by Google

Ad Lectorem.

CVm per multos continuos annos in Archiepiſcopali Eccleſia Neapolitana, fidelium confeſſiones exceperim, conſequenter didici multa, non tàm ex libris, quàm ex ipſis pœnitentibus, ac proinde operepretium fore cenſui, vt typis mādarentur, ne caderent à memoria Confeſſariorum, cum detrimento

pœni-

Digitized by Google

pænitentium; nam ſatis refert pænitentibus confiteri cum hominibus doctis, & idoneis ad audiendas confeſsiones, cauſa abolendi ſcrupulos, & peccata à corde hominum, parum cognita. Vnde ponam res valde practicas, & in dies occurrentes, cum maiori breuitate quam potero, quandoquidem ſcio, recentiores breuitate gaudere; ſed euitabo illud dictum; dum breuis eſſe laboro oſcurus fio, nam extrema ſunt euitanda.

TRA-

Digitized by Google

TRACTATVS DE HIS,

Quæ pertinent ad Prudentiam Confeſſarij.

PRimò, pertinet ad Prudentiam Confeſſarij agnoſcere quando pœnitentes, qui ei cõfitentur ſunt docti, & de inhoneſta cogitatione confitentur; non enim ſunt interrogandi, an de coniugata, ſoluta, vel virgine cogitauerint: Quia ſi id opus eſſet eis exprimere, illud ipſi non tacuiſſent, & præſertim quando talis eorum confeſſio eſt de peccatis venialibus, vt rectè docet *Lop. c.*27. **Lopez.**

Secundò, ad Prudentiam Confeſſarij ſpe-

ctat honeſtiori modo interrogare vxoratos, ſic dicendo: an vtantur benè matrimonio, non explicando, vt aduertit *Caietanus* citatus à *Lopez* loc. cit. an iſto modo, vel in illo exercitio illius actus coniugalis ſe habeant.

Caietan. *Lop.*

Tertiò, ad prudentiam Confeſſarij ſpectat tacere, & nihil interrogare quando videt pœnitentē ignorantia inculpabili ignorare aliquid eſſe peccat. mortal. & in bona fide eſſe, ſi damnum, & ſine fructu ex admonitione ſequendum eſſe moraliter certum ſit.

Quartò, Ad prudentiam Confeſſoris ſpectat in iniungendis pœnitentijs eum modum obſeruare, qui congruat, & qualitatibus peccatorum, & perſonarum conditionibus, & ſtatibus, eorumque facultatibus, & viribus, & iuxtà conſilium *D. Auguſtin.* prudentia Confeſſoris exigit, vt perditiſſimi, & magni peccatores in principio mitiùs, & blandiùs tractentur vſq; dum pertrahantur ad Deum, exhortando illos ad frequentationem confeſſionis, &c. & ne poſt confeſſionem ante octo dies communicent, quo melius ſe preparent, & reuerentiùs, & mundiores accedant.

D. Aug.

Quintò, officium prudentis Confeſſoris eſt non cauterizare conſcientias pœnitentium infirmas, vel extinguere linum fumigans,

Digitized by Google

gans,eligendo opiniones rigidiores, & magis auſteras; nam, ſatis eſt, vt pœnitens ſequatur opinionem probabilem.

Sextò,ad prudentiam Confeſſarij attinet interdum interrogare pœnitentes de peccatis,vnde docet *Lopez cap.28.* quod primo interrogandus eſt pœnitens de ſtatu, & cõditione, & modo viuendi,niſi alias ſit notus Confeſſori,& hoc, vt nouerit ei remedia applicare conſentanea. Secundò,interrogandus eſt, quantum pertranſierit temporis, ex quo non fuerit confeſſus; vt noſcat Confeſſor, an ſeruauerit pœnitens præceptum Eccleſiæ; de confitendo ſemel in anno,quia aliter ſe gerere habet cum confitẽtibus frequentiùs, quàm cum tantum de anno in annum ſemel confitentibus. Tertiò,interrogandus eſt,an in Confeſſionibus nibus præteritis, cauſa pudoris, vel craſſi examinis omiſerit confiteri aliquod peccatum: Quod ſi dixerit, ſic omiſiſſe reiterandam illi eſſe confeſſionem de omnibus peccatis illis confeſſis iudicat,quia valida non fuit: mittenduſque eſt ad faciendum omnium peccatorum in illa ficta confeſſione omiſſorum examen, & hoc niſi eſſet in extremo mortis periculo conſtitutus: vbi eſſet periculum in mora examinandi conſcientiam: Quod ſi inſtiterit pœnitens hic, in hoc caſu, vt audiatur, & abſoluatur, non *Lopez.*

Medina. Lop. Lop.

eſt audiendus,neque abſoluendus,ita *Medina* cit. à *Lop*.loc.ſup.cit.

Verum *Lopez* in hoc caſu ſic dicit: [Si puella nubilis, quæ per totum annum recluſa domui manet, & cuſtodita, veneritque comitata cum matre ſemel in anno ad Eccleſiam ad confitendum, communionẽque ſuſcipiendam, interrogataque à Confeſſore,an examinarit conſcientiam,dixerit, eam craſſe, & parum examinaſſe,quod non damnaret Confeſſorem eam audientem, & abſoluentem,caſu quo aliàs grauem notam infamiæ incurreret, ſcandalumque graue oriretur,ſi viderent parentes eius, eamque comitantes in confeſſam,& inabſolutam,& incommunicatam abire,& quaſi deſperatã; vnde aliquid ſiniſtri contra eam ſuſpicarentur;]ratio eſſe poteſt dico Ego,quia integritas materialis confeſſionis, & etiam formalis eſt præceptum purè diuinum; at ſeruare famam proximo, & non ei prębere ſcandalum; eſt præceptum naturale diuinum: ergo debet præualere hoc præceptum illi puro præcepto diuino, & conſequenter pœnitens in ſupradicto caſu eſt audiendus, & abſoluendus.

Confirmatur à pari: nàm præuia confeſſio mortalium,ante ſuſceptionem Euchariſtiæ eſt præceptum diuinum, & nihilominus quando illa fieri non poteſt, niſi interuc-

ueniente infamia pœnitentis excuſatur ab illa facienda, & tantum ſufficit, vt ipſe de peccatis eliciat actum contritionis, ergo, &c.

Septimò, ad Prudētiam Confeſſoris ſpectat interrogare pœnitentes de his peccatis, quæ veriſimiliter committere potuerunt; quia Confeſſor cum ſit Iudex tenetur interrogare omnia ea, quæ noſcit eſſe neceſſaria ſcitu ad ferendam iuſtam ſententiam, aliàs ſuo officio abutitur, iuxta *Caietan.* citato à *Lopez capitul.* 28. Verùm nullatenus quieſcendum eſt pœnitenti, vt prius interrogetur, vt ipſe vult, & petit, quam ipſe priùs ſua peccata, de eis ſe accuſando narrauerit. *Caiet.* *Lop.*

Octauò, ad prudentiam confeſſoris pertinet, vt cum audit mulieres, non eas directa facie contra faciem ſtando, audiat, nec multum proximè aſtare permittat, ſed honeſtiori modo, & reuerentiori, nempè aliquantulum verſis earum vultibus ad ſacerdotis latus, & aliquantulum demiſſis faciebus, vt verecundiam, & pudorem, etiam in illo loco teſtentur, & poſt auditam earum confeſſionem, puellas quando videret eſſe neceſsè, tanta cautela, & tàm honeſtioribus verbis interroget, vt ſicut dixit *Victoria* cit. à *Lop. c.*28. Si ad iſtā primam interrogationem, quæ primò fieri debet *Vict.* *Lop.*

eis,ſcilicet, an aliquid inhoneſtè cogitauerint; reſponderint non, nõ eſt vlterius procedendum, nè fortè ſcandalizarentur, vel aduertentes ad ea,quæ antea non nouerãt, peccare doceantur; ſi autem dixerint, ſe inhoneſtas habuiſſe cogitationes, vlterius interrogandæ ſunt, an in illis immoratæ fuerint aduertenter: Quod ſi dixerint non,ſed eas ſtatim abieciſſe: tunc hic ſiſtat Confeſſor,nec vlterius quærat. Quòd ſi in illis cogitationibus demoratas eſſe reſponderint; interrogãdæ ſunt,an ſint nuptæ,& in quod obiectum verſata fuerit cogitatio erga virum vxoratum, an Religioſum, an inſignitum ordine ſacro.

Rurſus interrogandæ ſunt, an conſenſerint voluntate in opus, quod ſi reſponderint,ſe illud cogitatum deſideraſſe. Rurſus interrogentur, an opere conſumauerint. Sed ſi aliqua puella accedat adoleſcentula quidem ætate, ſed grandeua malitia, quæ iam prius detegerat ſuam impudentiam,ab hac liberius interrogabit Confeſſor circũſtantias neceſſarias, ſemper tamen honeſta forma verborum.

Præterea, cum Confeſſarius rationabiliter inductus, interrogat de pollutione voluntaria,vel extraordinaria, vel de fornicatione, non requirat modum, ſed ſatis eſt ſi pœnitens explicet numerum, & ſpecies

ci-

citra deſcenſum ad aliquas turpes circumſtantias peccati, modo non ſit aliqua circumſtantia mutans ſpeciem. Idemque obſeruandum eſt in cogitationibus moroſis, vel verbis, & tactibus; ſed quando non eſt adminiſtrata Confeſſori rationabilis occaſio prædictos modos extraordinarios mutantes ſpecies, dico Ego, inquirendi, ſummatim interrogandos eſſe pœnitentes de oſculis, & amplexibus, & alijs impudicis tactibus, dum non contingunt inter coniuges, neque tutum eſt ſuper his multum replicare interrogando, verum quando ſecuta eſt copula, hi actus ante copulam, & poſt copulam non ſunt interrogãdi, modo non fuerint facti poſt copulam in ordine ad aliam copulam faciendam; ita *Nauar. conſ. 7. de pœnit. & remiſſ.* *Nauar.*

Sed quando coniuges interrogantur in communi, an honeſtè vſi fuerint officio ſancti matrimonij, & reſponderint, quod non, nempè quia variarunt ſitum, quando copulam carnalem exercuerunt, increpandi ſunt; & licet culpa mortalis non ſit variatio ſitus in copula, vt ſi efficiatur actus cõiugalis viro ſuccumbente, & muliere incũbente, nihilominus eſt grauis culpa venialis, niſi hoc ob rationabilem cauſam ſit, vt ſi vir ſit ſatis pinguis; vnde benè aduertit *Sanchez de matrim. lib. 9. diſp. 16. num. 3.* conſi- *Sanchez.*

tentem ſitum extraordinarium in concubitu ſeruato legitimo vaſe, non eſſe neceſſario interrogandum de effuſione ſeminis extra vas,ſi euenerit,nec ne?vel expertus ne ſit illius periculum,quia hæc non frequenter,ſed rariſſimè accidunt. Nec ex aliqua ſeminis effuſione extra vas concludi variationem debiti ſitus eſſe culpam mortalem, quia ſolet matrix interdum parum ſeminis retinere, quod ad generationem ſit ſufficiens,expulſo reliquo. Ratio verò allata à Sanchez,cur non ſit peccatum mortale,ſi efficitur actus coniugalis viro ſuccumbente, & muliere incumbente,eſt,quia ſemen non recipitur in fœmineam matricem per infuſionem,ſeù per deſcenſum,ſed per actractionem, eo quod ſit virtus naturalis in ea ſemen attrahens, ſicut in ſtomacho reſpectu cibi; nec tenentur coniuges maiorem prolis certitudinem curare; ſatis enim eſt illius conceptionem non impedire. *Sanch.*

Nonò,ad prudentiam Confeſſoris pertinet interrogare pœnitentes, an dederint alicui ſcandalum, quando in peccata prolapſi ſunt; tunc enim circumſtantia ſcandali neceſſariò fatenda eſt, quando attentis omnibus circumſtantijs, & perſonæ agentis,& perſonæ coram qua actus fit, probabiliter putari poteſt, vt dictum, vel factum inordinatum vnius ſit occaſio ruinæ mortalis

talis circumſpicientiæ ſecus quando id probabiliter non timetur: Ita communiter affirmant Doctores citati à *Sanch. in ſum. lib. 1. cap. 6. nu. 7.* & optimè *Nauarr.* explicat in *cap. conſideret, §. animaduertere num. 9. de pœnit. diſt. 5.* dicens: [Fornicantem, aut vineam ingredientem, cauſa furandi vuas, coram eis, qui ad furandum, vel ad fornicandum ita parati erant, vel coram viris ita probis, vt neutri ad id incitentur, quia illi ſatis incitati erant; hi autem, prauo exemplo, minimè inducuntur, non peccare aliquo peccato ſcādali, nec eam circumſtantiam teneri fateri]. Quando verò, quis publicè abſque prædicta circumſpectione peccat, tenetur eam ſcandali circumſtantiam fateri, ratione periculi, cui ſe incitandi alios, ſuo prauo exēplo exponit, & hac ratione cenſet *Sanch.* loc. cit. Multos à ſcandali peccato excuſari, quod vel ipſi tam prauis moribus imbuti ſint, vt de eorum exemplo nihil curetur, nec inde argumentum ſumatur ad liberius vitijs vacandum, vel de eo curantes, ita ad peccandum faciles, ac inducti ſint, vt non cenſeatur moralis eorum inductio. Sanch. Nauarr. Sanch.

Nec ſatis eſt fateri ſe dicto, vel facto alterum ad peccandum incitaſſe, ſed ſpeciem peccati ad quam incitauit, fateri tenetur, & hoc intelligitur de quolibet ſcandalo, ſiuè formali, ſiuè virtuali, ſiuè interpretatiuo; &

præ-

prætereà eſt opus nedum in confeſſione explicare ſpeciem peccati; ſed etiam perſonas coram quibus quis induxit ad peccandum ſuo prauo exemplo. Inſuper cum quis data opera peccat coram tali perſona, quam ex odio intendit ruinam eius, medio ſuo malo exemplo; tenetur etiam in confeſſione hanc circumſtantiam aperire.

10. Ad prudentiam Confeſſoris pertinet interrogare pœnitentes, an ſcandalum generale dederint, quando peccarunt, nedum mortaliter, ſed etiam venialiter, vel non venialiter: ſed opus externum ſpeciem mali habuit: nam peccatum veniale, ex genere ſuo, poteſt tranſire in mortale, ratione ſcãdali: nempè quando à tali perſona, & coram talibus fit, vt meritò exiſtimandum ſit, aſtãtes inducendos eſſe ad mortale, etiam ſi actio ſit in ſe venialis, vel non venialis; ſed habens ſpeciem mali, vt ſi à perſona valdè religioſa verbum turpe veniale publicè diceretur: Vel ſi quis verbum amatorium coniugatæ diceret, coram viro valdè zelotypo, ex quo probabilis timor rixæ grauis eſſet; ita communitèr affirmant Doctores. *Sanchez.* teſte *Sanchez* cit. ſed *nu.* 11.

Sed

Sed petes primò, quid ſit ſcandalum generale, & ſpecie.

RESpondetur, ex *Sanchez num.* 11. ſcandalum generale eſſe quando, quis dicto, vel facto proximum ſcandelizat. Sandalum verò ſpeciale eſt quando quis peccat mortaliter, hoc intuitu, nempè cauſa inducendi proximum ad ruinam ſuiipſius ſpiritualis; ſed hoc rariſſimum eſt, cum ſit proprium Dæmonis. *Sanch.*

Petes ſecundò. An petens corpus à fœmina parata teneatur vltra peccatum fornicationis, circumſtantiam hanc ſcandali generalis, ſeù inductionis ad peccatum fateri.

REſpondetur, ex *Sanchez n.* 13. cum communi ſententia DD. non eſſe opus hanc circumſtantiam aperire in confeſſione; dùm quis fatetur ſe rem habuiſſe cum fœmina parata ad peccandum; ſecus eſt ſi fęmina non erat parata, ac expoſita ad peccandum: nam tunc tenetur pandere hanc circumſtantiam in confeſſione cum ſit pręter peccatum fornicationis, peccatum inductionis ad peccandum; ac proindè ad cõfeſſarij prudentiam pertinet hoc interrogare, & præſertim mulieribus, nempè an *Sanchez.*

ipſæ

ipſæ dederint occaſionem viris aliquam, peccandi cum ſibiipſis quandoquidem, vt plurimum non inueniantur homines parati ad fornicandum, ſicut mulieres expoſitæ ad peccandum; quod ſi hi homines ad fornicandum eſſent parati, vtique hanc circumſtantiam non tenerẽtur mulieres aperire in confeſſione: etſi dederint occaſionem viris exercẽdi opus intrinſecê malum.

Petes tertiò. An fœmina conſpectui viri ſe offerens, à quo ſe turpiter amari nouit, peccet mortaliter, peccato ſcandali, quando nullatenus eum ad ſui amorem peccare mortaliter intendit.

RESpondent communiter DD. eam peccare mortaliter, quando nulla neceſſitate ducitur; ſed vt ſuæ voluntati ſatisfaciat, indifferenter hac, & illac diſcurrit: ſecus quando ob cauſam neceſſariam, vt inuiſendi vicinas, vel eundi Eccleſiam, &c. ſed *Sanchez* loc. cit. ſed *nu.* 17. ſimul cum *Caiet.* & alijs ab ipſo cit aliter ſenſit, quia ea occaſio eſt accepta ex malitia adamantis, potius quam data à muliere, quæ iure ſuo, & libertate vtitur. Nec ea commodè priuari poteſt quin mille ſcrupulis aditus pateat, circa egreſſum è domo, an neceſſarius ſit nec ne c? Deinde, quia ex hac cauſa mulieres

Sanchez. *Caiet.*

ſe

ſe ſuperfluè ornantes non peccant mortaliter, iuxtà communem ſententiam. Cum tamen luce meridiana clarius ei pateat, fore vt ob id à pleriſque iuuenibus turpiter amentur. Si tamen, ait *Sanchez*, mulier data opera abſque vlla ſe eius aſpectui neceſſitate offerret; ſed quadam vanitate ducta, nec turpis alterius amoris ignara, & ſi illum non intenderet, neſcit hic auctor à culpa mortali eiuſmodi fœminam liberare. *Sanchez.*

Sed petes: An teneatur mulier omittere Sacrum in die feſto, cauſa euitandi ſcandalum alterius, puta ſi ſcit probabiliter, ſi domo egreditur, turpiter amari ab adoleſcente.

Reſpondetur à *Sot. in 4. diſt. 23. q. 2. artic. 1.* & *Suar.* cit. à *Pinello cap. 25. in tract. de ſacrificio Miſſæ*, non teneri mulierem omittere ſacrum in die feſto, etiam ſi adſit ſcandalum tertiæ perſonæ; verum poterit licitè mulier omittere ſacrum in die feſto cauſa euitãdi peccatum proximo, ſed ad hoc non tenetur, vt ſupra dictum eſt. *Sot. Suar. Pinello.*

11 Ad prudentiam confeſſarij ſpectat agnoſcere, an poſſit abſoluere pœnitentem carentem vſu rationis in vna materia, & nõ in alia; quandoquidem *Sanchez lib. 1. de matrim. diſp. 8. nu. 22. & 23.* hunc caſum admittit, nempè poſſe aliquem pollere vſu rationis *Sanchez.*

in

in vna materia, & non in alia, & conſequẽter non peccare dum non eſt compos rationis in illa materia, & conſequenter poſſe confeſſarium confeſſionem huiuſmodi excipere, & illa tantum peccata abſoluere, quæ ſunt ſub libertate peccantis; Præter rationem philoſophicam aſſignatam ab eodem *Sanchez*, hanc doctrinam probat experientia prima Galeni, quam ipſemet *Galenus lib.4.de locis malè affectis,c.* 1. teſtatur feciſſe, & ſecunda ſuiipſius, quam ipſe expertus eſt in perſona cuiuſdam ruſtici, qui interrogatus à *Sanchez* de Trinitatis, ac Incarnationis myſterio pro captu rationem reddebat, frequenter peccata confitebatur, & ſenſu, & ratione præditus erat ad oues ducendas, ac paſcendas; ſed hoc vnum excipe, quod vehementer angebatur ne ad habitum monachalem cogeretur induendum, & pręcabatur ipſe Patrem Sanchez, vt chirographo aliquo ſibi dato tutus redderetur fore, vt nullo tempore ad id eum compelleret.

Galen.

Sanchez.

12 Ad prudentiam confeſſoris pertinet interrogare interdum pœnitentes, an peccauerint laborantes ignorantia inuincibili, ac vincibili. quandoquidem multi pœnitẽtes, me teſte, peccant mortaliter ex conſciẽtia erronea; puta quia peccatum committunt, vbi non eſt, & alij ex ignorantia inuincibili non peccant, licèt à parte rei operentur

tur aliquod opus in ſe, & ex obiecto mortalitee peccaminoſum.

Sed petes primò. Quomodo agnoſci poteſt à confeſſariò ignorantia inuincibilis pœnitentis cum eſt operatus aliquod opus in ſe malum, & ex obiecto mortaliter peccaminoſum.

REſpondetur à *Sanchez in ſumma lib.1.c.16. num.21.* agnoſci poſſe ab hoc, nempè quando in mente pœnitentis cum operatur nulla occurrit ratio dubitandi, nec nulla notitia, neque generalis, neque ſpecialis obiecti mali, & quamuis occurrat aliqua notititia obiecti mali, quod vult operari nihilominus ſi non perfectè, ac plenè conſiderat illud, ſub ratione aduerſante, rectæ rationi non peccat mortaliter: dicitur perfectè conſiderare intellectus obiectum ſub ratione mali illiciti, quando conſiderat circumſtantias obiecti, quibus moueri poteſt ad illud excutiendum. Præterea ad culpam lethalem non ſolum requiritur plena conſideratio intellectus, vt dictum eſt: ſed etiã requiritur plenus conſenſus voluntatis, vt omnes Doctores docent; dicitur plenus conſenſus voluntatis, quando obiectum propoſitum ab intellectu eſt repreſentatum voluntati perfectè ſub ratione mali illici- *Sanchez.*

lici-

Digitized by Google

liciti, nam non eſt neceſſe ad committendum peccatum mortale, ſpecialiter aduertere malitiam eſſe mortalem, & nihilominus amplectitur voluntas illud obiectum ſic repreſentatum ab intellectu, potens illud reſpuere.

Hinc

Colligitur, quod quando voluntas in quacunque ſuggeſtione cuiuſcunque criminis expellenda ſe habet aliquando tepidè non plenè conſenſiens; puta quia eſt firma in non peccando, ſed negligens eſt in expellenda illa tentatione perfectè repreſentata ab intellectu ſub ratione mali mortalis; tunc omne mortale ex genere ſuo trãſit in veniale, vt omnes Doctores docent. teſte *Sanchez* loc. cit. verum quando negligentia in expellenda tentatione afferret periculum probabile conſentiendi mortali, tunc ea negligentia eſſet culpa lethalis.

Sanchez.

Petes ſecundò. An peccet mortaliter voluntas quando perfectè eſt illi repreſentatum obiectum ſub ratione mali illiciti ab intellectu, & nihilominus adeſt volũtas dubioſa conſenſiendi in illud obiectum, & non conſenſiendi.

Sanchez. Reſpondetur, ex *Sanchez* loc. cit. ſed *num.* 14. peccare mortaliter voluntatem, quan-

Digitized by Google

quando plenè, ac deliberatè elegit eſſe dubioſam conſenſiendi, & non conſenſiendi, & peccat contra id præceptum, quo ab eo peccato abſtinere tenebatur: poſito, quod abſque præuia, ac probabili conſideratione obiecti, an ſit mortaliter malum an non; eligat eſſe anceps: nam ad committendum peccatum mortale non eſt neceſſe ſpecialiter aduertere id eſſe lethale.

Petes tertio. An peccet mortaliter voluntas, quando negatiuè ſe habet erga obiectum peccaminoſum mortaliter, quando ſcilicet nec conſentit, nec diſſentit.

Reſpondetur à *Sanchez lib. 1. cap. 2. nu. 13.* ratione periculi conſenſiendi in mortale ſemper quemlibet teneri ad diſſenſiendum; eſt communis ſententia Doctorum; verum fatetur ipſe Sanchez in rigore metaphyſico non eſſe culpam mortalem, quia voluntas tenetur gubernare appetitum inferiorem ne conſenſiat, neque volũtas obligationem ſub mortali habet efficere, vt appetitus diſſenſiat, ſed tantum erit peccatum veniale nõ diſſentire secluſo periculo, conſenſus. *Sanchez.*

Digitized by Google

Petes quartò. An qui ſcire debet ex officio aliquam legem, vel moralem Theologiam poſſit laborare ignorantia inuincibili circa ſupradicta puta Iudex laicus, vel confeſſarius.

Sanchez. Suar. Vaſq.

RESpondetur, ex *Sanchez lib.1. cap.16.n.27. Suar.to.5.3.par.diſp.4.ſect.8.nu.15. Vaſqu. 1.2.q.76.art.2.diſp.123.cap.2.nu.6.* affirmatiuè nempè ſupradictos homines poſſe huiuſmodi doctrinæ pertinentis ad officium eorum laborare ignorantia inuincibili, ſcilicet quando nulla, vel aliqua non ſufficiens ad contrahendam culpam lethalem occurrit eis ratio dubitandi, an teneantur ſcire illam legem, vel caſum conſcientiæ an non, quia expellere ignorantiam illius rei, cuius nulla prorſus incidit cogitatio ſuperat humanam diligentiam, ſiuè leges pertineant ad peculiare officium alicuius, aut ſtatum, ſiuè ad generalem Chriſtiani hominis conditionem; Neque obſtat huic doctrinæ, quod paſſim dicunt iura, ac Doctores, ſcilicet idem eſſe ſcire, ac debere ſcire, nam hęc intelligenda ſunt quãdo adeſt aliqua actualis plena, & ſufficiens ad mortale aduertentia ad malitiam obiecti eiuſue periculum.

D.Thom. Neque obſtat, quod *D. Thomas 1. 2. q.20. artic.5* ab omnibus receptus dicat, èuentum

poſſe

Digitized by Google

poſſe eſſe in ſua cauſa, nã intelligitur quando præuia cognitio, expreſſa, vel confuſa, adfuit illius effectus; quia impoſſibile eſt abſquè ea aliquid eſſe voluntarium.

Petes quintò. Circa quam rem dari poteſt ignorantia inuincibilis.

RESpondetur, ex *Sanchez lib.1.cap.16.n.33.* cum communi ſententia Doctorum non poſſe dari ignorantiam inuincibilem circa prima principia iuris naturæ per ſe nota, qualia ſunt, bonum eſſe faciendum, malum euitandum: *Quod tibi non vis alteri ne feceris*, & *Valentia 1.2.diſp.6.q.6.par.1.corol.7.* *Sanchez.* *Valens.*

Addit, neque poſſe dari ignorantiam inuincibilem de aliquibus preceptis Decalogi, vt Deum eſſe colendum, & parentes honorandos; ſed de alijs præceptis Decalogi adeſt aliqua difficultas an dari poſſit ignorantia inuincibilis.

Pro quo.

REſpondeo cum *Corduba, & Vaſquez* cit. à *Sanchez* loc. cit. de ijs præceptis Decalogi, dari poſſe ignorantiam inuincibilem, quæ apparenter veſtita ſunt, ratione boni, vt furtum licere ad non erogandam eleemoſynam, vel periurium ad pro- *Corduba.* *Vaſq.* *Sanchez.*

propriam, vel alienam vitam tuendam.

Immo ait probabiliùs eſſe, etiam de actibus internis dari poſſe ignorãtiã inuincibilem, vt probat *lib.* 1. *cap* 16. *n.* 17. vt ſi v. g. Ruſticus à viro exiſtimato docto, ac pio, audijſſet fornicationem, & furtum, externa eſſe peccata, at licere fornicandi, aut furandi deſiderium. Præterea ait *Sanchez* loc. cit. ſed *num.* 18 ignorantem inuincibiliter eſſe peccatum, operari cum practico honeſtatis obiecti dubio, non peccare operando cum illo. Vt ſi Ruſticus dubitet an in die Veneris liceat ſibi lacticiniorum eſus, & manente hoc dubio, practico edat, ignorans tamen inuincibiliter eſſe peccatum cum eo dubio operari, non peccat, quia ſic operando non exponitur periculo peccandi, nec minus quam par eſt præceptum exiſtimat: Cum enim operatio illa in dubio practico excuſetur per ignorantiam inuincibilem, non temerè, ſed imprudenter cum eo dubio operatur. Idem dicitur de ſciente aliquam actionem eſſe mortalem, at inuincibiliter ignorante peccare imperando illã, nempè excuſari à culpa imperando.

Sanchez.

Petes ſextò. An ignorantia, quæ vinci nequit dum in actum prodit, ac potuit antea vinci excuſet à culpa, v. g. Si quis ſua negligentia mortali non didicit, quod ratione officij, vel communi Chriſtia-

no-

norum lege diſcere tenebatur; deinde quando non eſt, à quo diſci poſſit, per ignorantiam transgreditur præceptum edens carnes tempore ieiunij, vel omittens ſacrum, & ſimiliter quando quis culpa ſua mortali inebriatur, & ebrius factus committit peccata, quæ defectu vſus rationis non eſt in ſua poteſtate vitare, difficultas eſt, an hæc peccata ratione impotentiæ, aut ignorantiæ excuſentur.

Reſpondetur, ex *Sanchez lib. 1. cap. 16. nu. 42.* quantum ad ebrios: nam eadem eſt ratio de eo, qui ex officio tenetur aliquid ſcire, ſi euentus ſolent eſſe frequentes ei, qui inebriatur, ſi tempore, qui inebriari voluit non habuit prorſus vllam dubitationem, aut cogitationem de illis, nec in ſpecie, nec in genere, minimè imputari culpę, quia procedunt ex quadam inaduertentia naturali, ac proinde nec in ſe, nec in ſua cauſa ſunt liberi: Quod ſi cum inebriari vult, aduertat peccata, & pericula inde conſurgentia, tunc imputabũtur culpæ, ſi non adhibeat prudentem, & cautam diligentiã, ne aliquid illorum eueniat: ea autem adhibita: etſi poſtea eueniant minimè imputabuntur culpæ. Nec ſimiliter imputabuntur culpæ, quando iuxta temporis, & loci circumſtantias nullum apparet periculum, & ideo nulla diligentia in id cauẽdum col- **Sanch.**

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Vaſq. lata eſt, ſic ait *Vaſq. 1. 2. q. 76. ar. 3. diſſ. 127 c. 3. nu. 8. 9. & 10.*

Petes ſeptimò. Quomodo iudicanda eſt ignorantia facti, vel iuris inuincibilis.

Sanchez. RESpondetur, ex Sanchez *lib. 1. cap. 16. nu. 34. & 35.* ignorantiam facti, vel iuris cenſeri inuincibilem, quando id à prudenti viro iudicatur iuxta circumſtantias rei; nec tenetur quis ad hoc, vt ſciat an factum ſit peccatum exactam diligentiam, ac ſummam adhibere, ſed illam eſſe ſufficiẽtem, quam communiter prudentes adhibent proportionatam iuxta præcepti, officij, & perſonę qualitatem: hac enim adhibita erit ignorantia inuincibilis; ſiuè obligatio naſcatur ex officio, ſiuè aliunde: eſt cõ- Sanchez. munis ſententia Doctorum. teſte *Sanchez*, D. Thom. vnde ait *D Thomas 1. 2. q. 76. art. 2.* ab omnibus receptus, quẽlibet teneri ſcire ad ſuum ſtatum, & officium pertinentia: quantum ad exempla, ſi vir indoctus ſit, viros doctos, & carentes morali ſuſpicione malè conſulendi ex malitia, aut ex nehligentia, conſulere debet. Si autem vir doctus ſit, debet ſtudium ſufficiens adhibere, vt vel ſic ignorantiam culpabilem euadat, vt benè docet Suar. *Suarez tom. 5 in 3 p. diſp. 4. ſect. 8. num. 18.* & alij Sanchez. apud *Sanchez* cit. Aduertit *Sanchez lib. 1. c. 16.*

nu.

Digitized by Google

nu.36. quod aliqui excuſabuntur conſulendo aliquem; alij tamen illum conſulendo non excuſabuntur. Vt vetula, vel Ruſticus conſulendo Parochum excuſantur, & tamen ſæpè vir vrbanus non excuſaretur.

Petes octauò. An confeſſarius teneatur ſemper interrogare pęnitentes, quando ſe accuſant de peccatis mortalibus ex obiecto talibus, an fecerint cum aduertentia rationis, & cũ pleno cõſenſu voluntatis, an indeliberati, vel ex ignorantia inuincibili.

Reſpondetur cum diſtintione, vel pœnitens eſt ſolitus committere talia peccata cum plena aduertentia rationis, & pleno conſenſu voluntatis, vel non; ſi dicatur primum non eſt interrogandus pęnitens an fecerit peccatum cum conſcientia peccati mortalis, vel cum aduertentia rationis; nam tunc cenſendum eſt ab omnibus confeſſarijs, quod fecerit cum conſciẽtia peccati mortalis, & cum aduertentia ſufficienti, ac pleno conſenſu voluntatis. Si dicatur ſecundum, nempè quod talis pęnitens non ſit ſolitus committere peccata mortalia, & tunc interrogandus eſt pœnitens, an fecerit cum aduertentia plena ratio-

Digitized by Google

tionis, & pleno conſenſu voluntatis, vel an neſciebat inuincibiliter quod patrauit eſſe peccatum mortale.

Sed dices. Quomodo agnoſci poteſt ſi pœnitens eſt ſolitus committere peccata mortalia.

RESpondetur agnoſci poſſe ex reincidẽtia peccandi pœnitentis, vel ſi hanc reincidentiam confeſſarius agnoſcere non poteſt, puta quia penitens non eſt ſolitus illi cõfiteri; tamen confeſſarius poteſt agnoſcere ex multitudine peccatorum, de quibus ipſe pœnitẽs ſe accuſat.

Petes nonò. An teneatur confeſſarius interrogare pœnitentem cum ſe accuſat de peccato, quod ex obiecto eſt veniale, an fecerit exiſtimans hoc eſſe mortale.

RESpondetur cum diſtinctione, vel pœnitens ſe accuſat de peccato, quod eſt in ſe veniale tãquam de re graui, nimirùm, quia illud pandit confeſſori cum magna circumſpectione, & anxia, & tunc interrogandus eſt à confeſſario, an illud fecerit putans eſſe mortale, vel pœnitens ſe accuſat de illo peccato non tanquam de re graui, & ſine anzietate, & tunc non eſt interrogandus, an illud fecerit putans eſſe mortale,

hanc

Digitized by Google

hanc Praxim didici à Reuerendo Patre Frãciſco Corcionio Societatis Ieſu, meo deuotiſſimo Domino.

13 Ad prudentiã confeſſoris ſpectat interdum ſequi opinionem pœnitentis modo ſit probabilis relicta ſua probabiliori, vt communiter affirmant Theologi: immo tenetur ſub peccato mortali regulariter ſequi confeſſarius opinionem pœnitentis probabilem, relicta ſua probabiliori, etiam ſi ſit in materia reſtitutionis, vt benè probat *Sanchez in ſumm. lib* 1 *cap.* 9. *nu.* 22. 29. *&* 30. cum alijs Doctoribus, immo tenetur confeſſarius abſoluere pœnitentem volentem ſequi ſuam opinionem relicta probabiliori confeſſarij, quamuis Confeſſarius doctus agnoſcat eſſe falſam opinionem pœnitens, modo probabilis opinio pœnitentis reputetur inter Doctores probatæ vitæ. Quia cum non teneatur pœnitens conſilio confeſſoris, potiuſquam aliorum acquieſcere, adhuc non deficit debita diſpoſitio ei, vt abſoluatur; hæc dicta locum habent, quando pœnitens eſt doctus, vel ab alijs eſt inſtructus de probabilitate opinionis, quam amplectitur; Si verò pœnitens eſt indoctus, & vult ſequi opinionem ſuam, relicta probabiliori confeſſarij, tunc confeſſor, quando videt pœnitentem eſſe pertinacem ex charitate tenetur illum admonere ne erret, Sanchez.

quia

quia reuera ſua opinio eſt etiam probabilis, vt rectè docet idem *Sanchez* cit. ſed *nu.* 31.

Sanchez.

Sed petes primò. Qualis dicitur opinio probabilis.

Sanchez. Vaſq. Sayr.

Reſpondetur, ex *Sanchez lib.* 1. *cap* 9. *nu.* 11. *Vaſquez, & Sayr.* ab ipſo cit. dici illam, quæ communiter non reputatur continere errorem: Nam euenire ſolet, vt aliqui ſcribentes, non attenderint rationem, aliquam legem, ſeù decretum vim maximam contra eorum opinionem habere, & conſequenter, opinio non dici debet probabilis: Vnde benè aduertunt Doctores apud *Sayr. in Claui Reg. lib.* 1. *cap.* 5. *nu.* 21. non licere parum verſato in rebus moralibus, quodcunque in vno, vel altero Doctore ex antiquioribus inuenerit, ſequi, niſi ſciat etiam à Recentioribus illam ſententiam teneri: tũc enim ſignum erit, vel nõ eſſe per canonem contrarium abrogatam, vel ſi quid eſſet aduerſus eam, fuiſſe perpenſum à Recenſioribus, & diſſolutum.

Sayr.

Petes ſecundò. An authoritas vnius Doctoris probi, & docti reddat opinionem probabilem.

Sanchez. Sylu. Nau. Val.

Reſpondetur, ex *Sanchez in opere morali lib.* 1. *c.* 9. *num.* 7. *Sylu. verb. opinio, quæſt.* 1. *Nauarr. Ang. Val. &* Sà cit. ab eodem *Sanchez*

af-

Digitized by Google

affirmatiuè, & fauet huic doctrinæ *D. Thom. quodlib. 3. art. 10.* vbi ait poſſe quemquam amplecti opinionem, quam à Magiſtro audiuit in ijs, quæ ad mores pertinent; ratio eſt: quia illa dicitur opinio probabilis, quæ non leui innititur fundamento: at authoritas viri docti, & pij non eſt leue fundamentum: ergo, &c. Limitat *Corduba* cit. à *Sanchez*, vt hoc intelligatur in viro indocto neſciēti expēdere rationes vtriuſque partis; ſecus in viro docto, qui id nouit; verum hoc ſemper non placet Sanchez; nam etiam vir doctus in re dubia poteſt reputare ex hominis docti, & pij ſententia reddi opinionem probabilem. Cum huius authoritas ſæpè maioris ſit ponderis; etiam apud virum doctum, quam aliqua veriſimilis ratio, quæ ei ad probabilitatem ſufficeret. *D. Thom.* *Corduba.* *Sanch.*

Petes quartò. An licitum ſit in adminiſtratione Sacramentorum vti opinione probabili.

Reſpondetur, ex *Sanchez in opere morali lib. 1. c. 9. nu. 33. & 34.* affirmatiuè, nempè eſſe licitum, vti opinione probabili in adminiſtratione Sacramenti citat *Sanchez* multos Doctores: ſed limitat primo, vt non ſit contra communem Eccleſiæ vſum preſcribentem, vt eo modo, & non aliter adminiſtrentur Sacramenta. ſecundò limitat, *Sanch.* *Sanchez.*

ne

ne pars minus tuta quamuis probabilior ſit, deroget obligationi charitatis, & miſericordię reſpicientis remedium proximi. Denique aduertit *Sanchez lib. 1. cap. 9. nu. 35. in ſumma, & Suarez tom 4 in 3. par. diſp. 26. ſect. 6. nu. 7. & 9.* quod quando opiniones verſantur circa iuriſdictionem ſacerdotis ad audiendas confeſſiones, talis Sacerdos nullo modo peccabit, audiens confeſſiones; tùm quia communis error ex ea probabili opinione ortus dat iuriſdictionem; tùm etiam quia in confeſſionibus ſemper quiſpiam fatetur aliqua venialia cum mortalibus: at quilibet Sacerdos certam in venialia iuriſdictionem habet: ergo quamuis careat Sacerdos iuriſdictione in mortalia, ea indirectè, & per accidens virtute illius abſolutionis remittentur. Sed dico Ego hoc tuta cõſciẽtia quẽlibet vti nõ poſſe in articulo mortis, quãdo nõ adsũt venialia, & ſi adſunt poteſt cõtingere, vt de illis propoſitũ non habeat firmũ in futurum non committendi.

Sanchez. Suar.

14 Ad prudentiam confeſſoris ſpectat interdum interrogare pœnitentes, an ſint præditi verò dolore proportionato ad culpam lethalem delendam: immo tenetur confeſſarius interrogare pęnitentes de hoc dolore quoties probabiliter cenſet huiuſmodi dolorem pœnitentes non habere, vt rectè docet *Suarez tom. 4. in 3. p. diſp. 32. ſect. 2.*

Suar.

quan-

quantum ad praxim, ſi pœnitens non eſt valdè rudis, & apparet moratus, puta quia in ipſa confeſſione præbet ſigna doloris, nullam diligentiam in hoc tenetur confeſſor adhibere: benè tamen faciet proponendo, & conſulendo deteſtationem peccati, & quando non habet ſigna ſufficientia doloris, poteſt, & debet interrogare pœnitentem, an ex animo deteſtetur peccatum, cui affirmanti, credere tenetur, & hoc idem dicendum eſt de propoſito in futurum; Neque oportet, vt confeſſor ſibi perſuadeat, & iudicet etiam probabiliter, ita eſſe futurũ, vt pœnitentes à peccato abſtineant; ſed ſatis eſt, vt exiſtimet nunc habere tale propoſitum, quamuis poſt breue tempus illud ſit mutaturus, vt omnes Doctores docent. teſte *Suarez* cit. Addo Ego hanc praxim, nempè eiuſmodi doctrinam currere in confeſſionibus quotidianis, & extra periculum mortis. Secus eſt dicendum quando vrget periculum mortis; nam tunc dico ego, tenetur confeſſor facere quantum poteſt, vt pœnitens non decipiatur in re tam maxima; vt eſt ſalus æterna; nam contingere poteſt, vt dolor ab infirmo elicitus peccatorum non ſit ex motiuo ſupernaturali, & cõſequenter non conſequatur remiſſionem peccatorum, eo magis ſi infirmus ſit laicus, & parum in litteris verſatus, & hæc doctrina *Suar.*

na

na eſt etiam applicanda infirmo docto; quandoquidem, etiam doctus eget tali auxilio, dum laborat febri, & alijs anguſtijs morbi, an hæc doctrina ſit ſcrupoloſa, iudicent viri docti, & pij.

15 Ad prudentiam confeſſoris pertinet quandoque interrogare pœnitentes, an calleant rudimenta fidei, præcepta decalogi, Sacramenta, &c. nam quiuis tenetur ſupradicta ſcire ſub peccato mortali, vt omnes Doctores docent; quantum verò ad praxim perſonæ nobiles, aut quæ in pueritia benè, & honeſtè ſunt educatæ in ciuitatibus, & oppidis ciuilibus non videntur interrogandæ; Ruſtici, & Rudiores interrogandi ſunt, an ſciant duodecim articulos fidei, præcepta decalogi, &c. nec ſolum tempore Paſchatis eiuſmodi interrogationes ſunt à confeſſarijs faciendæ: cum ſemper teneatur confeſſarius interrogare pœnitẽtem de ijs peccatis, quæ veriſimile eſt pœnitentem commiſiſſe, iuxta ſuum ſtatum, vt communiter affirmant Doctores. Sed

Petes primò. Quæ tenetur ſcire quiuis Chriſtianus ſub peccato mortali.

Filijucc. Reſpondetur, ex *Filijuccio tract. 22. cap. 2. num. 51.* quemlibet fidelem teneri ſcire ſymbolum fidei Sacramenta Eccleſiæ, de-

decem præcepta, & orationem Dominicam, & primò quidem, quod pertinet ad Sacramenta, debet Chriſtianus ſcire, quę eſt obligatus recipere, vt Baptiſmum, Pœnitentiam, & Euchariſtiam: alia verò ſcire debebit, quando tenebitur illa ſuſcipere, vel voluerit, vt ordines, & matrimonium. Secundò, quoad Decalogum, non eſt obligatio illud memoriter ſcire eo ordine, quo contineri ſolet in doctrina Chriſtiana, ſatis eſt, ſi interrogatus reſpondeat, v.g. non eſſe peierandum, non furandum, non occidendum, &c. Tertiò, quoad orationem Dominicam, dicendum eodem modo, non obligari ad ſciendam memoriter, ſed ſatis eſt, vt quis ſciat ea, quæ petenda ſunt à Deo ſcilicet, quod Deus ſit cognitus à creaturis, & quod impendat Deus ſibi gratiam, vt ſuam ſanctam legem obſeruet. Quartò, & vltimò, quantum ad ſymbolum non tenetur Chriſtianus illud memoriter ſcire, eo ordine, quo contineri ſolet in doctrina Chriſtiana: ſed ſatis eſt ſcire ſenſum, & veritatem articulorum; immo etiam ſufficit, ſi interrogati, ſciant reſpondere; eſſet tamen veniale grauè non memoriter ſcire, ita *Filijuccius tract. 22. cap. 2. num. 37. Nauar. cap. 11. num. 22 & Azor. lib. 8. cap. 7. q 5.* Aduertunt præterea Doctores ſymbolum addiſcendum eſſe in ea lingua, quam quis intelligit; *Filijucc. Nauarr. Azor.*

alio-

alioquin ſcire ea memoriter, & non intelligere, neſcire eſt. Vnde interrogandum eſt quandoque pœnitentibus rudibus an ſciāt ſymbolum in lingua vulgari, an latina, & ſi reſpondent, ſcire in lingua vulgari, rurſus interrogādum eſt eis, vt recitent illud; nam multoties non intelligunt, quod dicunt, quandoquidem in praxi ſciunt illud in lingua latina, & dicunt illud ſcire in lingua vulgari, quemadmodum Ego multoties expertus ſum, & conſequenter ſunt inſtruendi; tūc ante abſolutionem de ijs, quæ pertinent ad ſtatum Chriſtianum; quia illud ſymbolum in illo idiomate non intelligunt.

Petes ſecundo. Quæ articula fidei ſunt neceſſaria ſimpliciter, vt ſciantur ab omnibus, ita vt neſcientes ea non poſſint ſaluari.

Antequam reſpondeam.

Supponendum eſt alia articula fidei eſſe neceſſaria, vt ſciantur ab omnibus neceſſitate medij, alia neceſſitate præcepti.

His poſitis.

Val. *Molina.* Sanch. Layman. REſpondetur, ex *Valentia, Molina, Sanchez*, & alijs citatis à *Layman lib. 2. tract. 1. c. 8. aſſert.* 4. quatuor articula fidei eſſe ſimpliciter neceſſaria, neceſſitate medij, vt ſciantur, ita vt neſcientes ea ſaluari non poſſint,

post

poſt ſufficientem promulgationem Euangelij: nempè, quod Deus ſit, quod ſit Trinus,& Vnus. quod ſecunda perſona ſanctiſſimæ Trinitatis ſit factus homo,& mortuus pro nobis, & quod ſit remunerator rerum ſupernaturalium, & hoc explicitè tenetur quiuis ſcire, etiam ſi ſit rudis: ſaltem ſecundum ſubſtantiam, exempli gratia, in articulo Trinitatis ſatis eſt, ſi intelligatur, Patrem, Filium, & Spiritum ſanctū eſſe vnum Deum, ſic etiā ad incarnationis myſterium credendum ſufficit, Chriſtum eſſe Filium Dei verum Deum, & verum hominem.

Verum ſciendum eſt, quod explicita fides ſanctiſſimæ Trinitatis, & Incarnationis Verbi, etiam poſt promulgationem Euangelij non eſſe neceſſariam, neceſſitate medij, vt multi Doctores affirmant, teſte *Laym.* loc. cit. vt ſunt *Ricchardus*, *Soto*, *Bartholomæus Medina*, *Michel Medina*, *Vega*, & alij, alioqui ſurdis,& mutis eſſet deſperata ferè ſalus, dicunt hi Doctores. *Laym.* *Ricchar.* *Soto.* *Barthol.* *Med.* *Michel.* *Med.* *Vega.*

Petes tertio. An ignorans contenta in Symbolo abſolui poſſit.

RESpondetur, ex *Filijuccio* loc. cit. ſed *nu.* 42. ſi neſciat omninò neceſſaria abſolutè, cognitione illa, quæ includitur in fide eorumdem, ſic abſoluendus non eſt, niſi *Filijucc.*

primum breuiter inſtruatur: ita vt explicitam eorum fidem concipiat, & promittat ſe curaturum, vt ea plenius addiſcat.

16 Ad prudentiam confeſſarij pertinet interrogare pœnitentes, an ſint conſtituti in proxima occaſione peccandi mortaliter.

Petes primò, quæ ſit occaſio proxima peccandi.

Nauarr. Reſpondetur, ex *Nauarr. cap. 3. nu. 14.* eſſe illam, & ſolam, quæ eſt peccatum mortale, aut talẽ occaſionem peculiarem, qua credit, vel debet credere confeſſarius, vel pœnitens, nunquam, vel rarò ſe vſurum ea ſine peccato mortali, benè perpenſis eius circumſtantijs.

Dixi, quod in ſe eſt peccatum mortale, vt includerem officium, & artem Necromantiæ, & fœnerandi, & alias artes, & officia, quæ non poſſunt exerceri ſiue peccato mortali.

Dixi: peculiarẽ ad excludendam occaſionem generalem, quam præbet officium, ars, aut exercitium, quo poſſumus vti licitè; credimus tamen nos aliquando in eo peccaturos mortaliter, hæc etenim non eſt talis occaſio, ſiquidem illum, qui dixerit, eam eſſe talem, oportet dicere, deſerenda eſſe à pœnitente omnia officia, & omnes artes, in quibus aliquãdo peccauit, vt poſſit abſol-

abſolui, quia omnia præbent occaſionem generalem peccandi de qua credendum eſt, quod nonnunquam in peccatum mortale nos inducet.

Dixi confeſſarius, aut pœnitens quia ſatis eſt, vt alter eorum credat, aut debeat credere.

Dixi: nunquam, aut rarò, vt excluderem eas, quibus frequentes vtimur ſine peccato mortale, & includerem eas, quibus rariſſimè vtimur ſine illo.

Dixi: perpenſis circumſtantijs: vt ſignificarem, quod hæ poſſunt eſſe cauſa, vt eadem occaſio ſit talis vni pœnitenti, & non alteri: quia poſſunt facere, vt confeſſarius, vel pœnitens credat, quod nunquam, aut rarò per eam eſt peccaturus.

Petes ſecundò. An confeſſarius licitè abſolui poſſit pœnitentem nolentem relinquere occaſionem proximam peccandi mortaliter.

RẺſpondetur, ex *Nauarr.* loc.cit. quod confeſſarius non debet regulariter abſoluere pœnitentem, qui non vult relinquere occaſionem, quæ ferè omnes, qui ſunt ei ſimiles, facit quaſi ſemper mortaliter peccare. *Nau.*

Dixi: Regulariter: quia benè poterit, quãdo tales occurrunt circumſtantiæ, quæ

Digitized by Google

perſuadent, quod nunquam, aut rarò peccabit propter eam quamuis non ſe abſtineat ab ea, quãdo ſcilicet quatuor circumſtantiæ concurrunt.

Prima, eſt vera pœnitudo præteritorum.

Secunda, verum propoſitum non peccandi, cum ſe inuenerit in ea.

Tertia, credulitas, quod Deo adiuuante, non peccabit cum in ea ſe inuenerit.

Quarta, quod ſubſit aliqua rationabilis cauſa non ſe ſeparandi ab ea.

17 Ad prudentiam confeſſarij ſpectat interdum non citò iudicare in confeſſionario quid tenetur pœnitens reſtituere; nam quandoque occurrit caſus difficilis in eiuſmodi materia, & ideò eſt opus, vt res maturiùs conſideretur, cum agatur de damno tertiæ perſonæ; ſed ſatis eſt, vt confeſſarius diſponat pœnitentem antequam abſoluat, vt habeat animum faciendi, aut reſtituendi quidquid ipſe, vel alius peritus confeſſarius iudicauerit.

18 Ad prudentiam confeſſarij ſpectat aliquando non abſoluere pœnitentem ſed ad tempus ſuſpendere abſolutionem, vt ſi pœnitens eſſet ſatis recidiuus, & ſperatur ex hoc rigore eius emenda.

19 Ad prudentiam confeſſoris pertinet interdum interrogare pœnitentes, quando confitentur peccatum annexum cenſuræ,

an

Digitized by Google

an laborauerint ignorantia inuincibili cenſuræ, licet non ignorauerint peccatum lethale; nam ſecundum opinionem probabilem Doctorum, cenſura non incurritur niſi ob contumaciam: ſed, qui ignorat cenſuram inuincibiliter, etſi non ignoret peccatum non eſt contumax; ergo non incurrit cenſuram, ita affirmant communiter Doctores, teſte *Sanchez lib. 9. de matrim. diſp. 32. nu. 29. & 31.* & hoc nedum reſpectu excommunicationis intelligitur, ſed etiam intelligitur reſpectu ſuſpenſionis, interdicti, & irregularitatis, quotiès hæ pœnę ſunt impoſitę ob delictum, nimirum non incurri has pœnas quãdo quis ignorat inuincibiliter eiuſmodi pœnas: immo idem *Sanchez* loc. citat. cum multis Doctoribus ab ipſo citatis extendit hanc doctrinam etiam ad ignorantiam vincibilem, & hæc verba ait, ignorantia vincibilis, & culpabilis facti, vel iuris imponentis cenſuras, licet alias factum, ſit damnatum, vel alias pœnas ſpirituales, excuſat ab illis, modo non ſit craſſa, & ſupina ſiuè ſtatuantur ab Epiſcopis, ſiuè à Pontificijs conſtitutionibus, & præcipuè intelligit de irregularitate illa nimirum impoſita ob delictum, & idem dicitur de excommunicatione, ſuſpenſione, & interdicto, ſed ob maiorem declarationem.

Sanchez.

Sanchez.

Digitized by Google

Petes. An qui clarè ſcit peccatum mortale, & nihilominus inuincibiliter, vel vincibiliter neſcit ius poſitiuum prohibens tale peccatum mortale ſub pœna excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti, vel irregularitatis incurrat eiuſmodi pœnas committendo illud peccatum mortale.

Sanchez. RESpondetur, ex *Sanchez de matrim. lib. 9. diſp 32. nu. 9. 17. & 31.* cum multis alijs Doctoribus ab ipſo citatis, negatiuè, nempè ſupradictum committendo tale peccatum mortale ſibi cognitum, ſed inuincibiliter, vel vincibiliter ignorans eiuſmodi pœnas non incurrere excommunicationem, ſuſpenſionem, interdictum, neque irregularitatem; ratio eſt, quia cum hæ ſint pœnæ requiritur contumacia; ſed contumacia non ſupponitur, niſi in ignorantia craſſa, vel ſupina laborante, vt dicunt iura, vt patet ex *cap. 2. de conſtitut. in 6.* ergo.

Fateor verò multos Doctores aſſerere incurrere cenſuram, qui ſcit peccatum, & neſcit eiuſmodi pœnam, & illud committit; quia ſciens, & prudens rem illicitam cõmittit. ita *Gloſſa in cap. à nobis de ſentent. excom.*
Scot. *Scot. 4. diſt 6 q. 8. Couar. cap. alma mater 1. p. §. 10.*
Couar. & aſſerunt hanc ſententiam eſſe probabi-
Sotus. lem *Sotus 4. diſt. 22. q. 1. art. 2.* ad finem ante
Barthol. quartam concluſionem, & *Bartholom. à Ledeſ.*
Ledeſm. *de*

de pœnit. de excomm. dub. 5. pro eadem ſententia faciunt alij vniuerſaliter docentes incurrere pœnam ſtatuti, qui rem illo interdictam, ſtatuti ignarus admittit: hi ſunt *Bart. l. 1. nu. 21. C. de ſumma Trinit. & Baldus ibi nu. 22.* & plerique alij cit. à *Sanchez lib. 9. de matrim. diſp. 32. nu. 7.* vnde *Bart.* *Bald.* *Sanchez.*

Aduerto, quod cum ſit hæc res incerta, non paſſim prima ſententia confeſſarios vtendos eſſe, quandoquidem à parte rei prima ſententia poteſt eſſe falſa, aſſerens non incurrere cenſuras, qui inuincibiliter, vel vincibiliter illas ignorat quamuis ſciat peccatum modo ignoratia cēſurarum non ſit craſſa, vel ſupina, & conſequenter poteſt confeſſarius interdum dubitare an habeat iuriſdictionem ad illum abſoluendum, puta quando quis commiſit peccatum mortale annexum excommunicationi reſeruatæ in Bulla Cœnæ, & tamen neſciuit vincibiliter eiuſmodi pœnam; ſed clarè ſciuit peccatum mortale, & nihilominus commiſit illud, ſed

Dices hoc moraliter contingere non poteſt, vt de valore abſolutionis dubitari poſſit; nam ſemper adeſt aliqua materia ſupra quam confeſſarius habet iuriſdictionem abſoluendi, & conſequenter, quamuis non habeat facultatem reſpectu aliorum peccatorum: tamen indirectè remanent abſoluta,

nimirum ratione illorum peccatorum, quæ directè abſoluere poteſt, & actu abſoluit.

RESpondeo, quamuis allata doctrina ſit vera, quando hic caſus euenit, nempè cum adeſt aliqua materia ſubiecta poteſtati confeſſarij abſque vllo dubio; tamen cenſeo ſaltem reſpectu excommunicationis adeſſe aliquam peculiarem difficultatem, quam in alijs cenſuris non inuenio, puta adeſſe in excommunicationem priuationem ſuffragiorum, quibus non gaudet, qui reipſa non eſt abſolutus. Neque dicas gaudere quia ſaltem indirectè eſt abſolutus ab excommunicationem; nam hoc nō mihi eſt certum, & quamuis dicant multi Doctores. teſte *Suar. de cenſuris diſp. 9. ſect. 3.* contritum excommunicatum gaudere communione Sanctorum, quando defectus abſolutionis non dependet à reo excommunicato; puta quia excommunicatus eſt paratus ad obediendum ſuperiori, nihilominus hoc non eſt certum, quia probabilius eſt non gaudere huiuſmodi excommunicatum contritum communione Sanctorum, donec reipſa abſoluatur ab excommunicatione, vt benè probat *Suar.* loc. cit. cum multis Doctoribus.

Suar.

Suar.

20 Ad prudentiam confeſſoris ſpectat quandoque, immo ſemper interrogare peni-

nitentes vxoratos quando ſe accuſant de peccato inceſtus in ſecundo gradu affinitatis, an ignorauerint pœnam non petendi debitum alteri coniugi, quandoquidem probabile eſt coniugem inceſtuoſum non egere diſpenſatione ad petendum debitum, quando inuincibiliter ignorabat eiuſmodi pœnam non petendi debitum, etiam ſi erat conſcius iuris, & facti, vt affirmat *Sanch. lib. 9. de matr. diſp. 32. nu. 50.* *Sanchez.*

Hinc

COlligitur à fortiori, quod ſi quis habet ignorantiam facti, qualiſcunque ſit, & quantumcunque craſſa, modo non ſit adeo craſſa, vt ſit ingens temeritas ignorare, vel non ſit affectata excuſare coniugem, qui affinitatem, aut cognationem ſpiritualem cum ſuo coniuge contraxit, ne debiti petitione priuetur, vt rectè probat *Sanchez* loc. cit. ſed *nu.* 47. *Sanchez.*

Idem dicendum eſt, quando non penitùs ignoratur factum; ſed quatenus ex eo oritur hæc pœna, v.g. coniux acceſſit ad conſanguineam ſui coniugis in ſecundo gradu, ignarus talis conſanguinitatis, exiſtimanſq; eſſe in tertio gradu, vel baptizauit filium alterius coniugis, credens non eſſe filium, ſed conſobrinum, aut alio conſanguinitatis gradu coniunctum; tunc non arcebitur à debiti petitione, perinde, ac ſi conſanguini-

ta-

tatem ignoraſſet: niſi eſset ingens temeritas ignorare, aut eſſet ignorantia affectata. Nec refert ſi coniux ex conſcientia erronea putaret ſibi interdici debiti petitionem, accedendo ad conſanguineam coniugis in eo tertio gradu baptizandouè coniugis conſobrinum. Nam adhuc perſeuerat ignorantia facti. Sicut excommunicationem minimè incurreret percuſſor clerici, exiſtimans inuincibiliter eſſe laicum: quamuis ſe erroneè crederet laici percuſſorem excommunicationis vinculo innodari.

21 Ad prudentiam confeſſoris ſpectat interrogare pœnitentes, quando inuenit eos in confeſſionibus præteritis non ſe accuſaſſe de pollutionibus, an laborauerint ignorantia inuincibili, quandoquidem poteſt dari ignorantia inuincibilis de pollutione, quæ non ſit peccatum, vt in ſpecie. Notant *Layman lib.4. tract.6. cap.8. num.3. & Sanchez in ſum.* cit. à *Diana to.2. tract.4. de ſacram. reſolut.*108. & conſequenter ſequitur huiuſmodi pœnitentes non teneri repetere præteritas confeſſiones, ſed ſatis eſt, vt suppleat in præſenti defectum admiſſum.

Layman. *Sanch.* *Diana.*

Sed notanda eſt celebris doctrina à confeſſarijs nunquam obliuioni tradēda, quam tradit *Nauarr. in c. fratres de pœnit. diſt 5. nu.82. Sylu. v. confeſſio, 1. q.3. Beia part. 1. caſu 9. Vaſq. in 3. p. tom. 4. quæſt. 92. art. 3. nu.17. & Reginaldus in* pra-

Nauarr. *Sylu.* *Beia.* *Reginal.*

praxi tom. 1.*lib.*6.*cap.* 5.*ſect.*3 *nu.*153. cum quis per ignorantiam aliquod peccatum mortale omiſit in confeſſione, eo quod erroneè putaret ipſum non eſſe tale, etiam ſi error vincibilis fuerit, nec à mortali perpetrantem excuſaret; tamen ab iteratione totius confeſſionis excuſat, ita vt ſufficiat pœnitentem ipſum in ſequenti confeſſione peccatum omiſſum declarare.

Idem dicẽdum eſt de circumſtantia peccati omiſſi, & de numero peccatorum non expreſſo in confeſſione, nemè pœnitentem huiuſmodi non teneri repetere confeſſiones præteritas; ſed ſatis eſt, vt ſuppleant in præſenti confeſſione defectum omiſſum.

Denique notandum eſt à confeſsarijs, quod quando confeſſio nulliter facta fuit, & poſtea aliæ intermediæ factæ ſunt vero dolore, & propoſito ex obliuione naturali, pœnitens non eſt confeſsus, defectum inualidæ confeſſionis; tunc non erit opus præteritas confeſſiones reiterare, ſed ſolum defectum nullitatis, & peccata in ea confeſsa, vel confitenda: quia confeſſiones intermediæ, validæ fuerunt, & ſemper validæ manent, ita docent *Sancius in Selectis diſp.*41. *nu.* 19. *Vaſquez in* 3.*p.tom.*4.*q.*92.*art.*3. *dub.*1. *nu.*9. & alij. teſte *Diana* loc.cit. *Sanc.* *Vaſq.*

22 Ad prudentiam confeſſoris pertinet interrogare pœnitentes, quando ſe accuſant

Digitized by Google

ſunt de hæreſi externa an corde retinuerint fidem catholicam; nam ſi corde retinuerunt fidem licèt grauiſſimè peccauerint, non etiam confitendo fidem catholicam in externo, tamen non reputandi ſunt tamquam hæretici, & conſequenter abſolui poſſunt à quocunque confeſſario approbato ab Ordinario, quia non inciderunt in excommunicationem contentam in Bulla Cœnæ. Ita *Suarez to.5. in 3.part. diſp.4. ſect.2. num.22. & diſp.21.ſect.2.num.3. & Sanchez in ſumma tom.1.lib.2 cap.7.num.8.* & plerique alij Doctores, quos breuitatis cauſa omitto: nec reperi aſſerentem oppoſitum; Ratio eſt, quia de eſſentia hæreſis eſt error in intellectu: ſed in ſupradicto deeſt hic error, ergo.

Suar.
Sanch.

23 Ad prudentiam confeſſoris ſpectat interdum interrogare pœnitētes percuſſores clerici, an publicè percuſſerint clericum quandoquidem ſolum publicum percuſſorem clerici tenemur vitare, & excommunicatum per cedolones, vt patet ex *Concilio Conſtantienſi*; fateor verò non eſſe abs re, vt explicetur res ad tollendos ſcrupulos.

Petes quis dicatur publicus percuſſor clerici, vt illum vitare teneamur.

Couarr.
Sayr.

RESpondetur, ex *Couarruuia in cap. Alma ter, p.1.§.2.nu.7. Sayr. de cenſur. lib.2.c.12.*

nu.

num.18.& Facundex præcept.1.lib.2.c.5.num.12. *Facund.*
publicum percuſſorem clerici, dici illum, qui ita notoriè manus violētas in clericum iniecerit, vt nulla tergiuerſatione celari poſſit,& nullo iuris remedio adiuuari,& licet ea percuſſio notoria ſit, & patens multis,ſi tamen non ſit notoria ijs,qui illam viderunt, percuſſorem nullam habuiſſe legitimam excuſationem,qua in eo facto à peccato excuſaretur, adhuc non cenſetur vitādus;nam ſi poteſt probabiliter aliquam veram cauſam allegare,qua à peccato excuſaretur, quandiù hoc non conſtiterit non ita eſſe,non erit vitandus,.hoc autem conſtare non poteſt niſi per iudicis ſententiam, vel per facti notorietatem. Quamobrem rarò contiget percuſſionem clerici, ita eſſe notoriam facto, vt non poſſit aliquo iuris remedio,ac probabilitate aliqua excuſari.

24 Ad prudentiam confeſſoris ſpectat ex modo confitendi pœnitentis, agnoſcere an laboret ſcrupulis, vt poſſit ei remedia applicare ad eos tollendos.

Sed petes primò, quid ſit ſcrupulus.

Reſpondetur, ex *Azor. part.1. lib.2. c.20. quæſt.3. Vaſquez 1.2.diſp.67.cap.2.num.8. Sanchez in opere morali lib.1.cap.9. nu.2.* & alijs communiter ſcrupulum eſſe quandam ſu- *Azor. Vaſq. Sanchez.*

ſpi-

ſpicionem ortam ex leuibus indicijs, conſequenter illum dici ſcrupuloſum, qui dubitat ex leuibus fundamentis, & frequenter dubitat ex leuibus motiuis.

Verum ſi quis dubitet, an ſit ſcrupuloſus, ſtare debet iudicio viri docti, vt confeſſarij, ita *Sanchez* loc. cit.

Sanchez.

Petes ſecundò; vnde ſcrupuli naſcantur.

Reſpondetur, ex multis cauſis ſcrupuli ſuam trahunt originem.

Primò, ex melanconia.

Secundò, ex ignorantia.

Tertiò, ex Diaboli ſuggeſtione.

Quartò, ex nimia maceratione, & afflictione corporis, vt ex ieiunio, &c.

Quintò, ex frequenti conſuetudine, & conuerſatione cum ſcrupuloſis.

Sextò, ex ſuperbia. Ita communiter affirmant Doctores. teſte *Bonac. diſp. 2. q. 4. par. 8. num. 2.*

Bon.

Petes tertiò, quæ ſunt remedia, quibus curari poteſt ſcrupuloſus.

Reſpondetur, ex communi ſententia Doctorum, apud *Bonac.* loc. cit. multa eſſe remedia, quibus confeſſarius vti poteſt erga penitentem ſcrupulis agitatum.

Bonac.

Pri-

Primum remedium eſt, vt quando ſcrupulus oritur ex cauſa naturali, talis cauſa auferatur.

Secundum remedium eſt, vt ad Deum per proprias,& alienas præces, cum humilitate, fiducia,& deuotione recurratur.

Tertium,vt dubia ſcrupuloſi explicentur in meliorem partem.

Quartum, vt confeſſarius conſulat pœnitenti,ne confiteatur peccata,quæ dubitat eſſe mortalia, nec permittat ipſum aperire, quæ dubitat in alijs confeſſionibus fuiſſe manifeſtata, ſi confeſſarius ſciat pœnitentem mediocrem diligentiam adhibuiſſe ad integrè confitendum.

Addo confeſſarium nulla ratione debere pœnitenti, licèt importuno, permittere, vt fateatur peccata, quæ dubitat in alijs cõfeſſionibus fuiſſe manifeſtata; cum credulitas ſcrupuloſi in hac parte æquiualeat certitudini hominis pacatæ conſcientiæ.

Addo etiam hoc verum eſſe,licèt pœnitens dubitet confeſſarium benè percepiſſe, aut bonum dediſſe conſilium: nam credere debet confeſſarium ſatis percepiſſe, bonumque dediſſe conſilium, ita communiter Doctores.teſte *Sanchez* loc. cit. & alij inſignes Doctores affirmant. *Sanchez.*

Addo denique confeſſarium ſæpiſsimè non debere, non ſolum in confeſsione, verum

rum etiam extra confeſsionem admittere pœnitentem ſcrupuloſum, ad aperiendos ſcrupulos; quos pœnitentes vellent extra confeſsionem aperire, gratia conſilij capiẽdi; alioquin ſcrupulis numquam imponeretur finis. Immo confeſſarius debet aliquando pœnitentem reprehendere, & deterrere, ne ſcrupulos aperiat, vel confiteatur.

Quintum remedium eſt, vt confeſſarius pœnitenti, qui ſcrupulis veſſatur, præcipiat ne credat aliquid eſſe mortale, ſeù ſe mortaliter peccaſſe, ſeù ſe conſenſum peccato præbuiſſe; niſi hoc ipſo omnino conſtet, nam ſcrupuloſus, qui ſe nouit ſcrupuloſum, rationabilem habet cauſam opinandi illos eſſe ſcrupulos. Propterea ſcrupuloſus, qui dubitat aliquem eſſe ſcrupulum, poteſt illum tamquam ſcrupulum deponere, & facere contra illum, & non tenetur illum cõfiteri, quia ſequitur probabilem opinionem, illum ſcrupulum eſſe tantum, & non peccatum mortale. Ita affirmant communiter Doctores. teſte *Bon.* loc. cit.

Bonat. *Em. Sà.* *Cla. Reg.* *Vaſq.* *Azor.* *Sanchez.*

Addunt præterea *Eman. Sà verb. dubium, num. 5. Clauis Regia lib. 1. cap. 14. num. 2. Vaſquez 1. 2. diſput. 67. cap. 2. Azor. part. 1. lib. 2. capit. 20. quæſit. 10. Sanchez in opere morali lib. 1. capit. 10. num. 82.* & alij, aliquem poſſe aliquando, ita ſcrupulis agitari, vt ei conſulendum ſit, ne cre-

credat aliquid eſſe mortale, aut ſe mortaliter peccaſſe, niſi hoc ipſi ita conſtet, vt hoc valeat aſſerere cum iuramento.

Hoc idem remedium applicari poteſt pœnitenti valdè ſcrupuloſo, circa præteritas confeſſiones, vt videlicet confeſſarius non permittat huiuſmodi pœnitentem anteactæ vitæ peccata confiteri; niſi pœnitens iurare poſſit ſe nunquam talia peccata in confeſſionibus aperuiſſe: nam experientia docet, credulitatem ſcrupuloſi æquiualere certitudini pacatæ conſcientiæ.

Sextum remedium eſt, vt ſcrupuloſus ſtet dictis confeſſarij, vel ſuperioris, vel alterius probi, & periti hominis, illique obediat.

Addit præterea *Bonacina* loc. cit. ſcrupulum deponi poſſe non ſolum conſilio confeſſarij, aut alterius viri docti; verum etiam alia probabili ratione; ita etiam affirmat *Eman. Sà, v. dubium.* *Bon.* *Em. Sà.*

Septimum remedium eſt, vt ſcrupuloſus ſæpè faciat contra ſcrupulum, ait *Sylu. verb. ſcrupulus*, non ſolum ex aliorum iudicio, ſed etiam ex proprio, quãdo habet probabilem rationem, quod ſic poſſit facere: maximè ſi ſit doctus, ita etiam affirmant communiter Doctores. *Sylu.*

Octauum remediũ, vt ſcrupuloſus paruipendat argumenta, quæ naſcuntur ex

ſcrupulis, nec ad ſcrupulos, vel ad eorum rationes attendat, ſed potius obediat confeſſariò: aut alteri viro probo, & docto, cõſulenti ſcrupulos deponi, eorumque argumenta contemni.

Sed dubium eſt, quid faciendum ſit cum illis ſcrupuloſis, qui non videntur omninò timoratæ conſcientiæ.

RESpondetur cum huiuſmodi ſcrupuloſis cautius agẽdum eſſe, quam cum alijs, qui ex timore diuinæ offenſæ ſcrupulis vexantur; quia in his non æqualiler militant rationes excuſationis, quas pro ſcrupuloſis timoratæ conſcientiæ adduximus.

Quamquam etiam concedo iſtorum dubia in mitiorem partem explicanda eſſe, & confeſſarium etiam cum huiuſmodi ſcrupuloſis poſſe prædictis remedijs, & regulis vti, prout prudentia, & recta ratio dictauerit, ita *Vaſquez* 1.2.*diſput.*67.*Sanchez*, & alij cit. à *Bon.* *Vaſq.* Sanch. *Bonac.*

Petes quartò. An ſit peccatum facere aliquid depoſito ſcrupulo, aut ipſo permanente.

Sanchez. *Reginal.* *Nauarr.* RESpondetur, ex *Sanchez in opere morali lib.*1.*c.*10.*num.*80.*Reginald.lib.*13.*nu.*114. *Nauarr.in manuali prælud.*9. *num.*9. & alij cit. à Bo-

*Bonac. num.*5. non eſſe peccatum facere aliquid, depoſito ſcrupulo, aut etiam ipſo permanente, tùm quia Doctores communiter docent non eſſe peccatum facere cōtra ſcrupulos, tùm quia ſi per quodcunque argumentum, quod facit nos formidare de eo, quod probabiliter iudicamus, abſtinendum eſſet ab opere, de quo prodenter iudicamus, nimis ardua eſſet ad cœlum via. *Bonac.*

Hinc

SEquitur, eum qui probabiliter ſibi perſuadet aliquid eſſe licitum, poſſe tuta conſcientia illud peragere non obſtantibus apparentijs in contrarium occurrentibus, etiam ſi tali nitantur argumento, vt illud ipſe nequeat diſſoluere, niſi fortè argumentum tale ſit, vt tollat iudicium, ſeù aſſenſum de eo, quod licitum exiſtimabat; tunc enim non dicitur ſcrupulus, ſed dubium, conſequenter, in tali euentu non licet quidquam operari, niſi dubium practicè deponatur, ita *Nauar. cap. ſi quis de pœnit. diſt* 7. *nu.* 78. *Reginald. lib.* 13. *nu.* 112. & *Sanchez in opere morali lib.* 1. *cap.* 9. *nu.* 2. & alij. *Nau. Reginal. Sanchez.*

25 Ad prudentiam confeſſoris pertinet agnoſcere pœnitentes an fecerint aliquid cum dubia conſcientia peccandi mortaliter, ſed

Digitized by Google

Petes primò. Quid ſit conſcientia dubia?

Nauarr. Caietan. Sanchez. RESpondetur, ex *Nauarro in manual. prelud. 9. nu. 9. Caietan. 1. 2. q. 59. art. 5. ad 2. Sanch. in opere morali lib. 1. cap. 10.* & alijs, conſcientiam dubiam dici illam, quando intellectus neutri parti aſſentitur, ſed manet in æquilibrio, vel ferè manet in æquilibrio abſque determinato aſſenſu alicuius partis, licèt fortè maiorem habeat inclinationem, & propenſionem ad vnam, quam ad alteram partem.

Petes ſecundò. Quotuplex eſt dubium.

REſpondetur, ex communi ſententia Doctorum, duplex eſſe, alterum ſpeculatiuum, alterum practicum; dubium ſpeculatiuum contingit, quando dubitatur in genere aliquid, v. g. eſſe licitum, vel illicitum, vt quando quis dubitat aliquem contractum eſſe vſurarium, aut licere in die feſto iter peragere; Dubium practicum cõtingit, quando dubitatur hic, & nunc, tempore videlicet præſtandi operis, opus licitum, vel illicitum eſſe, vt ſi ego hic, & nunc dubitem hanc doctrinam, quam modo trado, veram non eſſe, aut hunc contractum, quem modo celebro vſurarium eſſe, aut mihi nunc licere, ita *Nau. in manual. prælud. 9. nu. 9.* Nau.

num.9. Caiet.1.2. *quæſt.59. artic.5. ad* 2. & alij. Caietan.

Petes tertiò. An qui cum conſcientia practicè dubia aliquid operatur peccet?

RESpondetur, ex communi ſententia Doctorum. teſte *Bonac. diſp. 2. tom. 2. q. 4. pun. 7. nu. 4.* affirmatiuè nempè peccare, peccato ſcilicet eiuſdem rationis, & ſpeciei, cuius eſt peccatum, de quo dubitatur, quia ſic operans exponit ſe periculo peccati, de quo dubitat. Secus eſt dicendum, ſi aliquid operetur non practicè dubitans eſſe peccatum, quamuis ſpeculatiuè dubitauerit, & quamquam regulariter dubitans ſpeculatiuè aliquid, idem iudicium in praxi formare debeat, nihilominus ſuperueniente alia ratione probabili in praxi poteſt variare iudicium, etiam ſi ſit diſſimile illi ſpeculatiuo, vt patet in eo, qui licet nouerit licitum non eſſe rem alienam ſurripere, tamen ſuperueniēte extrema neceſſitate, poteſt hic, & nunc iudicare licitum eſſe rem alienam ſurripere. Bon.

Petes quartò. An qui ſpeculatiuè abſolutè certus eſt licitum eſſe in die feſto docere, ſed dubitat hic, & nunc eſſe licitum, an peccet docendo cum tali dubio practico?

Bonac. Reſpondetur, ex communi ſententia Doctorum. teſte *Bonac.* cit. ſed *num. 6.* peccare, quia practicè ſe exponit periculo peccandi.

Petes quintò. Vtrum peccet, qui practicè dubitat in vtramque partem, quia videlicet timet ſibi peccatum, ſiuè in agendo aliquid, ſiuè in omittendo.

Reſpondetur, peccare, niſi adhibita diligentia, eligat minus malum, ſi alterutrum neceſſariò eligendum iudicauerit; Verum in tali euentu obſeruare debet, vt diligentiam, quam pro loci, temporis, & rei qualitate, adhibendam iudicauerit, adhibeat ad veritatem aſſequendam, quam ſi præſtita morali diligentia non aſſecutus fuerit; itaut nequeat dubium rationabiliter deponere, & alterutrum eligendum ſit, poterit eligere, quod minus malum eſſe iudicauerit: perinde enim eſt, ac ſi inter duo mala conſtitutus eſſet, de duobus autem malis, minus eſt eligendum. Si verò diſcernere nequeat, quodnam maius ſit, & quodnam probabiliùs immineat, poterit quodcunque libuerit ſine peccato eligere. ſi alterutrum eligendum ſit: Ratio eſt, quia re ipſa nunquam datur ſimpliciter perplexitas, vt homo neceſſariò peccare debeat, ita

San-

Digitized by Google

Sanchez in ſumma lib. 1. cap. 10. nu. 19. Reginald. & alij cit. à *Bonac.* loc. cit. ſed *num.* 8. illud verò cenſetur maius malum, quod cæteris paribus, probabilius imminet; Dixi cæteris paribus; nam ſi vnum malum ſit longè grauiùs, ſed minus probabiliter imminet, quā alterū minus, quod probabilius imminet, hoc, quod probabilius imminet, non cenſetur maius, ſed minus, conſequenter hoc potius eligi debet ad euitandum longè grauiùs. Quamobrem ſi quis inuincibiliter dubitet ſe teneri ad mentiendum, vt tueatur alicuius vitam, & alioqui putet ſe reum homicidij, niſi mentiatur, tenetur, ſi adhibita diligentia non potuit veritatem aſſequi, potius mentiri: quia culpa homicidij longè grauior eſt mendacio officioſo, ita Doctores ſupra citati. *Sanchez. Regin. Bonac.*

Petes ſextò. Quid requiratur, vt conſcientia practicè deponatur, & vincatur dubium ſpeculatiuum.

RESpondetur duo requiri. Primò, requiritur debita diligentia in rei veritate inquirenda, quam ratio poſtulat pro rei, tēporis, & loci qualitate, & conditione.

Quamobrem ſi moralis neceſſitas occurrat faciendi aliquod opus, de quo dubitatur, an liceat, ſufficit eam diligentiam adhibere, quæ tunc temporis adhiberi poterit;

non enim ſemper eſt neceſse, in dubijs eam adhibere diligentiam, quæ in ſe ſufficiens eſt ad vincendum dubium, ſed eam adhibere ſufficit, quam loci, & temporis opportunitas permittit, ita *Suarez de cenſuris diſput.* Suar. 40 *ſect. 5. nu. 13. Valentia p. 2. diſp. 2. quæſt. 14. p. 4.* Val. *Sanchez in ſumma lib. 1. cap. 9. nu. 25. & cap. 10.* Sanchez. *nu. 5. & 8.* Secundò, requiritur iuſta aliqua cauſa deponendi practicè dubium ſpeculatiuum; iuſta autem cauſa variãdi iudicium ſpeculatiuum eſt conſilium bonorum, & doctorum virorum, vt docet *Sanchez* loco cit. & alij. Idem dicendum cenſeo cum *Bonac. nn. 13.* de ſufficienti ſtudio. Sanchez.

26 Ad prudentiam confeſsoris pertinet agnoſcere, quando pœnitentes peccarunt contra conſcientiam, licèt res in ſe non fuerit peccatum, ſed

Petes primò. Vtrum conſcientia, quamuis erronea, obliget ad faciendum, quod ipſa conſcientia dictat.

Reſpondetur, ex communi ſententia Doctorum, teſte *Bonac. diſp. 2. to. 2. q. 4. p. 6. n. 8.* conſcientiam, licet ſit erronea, obligare ad faciendum id, quod ipſa conſcientia faciendum dictat, per modnm præcepti, & non tantum per modum conſilij, ratio eſt, quia qui non facit, quod dictat cõſcientia, cenſetur facere contra rationem Bonac.

di-

Digitized by Google

dictantem aliquid eſſe faciendum; ſed qui facit contra rationem dictantem aliquid eſſe faciendum per modum præcepti, facit contra aliquam obligationem, ergo peccat; regula enim noſtrarum actionum eſt conſcientia. Addo cum *Bonac. nu.9* hoc verum eſſe, etiamſi quod dictat conſcientia, ſit contra ius diuinum, modo talis conſciẽtia erronea ſit inuincibilis; ſecus eſt, ſi ſit vincibilis. Neque in hoc caſu conſcientia erronea inuincibilis dicitur dictare aliquid contra ius diuinum formaliter, ſed tãtummodò materialiter; cum non cognoſcat illud eſſe contra ius diuinum. *Bonac.*

Petes ſecundò. Quid ſit conſcientia erronea inuincibilis, & vincibilis.

RESpondetur, ex *Sanchez lib. 1. in opere morali c. 11. nu. 1.* & alijs, conſcientiam erroneam inuincibilem eſſe illam, quæ ita errat, vt poſitis talibus circumſtantijs videatur prudenter iudicare, nec teneatur ſuum iudicium deponere, ſit exemplum, dum ego dubitarem de aliqua lege, seù de aliqua excommunicatione interrogaui hominem peritum, pium, ac doctum, num talis lex, vel excommunicatio extaret, & ipſe reſpõdit, non extare, cum tamen rè vera extet; Ego dicor, habere conſcientiam erroneam *Sanchez.*

in-

Digitized by Google

inuincibilem, conſequenter non pecco aliquid faciendo contra talem legem, vel excommunicationem; ſi verò interrogaui hominem imperitum, dicor, habere conſcientiam erroneam vincibilem, quam teneor, & poſſum deponere adhibita debita diligentia; conſequenter ſi faciam aliquid contra prædictam legem nõ excuſor à peccato; ſed hoc ego puto ſic diſtinguendum eſſe, vel homo eſt rudis, ac ignarus, vel eſt doctus; ſi eſt rudis, non dico peccare, ſi bona fide interroget aliquem hominem dignum fide, ſed nõ doctum, an ſciat, ſi talem rem committendo ſit peccatum, & ille reſpondet, non eſſe peccatum, & ideo mouetur ignarus ad operandum, modò videatur ipſi ſufficientem diligentiam adhibuiſſe in inquirenda veritate; ſi verò eſt doctus ſatis eſt, vt interroget hominem probum, qui veriſimiliter poſſit talem rem ſcire, eſto ſit idiota, puta, quia ipſe didicit doctrinam ab homine docto, ac pio.

Petes tertiò. Vnde conſcientia erronea vim habeat obligandi.

RЕſpondetur vim habere ex lumine naturæ, tum quatenus lumen naturæ dictat malum eſſe fugiendum. Tum quatenus indicat voluntatem ſequi debere intelle-

le-

lectum tāquam ducem, & proximam ſuam Regulam; cùm enim voluntas noſtra ſit cęca, duci debet ab intellectu, illumque tamquam ducem ſequi, ita *Canus 2.part. tract.1. cap.4.q.7.nu.8. Sanchez in opere moral.lib.1.c.11. nu.3.* & alij. *Can. Sanchez.*

Petes quartò. An qui facit aliquid contra conſcientiam erroneā, falsò credens eſſe peccatum, committat peccatum illius ſpeciei, quam conſcientia apprehendit.

RESpondetur, ex communi ſententia Doctorum affirmatiuè, ratio eſt: quia cenſetur habere affectum ad peccatum talis ſpeciei.

Hinc

SEquitur primò, eum, qui expuit in terram, credens committi peccatum irreuerentiæ, & ſacrilegij, committere peccatum ſacrilegij, ſi re ipſa expuat in terram, antequam rationabiliter deponat conſciētiam erroneam.

Sequitur ſecundò, eum, qui carnaliter cognoſcit aliquam fœminam, quam falsò putat habere votum caſtitatis, aut eſſe conſanguineam, non ſolum peccare peccato fornicationis, verumetiam inceſtus, aut cōtra votum.

Sequitur tertiò, eum, qui putat aliquod opus

opus indifferens eſſe peccaminoſum,& malum in genere, non deſcēdendo ad ſpeciem aliquam particularem, peccare contra præceptum generale dictans ſequendum bonum, malum verò fugiendum; ſicut peccat, qui proponit in genere peccare, ita *Salas lib.* 13.*num*.7.*Valentia p*.2.*diſput*.2. *q*.14.*p*.4. *dub*.2. & alij inſignes Doctores, ſed

Salas. Val.

Dubium eſt. Vtrum, qui facit aliquid putans, ſeù apprehendens eſſe peccatum, non cognita grauitate peccati, ſeù materia, aut non diſtinguens, vtrum ſit mortale, vel veniale, ſed ſolum confusè apprehendens eſſe peccatum, aut ſolum in communi cogitans eſſe malum, quod facit grauiter peccet, & contra quid peccet?

Nau. Lop. Valent.

RESpondeo, *Nau. in ſumma prælud*.9. *nu*.9. *Lop*.1.*par.cap*.3.*Valent*. 1.2.*tom*.2. *diſp* 2. *q* 14.*punt*.4.*quæſit* 3. venialiter tantummodò peccare; quia abſtrahit à peccato mortali, & veniali, & non videtur magis in mortale, quam in veniale conſentire, ſed

Vaſq. Rodriq. Sanchez. Bonac.

Vaſquez 1.2.*diſp*.59.*Rodriquez* 1.*part.cap*.71. *concluſ*.4. *Sanchez*, & alij cit. à *Bonac*. loc. cit. dicunt peccare mortaliter; ratio horum Doctorum eſt; quia cum ab aliquo putetur illud eſſe malum, tenetur conſiderare, perpendere, & examinare an ſit malum mortaliter, an venialiter: alioquin exponit ſe periculo-

cu-

Digitized by Google

culo peccandi, non ſolum venialiter, ſed etiam mortaliter; hæc eſt probabilior ſententia: Vnde

Aduertendum eſt, quod opinio negans committi peccatum mortale, in praxi non eſt ſequenda, dico ego, ſaltem in articulo mortis, quando pœnitens aliud peccatum non haberet niſi ſupradictum, & conſequẽter, tenetur illud confiteri; quia à parte rei opinio Nauarri poteſt eſſe falſa, & conſequenter potuit contingere, vt re vera amiſerit gratiam plenè aduertens, & volens illud malum apprehenſum, ſed non prius cognita grauitate peccati.

Petes quintò. Vtrum peccet ille, qui dum carcere detinetur, putat ſe peccare non audiendo Miſſam, quam nequit audire.

REſpondetur, ex *Sanchez in ſumma*, & alijs cit. à *Bonac.* loc. cit. ſed *nu.* 24. non peccare, quia talis omiſſio non eſt voluntaria, cùm detentus in carcere nequeat Miſſæ ſacrum audire; ſecus eſt dicendum de eo, qui domui per infirmitatem detinetur, credens ſe grauiter peccare non audiendo ſacrum, nempè hunc peccare, niſi deponat practicè conſcientiam erroneam, vel medio ſufficienti ſtudio, vel medio dicto alicuius viri docti, ac pij: ratio eſt quia, abſo- *Sanchez. Bonac.*

lutè

lutè loquendo, libertatem habet ægrotus egrediendi domo ad audiendum ſacrum, quam libertatem non habet detentus in carcere. Addo ego; quod ſi ægrotus reipſa vires non habet, vt poſſit adire templum, cauſa audiendi ſacrum, non peccare, quamuis putet peccare non audiendo ſacrum, ſicút dictum eſt de detento in carcere; Addo ego præterea, quod tenetur talis ægrotus credens ſe obligatum eſſe ad audiendum ſacrum, experientiam de ſeipſo facere, an vires habeat ſufficientes, vt audire poſſit templum, & ſi facta eiuſmodi experientia, re vera non poteſt, non peccare, non audiēdo ſacrum in die feſto, licèt ipſe ex conſciētia erronea credat ſe peccare: verum ſi moraliter conſtet ægroto vires ſufficientes non habere, non tenetur experientiam facere, an poſſit adire templum, cauſa audiēdi ſacrum; hoc intelligitur, quando ægrotus nullum auxilium habet, neque famulorum, neque pecuniæ, itaut media ipſa pecunia, vel famulis, adire poſſit templum; itaut careat libertate, quæ omninò eſt neceſſaria ad peccatum; vnde ſi hæc auxilia haberet ægrotus, teneretur his vti, cauſa non peccandi mortaliter.

Pe-

Petes ſextò. Vtrum, qui ex conſcientia erronea putat vtramque contradictionis partem eſſe peccatum, peccet alterutram partem ſequendo, vt ſi mulier-cula, cui cura infirmi incumbit, iudicet ſe peccare non audiendo ſacrum, dum curam infirmi habet, & ſimul etiam credat ſe peccare deſerendo infirmum, vt ſacrum audiat.

RESpondetur, peccare quamcunque partem eligat, modo ignorantia, ſeù conſcientia ſit vincibilis, vt ſupradictum eſt. Si verò conſcientia ſit inuincibilis, peccat, niſi eligat id, quod grauius obligat; quia de duobus malis minus eſt eligendum, quando alterutrum vitari nō poteſt. Si verò diſcernere nequeat, quodnam magis obliget, & quodnam ſequi teneatur aliqui Doctores. teſte *Bonac.* loc. cit. ſed *nu.* 27. putant peccare quamcunque partem eligendo, ſed *Bonac.*

Mihi dicendum videtur non peccare, quamcunque partem eligat, ſi diſcernere nequeat, quænam pars magis obliget, & & quamnam partem ſequi teneatur; ratio eſt, quia talis actus licèt abſolutè ſit liber; tamen moraliter, & humano modo non videtur liber, cum non vitetur culpa electa quauis parte, & homo non debet eſſe perplexus, & neceſſariò peccare, ita *Sanchez* lo. cit. *Sanchez*.

Beccan. cit. ſed *nu.* 14. *Beccanus tract.* 1. *cap.* 4. *q.* 8. *num.* 7. Rodriq. *Rodriquez in ſumma p.* 2. *cap.* 51. *num.* 6. & plerique alij inſignes Doctores.

Ampliatur hæc doctrina à ſupradictis Doctoribus etiam ſi ignorantia initio fuerit culpabilis, ſed modo affecta ſit inculpabilis ratione pœnitentiæ.

Reſtringitur verò hæc doctrina, ſi ignorantia ſit vincibilis, dum alterutra pars eligitur.

Petes ſeptimo. Vtrum qui aliàs ex conſcientia erronea credidit aliquod opus eſſe peccatum, ſed, dum illud opus præſtat, non amplius actu iudicat, vel dubitet eſſe peccatum, excuſetur à peccato.

Bonac. RESpondetur, ex communi ſententia Doctorum, teſte *Bonac. nu.* 28. excuſari à peccato,

Petes octauo. An qui commiſit aliquod peccatum mortale ex conſcientia erronea, quod re vera non erat in ſe peccatum, teneatur confeſſarius inſtruere pœnitentem de rei veritate.

RESpondeo hunc caſum non legiſſe, nec apud Doctores explicitè inueniſſe, & idcirco, ſaluo meliori iudicio,

cio, ſic Reſpondeo, ſi res eſt difficilis in ſe, & præſertim difficilis eſt euitanda à pœnitente teneri ſub mortali confeſſarium docere pœnitentem, ac illum illuminare, manifeſtando illi talem rem non eſſe peccatum mortale, ne in poſterum in illud labatur, eo magis, ſi cognouerit pœnitentem eſſe recidiuum; ſi verò hoc moraliter non timetur, nempè, vt in futurum committetur à pœnitente huiuſmodi peccatum, credo, quod confeſſarius non peccet, non aperiendo illi veritatem, licèt optimè faciat ſi illum inſtruat de veritate.

Petes vltimò. Quomodo deponi poteſt conſcientia erronea.

RESpondetur, ſi conſcientia fuit temerè, & abſque fundamento concepta, deponi poteſt abſque vlla ratione, iudicando ipſam conceptam fuiſſe ſine ratione, & fundamento: Si verò cum fundamento concepta fuit, requiritur aliqua ratio probabilis, ſeù fundamentum rationabile ad deponendam illam, ita communiter affirmant Doctores, teſte *Bon. nu.* 30. *Bonac.*

27 Ad prudentiam confeſſoris pertinet, quando agnoſcit pœnitentes parum contritos, oſtendere eis grauitatem offenſæ, quam contra Deum commiſerunt hoc in-

tuitu, vt antequam recipiant ſacramentalem abſolutionem eliciant actum veræ pęnitentiæ; aduertit verò *Sotus* citatus à *Reginaldo de prudentia confeſſarij cap.5. ſect.*1. quod non eſt neceſſe, vt confeſſarius multum laboret in diſcutiendo, an pœnitens plebeius contritionem perfectam adferat de peccatis ſuis; id enim cognitu eſt difficillimum, nec neceſſarium ad abſolutionem non cōferendam temerè, praxis verò hæc debet eſſe, vt confeſſarius inducat pœnitentem ad veram contritionem peccatorum, antequam eum abſoluat; caueat tamen ne ipſum in tentationes damnoſas, & ſuperuacaneas conijciat, vt ſi diceret pœnitenti, vt hūc animum habeat, nimirum potius mori, vel perdere filios, quam peccare iterum mortaliter, vel potius, vt ipſe mortuus eſſet, quam peccaſſe; nam hoc non eſt neceſſum, ſed ſufficit, vt pœnitens malit ſaltem generatim, omnia mala pati, quam ſic peccare, vel peccaſſe, vt ait *D.Thomas in opuſc.*1. *art.*9. & ſequitur eum *Nauarr. in ſumm. cap.*1. *nu.*17. & ſi videtur ei non habere ſufficientem contritionem, cohortetur eum ad maiorem concipiendam his conſiderationibus tactis à *Nauar.cap.*1.*nu.*39. quæ ſunt priuatio gratiæ, mors animæ, amiſſio fœlicitatis æternæ, receſſus à patrocinio diuino, & acceſſus ad ſubiectionem diaboli; deinde in-

[Margin: Soto. Regin. — D.Thom. Nau. — Nau.]

Digitized by Google

inducat illum ad Dei amorem, propter quem dolorem, & deteſtationem de peccatis præteritis, propoſitum firmum concipere debet non amplius in futurum peccare, quod ſi adhuc, his omnibus ad dolorem non ſufficienter eum moueri conſideret, interroget, an doleat, quod non doleat tantum, quantum deberet, & an vellet huiuſmodi dolorem ſufficientem concipere: Quod ſi annuat, credat ineſſe dolorem, & eſſe verè attritum: nam tunc dicitur attritus, ita *Nauarr. c. 1. nu. 18. & cap. 10. num. 4.* & eſt communis ſententia Theologorum. *Nauarr.*

28 Ad prudentiam confeſſarij ſpectat cum aliquod grauè, & turpè peccatum à pœnitente audierit nulla ſigna admirationis, abominationis, aut pauoris oſtendere veluti ſpuendo, vel ſe cruce ſignando, vel ſeipſum commouendo, quia poſſet eſſe occaſio, vt pœnitens non panderet aliquod aliud peccatum confeſſori, metu aſperæ reprehenſionis, ſed poſt abſolutam, & completam oris confeſſionem, debet illum confeſſarius reprehendere, oſtendendo illi grauitatem offenſæ, quam contra Deum patrauit, & deinde debet eum abſoluere, immo addo, quod ſigna externa ſupradicta indirectè poſſunt reuelare peccatum, quod eſt valdè notandum à confeſſarijs. Addo præterea, quod non citò confeſſarius poſt

auditum vnum peccatum,debet pœniten-
tem reprehendere,ſed poſt completam cõ-
feſſionem,vt ſupra dictum eſt.

29 Ad prudentiam confeſſarij ſpectat interdum non permittere pœnitentibus ſpiritualibus,vt de peccatis eorum aſperas, ac crudeles pœnitentias, & corporis afflictiones efficiant, ſed quod moderatè id agant,quandoquidem ſupradictæ pœnitentiæ poſſunt eſſe cauſæ infirmitatis, ac perpetuę inhabilitatis ad operandum;quapropter multa prudentia debet vti confeſſarius erga huiuſmodi pœnitentes,cum quãdoque diabolus ſe transfiguret in Angelum lucis,vt ait Diuina Scriptura,& conſequenter non eſt à cõfeſſarijs inſpiciendum opus bonum præpoſitum à pœnitentibus, ſed conſiderandum eſt,an hoc opus ſit impeditiuum maioris boni, & ſi ita eſt,non eſt faciendum,& conſequenter repellendum, & nũquam hoc pęnitentibus permittendum; hanc doctrinam ſpiritualem didici à Reuerendo Patre Franciſco Corcionio Societatis Ieſu meo deuotiſſimo Domino, quem Patrem appello, magiſtrum vitę ſpiritualis.

Ex hac doctrina.

COlligitur quando inſpirationes, & vocationes ſunt à Deo, & quando à Dęmone; ſunt à Deo quando inſpirationes ad rectè operandum non ſunt impeditiuę maioris

ioris boni: ſunt verò à Dœmone, quando ſunt impeditiuæ maioris boni; ratio Theologalis eſſe poteſt, cum Deus ſit ipſa abſoluta perfectio, non poteſt velle, niſi quod eſt optimum, excludens à ſe omnem imperfectionem: ſed bonum, quod eſt impeditiuum maioris boni includit imperfectionem, ergo non poteſt eſſe à Deo, ergo à Dœmone: minor probatur; nam bonum, quod eſt impeditiuum maioris boni non tendit ad id, quod eſt maius, ſed ad id, quod eſt minus, ergo includit imperfectionem.

30 Ad prudentiam confeſſoris ſpectat agnoſcere, quando ſunt pueri capaces recipiendi Euchariſtiam, ſed

Petes primo. An licitum ſit præbere Euchariſtiam pueris, quando ſunt præditi vſu rationis, qui vſus rationis communiter acquiritur poſt ſeptem annos completos.

Reſpondetur, ex *Suarez to.4. 3.p. diſp.36. ſect.2. Henriquez lib.8 cap.5* & alijs inſignibus Doctoribus, hoc non licere, nempè immediatè poſt ſeptemnium completum, prębere Euchariſtiam pueris etiam ſi clarè conſtet eos vſu rationis pollere; vnde dicunt communiter Doctores prius aduenire pueris tempus obligationis præcepti confeſſionis, quam communionis, & *Suar.* *Henriq.*

ideo cenſent Doctores non teneri pueros communicare ante decennium.

Sanc. Tab. D. Ant. Sed *Sancius in ſelectis diſp. 26. Tabiena v. communicare nu. 3. D. Antoninus 3. p. tit. 9. cap. 8. §. 2. & par. 3. tit. 14. cap. 12. §. 5.* & alij docent teneri pueros communicare, quando ſunt doli capaces, quando ſcilicet peccare poſſunt. Verum quod certum eſt in omni opinione, huiuſmodi pueros doli capaces poſſe in articulo mortis, communicare; immo tenẽtur, quia maximè tunc vrget neceſſitas, & ſi id negligant parentes dico peccare mortaliter.

Petes ſecundo. An huiuſmodi pueris conſtitutis in articulo mortis poſſit dari Sacramentum extremæ vnctionis.

RESpondetur, certiſſimum eſſe apud Doctores, ſi puer eſt doli capax, & iã peccauit, dari poſſe Sacramentum extremæ vnctionis, ſed

Dubium eſt. An ſi Parochus, v. g. cognoſcat per cõfeſſionem puerum nunquam actualiter peccaſſe, teneatur miniſtrare extremã vnctionem.

Nugn. Sanc. RESpondetur *Nugnus in 3. p. to. 2. q. 32. a. 2. & Sancius in ſelectis diſp. 27. nu.* 18. negatiuè, quia, qui nunquam peccauit, ſubie-

biectum habile non eſt, cuius reſpectu, forma vnctionis verificari valet; nam qua ratione verè dici poteſt; Indulgeat tibi Deus quidquid deliquiſti, &c. reſpectu illius, qui nec peccatum, nec peccati reliquias habet; cum nulla vnquam labe fuerit infectus, ſed *Suarez to. 4. diſp. 42. ſect. 2. num. 10. Villalobos in ſumma to. 1. tract. 10. Pitigianus in 4. ſent. tom. 2. diſt. 23. q. vnica art. 5. Reginaldus in praxi tom. 2. lib. 28. cap. 11. num. 69.* & alij inſignes, ac Neoterici Doctores dicunt huiuſmodi puerum eſſe capacem extremæ vnctionis etiamſi conſtet nunquam peccaſſe quia in hoc caſu infirmus indigebit ſacramento extremæ vnctionis ad robur acquirendum aduerſus tentationes, & ad ſuperandam triſtitiam manantem ex infirmitate. Neque obſtant verba formæ huiuſmodi Sacramenti, nempè Indulgeat tibi Deus quidquid deliquiſti; nam hunc ſenſum faciunt, ſcilicet præbeo tibi gratiam de ſe remiſſiuam peccati ſi fortè adſit; ſicut, qui in Sacramento pœnitentiæ abſoluit quempiam iam contritum; nam illa verba, *Abſoluo te à peccatis tuis*, hunc ſenſum reddunt; do tibi gratiam remiſſiuam peccatorum, vt notant Doctores, & præcipuè *Coninchus de ſacram. diſp. 4. dub. 4. num. 50. & 59.* Vnde colligitur, quod Parochus tenetur huiuſmodi puero ſacramentum extremæ vnctionis miniſtrare, ſed

Suar.
Villalob.
Pitig.
Reginal.
Coninch.

Digitized by Google

Maius dubium eſt. An quando dubitatur de vſu rationis vngendus ſit puer ſub conditione.

Sanc. Diana. RESpondetur, ex *Sancio in ſelectis diſp.27. num.17. & Diana tract.4.de ſacram.tom.2. reſolut.169.* affirmatiuè, etiam ſi puer recipiſſet ſacramentum pœnitentiæ ſub conditione. *Zambranus* cit. à *Diana* videtur huic ſententiæ conſentire; ſed ait tutiùs eſſe non dare vnctionem, quando dictus puer poſſet recipere ſacramentum pœnitentiæ ſub conditione. Zambr. Diana.

Petes tertio. Vtrum adulto in articulo mortis recenter baptizato, ſit illi ſacramentum extremæ vnctionis miniſtrandum.

Zambr. Ledeſm. RESpondetur, ex *Zambran.de caſ.tempore mortis cap.5.dub.3.nu.6. Ledeſma in ſumm. tom 1. de ſacram. extremæ vnctionis cap.6. concluſ.7.* Henriquez *lib.3.cap.11. num.3.* & alijs Doctor.cit.à *Diana tract 4.de ſacram.tom.2. reſolut.172.* affirmatiuè, nempè dari poſſe cathecumeno conſtituto in articulo mortis ſacramentum Baptiſmi Euchariſtiæ, & Extremæ Vnctionis ſucceſſiuè, & immediatè vnum poſt aliud, & teſtatur *Sancius* cit. ab eodem *Diana*, ita ſupradicta Sacramenta anno 1620. fuiſſe miniſtrata. Henriq. Diana. Sanc. Diana.

Pe-

Petes quarto. Quo tempore danda ſit infirmis extrema vnctio.

RESpondetur, non expectandum eſſe tempus, in quo iam cōſtet infirmum non poſſe naturaliter viuere, nec expectandum eſſe, vt infirmus iam ſenſu careat, & cognitione; nam primum eſt contra finem, ſecundariò huius ſacramenti, qui finis eſt ſalus corporis; nam quamuis hoc ſacramentum ſupernaturaliter iuuet ad ſanitatem recuperandam, non eſt tamen conſentaneum expectare tempus, in quo ferè manifeſtè ſit neceſſarium miraculum; nam hoc eſt quodammodo tentare Deum, & virtutem ſacramenti velle experiri. Secundum, eſt contra reuerentiam, & vtilitatem ſacramenti, nimirùm, vt quis recipiat hoc ſacramentum, quando iam ſenſu, & cognitione caret; ita *Pitigianus in 4. ſent. tom. 2. diſtin. 23. q. vnica art. 5. q. 4.* *Pitig.*

Petes quinto. An morituris, ſi in phreneſim, aut amentiam inciderunt, extrema vnctio danda ſit, ſi ante Chriſtianè vixerunt.

RESpondetur, negari non debere morituris, ſi vel paulò ante in phreneſim inciderunt, vel etiam diuturno tempo-

pore vſu rationis priuati extiterunt, modo priùs, quam in talem amentiæ ſtatum peruenerunt ſacramentum hoc ſaltem interpretatiuè deſiderauerint, ſi nimirum Chriſtianè vixerunt, atque ſalutis ſuæ memores fuerunt, quod quidem præſumendum eſt, niſi contrarium appareat, ita docet *Henriq. lib. 3. cap. 13. nu. 1. Sylu. v. vnctio extrema, q. 5.* & alij communiter, & præcipuè *Nauar. in ſum. cap. 22. nu. 13.* immo addit ſi dubitatur, an ſit mortuus adminiſtrari poteſt ſub conditione ſi non eſt mortuus.

Henriq. Sylu. Nau.

Sed quid? Si Sacerdos ſciat hominem, qui vngendus eſt, mortale peccatum commiſiſſe: neſciat, vtrum de eo confeſſus ſit, vel ſaltem eum pœnituerit, vel notorium ſit, v. g. hominem antequam in phreneſin incidiſſet, mortaliter peccaſſe, vel in excommunicationem incidiſſe.

Reſpondetur, non mereri adminiſtrationem huius ſacramenti, niſi aliquibus coniecturis, vel ſaltem vnius hominis teſtimonio probetur, abſolutum fuiſſe, vel pœnitentiæ, aut alia pietatis ſigna edidiſſe, vt ſi poſt illiciti duelli congreſſum, dixit ſe aduerſario ignoſcere, ita *Sylu. verbo vnctio, q. 5. Suar. to. 4. diſp. 42. ſect. 1. num. 10.* & alij cit. à *Laym. in Theologia morali to. 2. tract. 8. de ſacr. extremæ vnctionis cap. 3. nu. 3.* qui *Layman.* cit. arbi-

Sylu. Suar. Layman.

Digitized by Google

bitratur etiam ſi conſtet, hominem ante duas, v. g. vel tres ſeptimanas mortaliter peccaſſe, extremam vnctionem, & ſepulturam conferendam eſſe, modo habeatur teſtimonium aliquorum; quod vel domui orauerit: aut ſi probetur ſemper in more habuiſſe, poſt commiſſum peccatum dolere, & petere à Deo veniam, ſuppoſito, quod poſt commiſſum peccatum aliquamdiù vſum rationis ſeruauit.

Petes ſextò. An Sacerdos conferre poſſit extremam vnctionem eidem infirmo, & in eadem infirmitate bis, vel ter, &c.

RESpondetur, extremam vnctionem, ex communi ſententia Doctorum, teſte *Layman* cit. non poſſe iterum conferri, durante eodem periculo morbi: ſecus, ſi aliud nouum ſit periculum; quia videlicet, infirmus poſtquam ſemel inunctus fuerat, melius habere cœpit, vt medicorum iudicio, extra probabile, ſeù propinquum mortis periculũ conſtitutus eſſet, iuxta corporis conſtitutionem recidit, tunc iterum vngi poteſt: licèt interuallum temporis non longum, ſed paucarum tantum hebdomadarum interceſſerit: dummodo prudẽte practica conſideratione cenſeantur diuerſa pericula, quibus homo conſtituatur in dictis *Layman.*

ctis ſtatibus, ſeu diſpoſitionibus ad moriendum, ita *Zambranus*, & *Suarez* ſentiunt cit. ab eodem *Layman*.

Zambr. *Laym.*

31 Ad prudentiam confeſſarij ſpectat agnoſcere, quando adminiſtranda ſit pœnitenti infirmo Euchariſtia, per modum viatici; fateor verò hoc prorſus relinquendum eſſe arbitrio docti, pij, ac prudentis medici.

Petes primò. Vtrū iure diuino latum ſit præceptum obligans ad ſacramentalem vſum Euchariſtiæ. Quæſtio eſt de cōmunione laica, quæ non ratione ſacrificij, ſed per ſe propter vſum Sacramenti requiritur.

Alex. Alenſ. D.Thom. Carthuſ. Bonau. Gabriel. Sylu.

ALexander *Alenſis 4.p.q.51. memb.4. D.Tho. in 4. diſt.9. q.1. ar.1. quæſtiuncula 2.* & ibi *Chartuſ.q 1. Palacius diſp. 2. Bonau. diſt.52. art.5. q.1. Gabriel. lect.87. in* Canonem, *Sylu. verb. Euchariſtia*, & alij negant eſſe præceptum, iure diuino latum, de ſumenda Euchariſtia. Fūdamentum horum Doctorum eſt, quia hoc expreſſè non colligitur ex Sacra Scriptura; eo magis, quia hoc ſacramētum non eſt medium ſimpliciter ad ſalutem neceſſarium. Neque obſtat illud *Ioan.6. Niſi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis*. Quandoquidem reſponderi poteſt ſignificari his verbis neceſſitatem medij, eo

Ioan. 6.

ſen-

ſenſu, quo id, quod eſt maximè vtile, dici ſolet neceſſarium, & ideo non oportere, hanc neceſſitatem manare ex præcepto, ſed ex inſtitutione. Vnde illud verbum non habebitis vitam in vobis, non ſignificat neceſſitatem ſimpliciter, nec impoſſibilitatem contrarij effectus; ſed morale periculum, ideſt verſabimini in magno periculo amittendi vitam, deſtituti eo ſpeciali auxilio, quod manducantibus carnem meam daturus ſum.

Dicendum nihilominus eſt, præceptum communicandi iure diuino eſſe à Chriſto Domino latum. Hanc ſententiam eligit hic *D.Th.* non ſolùm vt tutiorem, ſed etiam, vt probabiliorem, & magis piam: quam etiam tenuerunt in 4.*diſt.9.Durand.q.2.nu.7.* Palud.*q.1.art.1.ad 2.Riccard. diſt.12. art.69.* Sot. *q.1.art.51.*Ledeſm.*q.21.art.2.Adrian.q.1.de Euchariſt.*Petr.Sot.*lect,9.de Euchariſt.Nauar.in ſum. cap.21.nu.57.Victor.in ſum.cap 21.nu 57.Victor. in ſumm.nu.86.*Hoſius *lib.3.contra Brentium,Claudius de* Sanc.*repet.6.c.5.*& inclinat I*nnoc. lib.4. de hoc myſterio cap.42.* Et denique *Suar.3.p.to. 3.q.80.art.11.diſp.69.ſect.1. lit.A.* Fundatur hæc ſententia in Sacra Scriptura, & præcipuè in illis verbis *Ioan. 6. Niſi manducaueritis carnem filij hominis, &c.*

Durand. *Palud.* Ricchar. Ledeſm. *Adr.* Soto. Nauarr. Suar. I*nnoc.* S*anc.* *Io. 6.*

Digitized by Google

Ad ſundamenta contrariæ opinionis.

RESpondetur ad primum, concedendo hoc Sacramentum non eſſe neceſſarium, neceſſitatę medij, ſed eſſe neceſſarium adultis, ſaltem neceſſitate Diuini pręcepti.

Reſpondetur ad ſecundum Sacræ Scripturæ non eſſe litteralem, cum ſit contra proprietatem verborum Chriſti, quæ maximè obſeruanda eſt, & retinenda, quoad fieri poteſt: veritas enim illius conditionalis locutionis, ſcilicet, *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, &c.* Significat neceſſariam connexionem, & infallibilem effectum in conſequente ſignificatum, ſi antecedens in eſſe ponatur, ſicque intelligitur illud, *Niſi, quis renatus fuerit, &c. non intrabit in regnum cælorum:* & illud, *Niſi pœnitentiam egeritis*, & ſimilia, quæ vim ſuam amitterent, ſi prædicto modo liceret ſubterfugere.

Petes ſecundò. Quando obliget hoc præceptum ex vi ſolius iuris Diuini.

PRima ſententia eſſe poteſt tantùm obligare ſemel in vita, ſiuè id fiat in mortis articulo, ſiuè antea; ita tamen, vt ſi prius expleta fuerit obligatio, iam amplius nō obliget

get

get etiam in mortis articulo, ita opinatur *Caiet.in ſumma verb.communio*, quem ſequitur *Ledeſm.q.21 art.11.in fin.& Victor. in ſumm nu. 86.* idemque priùs inſinuauerat *Palud. in 4. diſt.9.q.1.num.16.* Conſequenter, ait etiam nunc ex vi precepti Eccleſiaſtici, non obligari hominem ad Communionem in articulo mortis, quocũque tempore ſuccedat, ſi tempore Paſchatis iam communicauit; quia per hoc impleuit præceptum Eccleſiaſticum, ſimulque Diuinum. Ratio verò huius opinionis eſt; quia tota obligatio præceptij Diuini nititur illis verbis, *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, &c.* ſed in rigore, fit ſatis veritati horum verborum, ſemel in vita communicando, quocunque tempore id fiat; ſicut per vnicum Baptiſmum ſatisfacit homo precepto in illis contento, *Niſi quis renatus fuerit, &c.* Et vnica confeſſione peccator ſatisfacit illis verbis, *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt eis.* Caietan. Victor. Ledeſm. Palud.

Confirmatur, quia cum hoc preceptum ſit affirmatiuum, non obligat pro ſemper, & ſecluſa determinatione Eccleſiæ, nullum poteſt tempus rationabiliter deſignari, pro quo obliget: ergo per ſe non obligat vſque ad articulum mortis: Solus autem articulus mortis poteſt dici, quoad hoc tempus neceſſitatis, quando nulla Communio antea præceſſit, ergo.

Se-

Digitized by Google

Secunda ſententia affirmat, probabile eſſe iure diuino obligari hominem ad cõmunionem in articulo mortis per ſe, & ratione illius periculi, ſiuè priùs communicauérit in vita, ſiuè non, & conſequenter toties, vt minimum obligari ad Communionem, quoties in illum articulum venerit. Ita tenet *Riccard. diſt. 9. q. 2. artic. 2. Gabriel q. 1. Dominic. Sot. diſtin. 12. q. 1. artic. 2. Petr. Sot. lect. 9. de Eucbariſtia.* Et in primis, quod huiuſmodi præceptum nunc extet, Eccleſiaſtica conſuetudo ſatis declarat: Nam ex antiquiſſimis Concilijs, & Pontificibus conſtat ſemper ab Eccleſia diligentiſſimè curatum eſſe, nè morientes ſine Viatico decedant, vt patet ex *Conc. Nyceno, can. 13. Toletan. 11. can. 18. Agathen. can. 2. Ancyran. cano. 22. Arauſicano cap. 13. Arelatenſi 11. cap. 12. Aurelianen. cap. 24.* In quibus ſermo ferè eſt ex parte miniſtrorum: ex parte verò ipſorum Communicantium, idem habetur in *Concil. Carthagin. IV. cap. 77. & 78.* Quæ conſuetudo, ita eſt recepta, vt ſine magno ſcandalo, violari nõ poſſit, quod eſt ſignum grauis obligationis. Ex huius autem conſuetudinis antiquitate vlteriùs colligere licet, eam vt minimum eſſe traditionem Apoſtolicam; quia eius initium ignoratur. Ac denique ex eius immutabilitate coniectamus in Chriſti mandato eſſe fundatam: ac propterea

Riccard. Gabr. Dom. So. Pet. Sot.

Concil. Nyceno. Toletan. Agath. Ancyr. Aureſic. Arelat. Aurelat. Concil. Carth. 4.

Digitized by Google

reà ſemper hæc obligatio prælata fuit obligationi communicandi ieiunè : nam hæc Eccleſiaſtica eſt, illa Diuina. Ex his patet reſponſio ad fundamentum contrariæ opinionis.

Petes tertiò. Quibus caſibus liceat poſt cibum, & potum hoc Sacramentum accipere propter ſumentis neceſſitatem.

RESpondetur, ex *Suar. 3. p. to. 3. q. 8. diſp. 66. ſect. 5. art. 8.* in mortis articulo, & in ſolo illo licere homini non ieiuno hoc Sacramentum accipere, propter neceſſitatem, quando ſcilicet oportet Viaticum accipere, & ægrotus non poteſt ſine graui detrimento ieiunus expectare; quod detrimentum iudicio medici expendendum eſt. Ita affirmant communiter Doctores: In qua re illud etiam morale eſt, & obſeruandum; quamuis fortaſſe poſſit infirmus vna, vel altera hora poſt mediam noctem ieiunus accipere hoc Sacramentum, ampliùs verò expectare non poſſit, non eſſe propterea neceſſarium ea intempeſtiua hora Sacramentum dare, vel accipere; quia nec moraliter fieri poteſt, ſine magna difficultate: nec regulariter ad reuerentiam huius Sacramenti expedit ita fieri: neque Eccleſiaſtica conſuetudo, quæ eſt optima huius le- *Suar.*

gis interpres, ita eſſe faciendum declarat; ſed

Difficultas eſt; An liceat hoc Sacramentum dare damnatis ad mortem non ieiunis. Quæſtio eſt, quando executio iuſtitiæ alio die differri non poteſt.

Suar. Henriq. Em. Sà. Zambr. Coninch. Laym.

RESpondetur, ex *Suar. 3.p.to.3.q.8.diſp.66. ſect.5.Henriq.lib.8.cap.50. Sà verb. Eccleſia, Zambranus cap.3.dub.4. Coninch. litt.C c.ar.8. Layman.lib.4.tract.4.de Eucbariſt.cap.6. num.20.* affirmatiuè, modo anticipari non poſſit Communio, nec differri mors, vel ſupplicium: tunc enim eſt eadem ratio neceſſitatis, ac ſi infirmitate naturali ad mortem laboraret.

Sed maior difficultas eſt, an hæc doctrina ſit vbique locorum recepta. Ratio dubitandi eſt, quia Decretum Prouincialis Synodi Neopolitanæ, ſub Illuſtriſſimo Cardinali Mario Carafa, anno 1576. confirmatum à Gregorio XIII. videtur hoc prohibere, nempè non eſſe conferendum Sacramentum Eucbariſtiæ damnatis ad mortem non ieiunis.

REſpondetur, hoc licitè fieri poſſe: Nam Synodus Neapolitana, non loquitur, quando caſus contingit, nimirum quando nec alio die differri poteſt, vt damnatus ad mor-

mortem communicet ieiunus, vt patet ex formalibus verbis Synodi. [Vt mortis ſupplicio perituris Euchariſtiæ Sacramentum non eſt ſubtrahendum, ſi oſtenderint, euidentia ſigna pœnitentiæ, ita nec conferendum non ieiunis:] ſignificetur itaque ſæcularibus Iudicibus, vt Parochum admoneant; ante diem, quo mortis ſupplicium ſubiturus eſt reus, Euchariſtiæ Sacramentum, vt ei conferri poſſit, vel mane eiuſdem diei, quo ad mortem trahendus eſt. Et vt tollerentur omnes ſcrupuli, Eminentiſſimus Cardinalis Boncompagnus Archiepiſcopus Neapolitanus, pręcepit, vt Congregatio Theologorum hunc caſum decideret, & ſic ſancitum eſt ab huiuſmodi Congregatione anno milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo ſecundo, nimirum licitè præberi poſſe viaticum damnatis ad mortem non ieiunis, modo nec anticipari poſſit communio, nec alio die differri mors, vel ſupplicium poſſit. Neque huic doctrinæ obſtat Synodus, cum non loquatur, niſi regulariter, nempè quando anticipari poteſt communio, vel alio die differri ſuppliciũ.

Petes quartò: An quis teneatur in articulo mortis ſumere Euchariſtiam per modum Viatici, quando breue tempus interceſſit inter vltimam communionem factam non per modum Viatici, & arti-

culum mortis. Præterea petitur, quod tempus, ſeù quæ intercapedo temporis ſit neceſſaria ad hoc, vt quis non teneatur iterum communicare, ac ſumere Eucharistiam per modum Viatici, quando ex infirmitate eſt in articulo mortis conſtitutus, poſito quod ante articulum mortis ſumpſerit Eucharistiam, ſed non per modum Viatici.

Suar. SIc reſpondetur, ex *Suar. to.3. 3.p. quæſt.80. artic.11. ſect.3. ſecunda lit D.* Præſumitur quemque voluiſſe huic præcepto ſatisfacere, quando breue tempus interceſſit inter vltimam communionem, non factam per modum viatici, & articulum mortis; quia vnuſqniſque in ſuis actibus cenſetur habere virtualem intentionem, & implicitam, implendi omnem obliaationem, quæ per hanc conditionalem rectè explicatur, quòd ſi homo cognouiſſet ſuum periculum, per modum viatici communicare voluiſſet. Si verò longum tempus interceſſit, potius credendum eſſet, velle iterum communicare. Quantum ad intercapedinem temporis inter proximam Communionem factam, non per modum viatici, & articulum mortis, Suarez nihil explicat, ſed ait, hoc eſſe remittendum arbitrio boni viri; ſed ſequentia verba dicit, de conſilio eſſe dicendum, nimirùm melius eſſe in ſimili euentu, iterum ſemper communicare in

oc-

occurrente periculo, per modum viatici, etiamſi tempus breue ſit interceptum inter vltimam communionem, & articulum mortis; puta ſpatiũ diei præcedentis, quàm non communicare. Et addit denique, quod eſt valdè notandum, eſſe licitum, tũc etiam ſumere viaticum poſt cibum, & potum: quia Eccleſia non limitauit hanc facultatem ad eos, qui ante longum, vel breue tẽpus non communicauerunt, ſed ſimpliciter illam conceſſit omnibus, qui viaticum non acceperunt: in dicto autem caſu propriè, & formaliter non accepit homo Euchariſtiam, per modum viatici: ſi autẽ hoc licitum eſt, erit etiam melius per ſe loquendo, vt per ſe conſtat. At verò intra eundem diem non eſt hæc licentia danda, quia non ſolùm non eſt in vſu, ſed etiam iterata communio intra eundem diem eſt ſimpliciter prohibita ab Eccleſia.

Petes quintò. An in eadem ægritudinè liceat ſæpius Euchariſtiam accipere poſt cibum, & potum.

SIc reſpondetur, ex *Suar. to. 3. 3. p. q. 80. art. 4. ſect. 5. lit. A.* ferè omnes Doctores ſignificare videntur ſemel licere ſumere Euchariſtiam per modum viatici poſt cibum, & potum, in articulo mortis. Verùm alij Doctores, ſcilicet *Tabiena, & Armilla*, cit. ab eo- *Suar. Tab. Armilla.*

Suar. dem *Suarez*, dicunt ſæpius licere in eadem ægritudine ſumere Euchariſtiam, per modum viatici, poſt cibum, & potum. Quam opinionem amplectitur *Suarez* cũ hac moderatione, nimirum ſi ſtatus ægritudinis varietur, videlicet, quia homo prius fuit in periculo mortis, atque illud euaſit, & aliquantulum conualuit, poſtea verò iterum incidit in ſimile periculum: & tunc non eſt dubium, quin poſſit iterum, totieſque cõmunicare; quoties talis varietas acciderit: quia illa cenſetur quaſi noua ægritudo, & nouus neceſſitatis articulus.

Sed difficultas eſt, ſi perſeueret periculum, vel augeatur, & duret aliquot diebus poſt primam Communionem factam per modum viatici, v.g. octo, vel decem diebus, an poſſit communicare iterũ poſt cibum, & potum.

Suar. RESpondetur, ex *Suar.* loco ſupracitato, ægrotum tranſactis octo, vel decem diebus: vel ſecundum graues Auctores, tranſactis ſex diebus, nempè ſecundùm Poſſeuin. *Poſſeuin. Tabien. Zambran.* cit. à *Diana de celebr.* Tab. *Miſſ. reſol.* 78. poſſe iterum poſt cibum, & po- Zambr. tum ſumere Euchariſtiam, ſi perſeueret pe- Diana. riculum, vel illud augeatur, ſi commodè ægrotus non poſſit Sacramentum accipere ieiu-

ieiunus. Non eſt autem hoc extendendum extra tempus periculi mortis. Si verò poſt ſumptum viaticum ægrotus breui tempore viuat, non eſt illi ſæpius dandum hoc Sacramentum poſt cibum, & potum.

Petes ſextò. An liceat Sacerdoti communicare poſt cibum, & potum propter ſimilem neceſſitatem, non ſuam, ſed alterius, id eſt, vt conficiat Sacramentum ad communicandum ægrotum, qui eſt in probabili periculo mortis, in eodem die futuræ.

SIc reſpondetur, ex *Maiore in 4. diſt. 49. q. 3. ad* 5. propter ſimilem neceſſitatem, poſſe Sacerdotem ſine veſtibus ſacris conficere Sacramentum, & ſine pane azymo, & ſine integritate ſacrificij, ſecretè accipiendo fruſtrum panis, & conficiendo, & dando ægroto: iuxta quam ſententiam non oportebit, vt Sacerdos non ieiunus communicet, ſed ſolùm, vt conficiat ad communicãdum alium. Hæc opinio ab omnibus Doctoribus reijcitur: tùm quia eſt contra reuerentiam Sacramenti, tùm quia eſt contra conſuetudinem Eccleſiæ. Vnde ſi tantùm circumſtantia ieiunij deeſſet hęc ſententia haberet aliquam ſpeciem probabilitatis. Nihilominus Auctores frequentius cenſent hoc non licere. Ita *Palud. Gabr. Sot. Ledeſma*, *Victor.* cit. à *Suar.* loc. cit. ſed *lit. D.* Ratio eſt, quia

Maiore.
Palud.
Gabr.
Soto.
Ledeſm.

quia hoc Sacramentum, ſicut maioris eſt dignitatis, ita minoris eſt neceſſitatis, ergo in ſimili euentu maior eſt habenda ratio reuerentiæ debitæ Sacramento, quàm neceſſitatis proximi: Neque obſtat, quod ægroto liceat poſt cibum, & potum ſumere viaticum, & non Sacerdoti; tùm quia ita conſuetudo Eccleſiæ declarauit: tùm quia propria neceſſitas hominis communicaturi eſt neceſſitas intrinſeca, & quæ moraliter frequenter accidit: at verò neceſſitas ex parte miniſtri eſt valdè extrinſeca, & accidentaria, quæ moraliter rariſſimè accidere poteſt, ſuppoſita prouidentia, quam Eccleſia habet ſeruandi Euchariſtiam pro infirmis.

Sed obijcies. Adeſt præceptum diuinum præmittendi confeſſionem peccatorum mortalium, ante ſumptionem Euchariſtiæ, & tamen propter ſimilem neceſſitatem, poteſt Sacerdos celebrare abſque eo, quòd priùs Sacerdoti confiteatur, iuxta ſententiã Suar. loc. ſup. cit. ergo atiam poteſt ſacrum facere, quãuis non ſit iejunus, propter eiuſmodi neceſſitatem.

Reſpondetur, negando conſequentiam, & ratio eſt, tùm quia neceſſitas conficiendi abſque præmiſſa cõfeſſione, eſt moralis, & quæ ſæpè accidit: neceſſitas autem con-

conficiendi poſt cibum, & potum eſt rariſſima, & quaſi ſpeculatiua: Tùm quia confeſſio non per ſe pręcipitur, ſed, vt medium ad iuſtificationem, quæ alio medio haberi poteſt, puta actu contritionis. At verò in præſenti aufertur ieiunium, quod eſt exterior diſpoſitio per ſe intenta, & ideò nè hoc Sacramentum, tanquam vulgaris cibus tractetur, voluit Eccleſia, vt conficiatur à ieiuno Sacerdote.

Petes ſeptimò, an Sacracramentum Euchariſtiæ miniſtrari poſſit infirmo à iudicio mentis per phreneſin, vel aliàs alienato, qui antea ſigna contritionis oſtendit, tollendo manus, tundendo pectus, dicendo miſerere mei Deus. Deus propitius eſto mihi peccatori, aut id genus alia etiamſi non petijſſet Sacramenta, & obſtinatus multo tempore in peccato mortali manſiſſet, nec per multos annos confeſſus fuiſſet.

Reſpondetur, ex *Nauarr. c. 26. in ſum. nu.* 27. affirmatiuè nempè poſſe adminiſtrari Sacramentum Euchariſtiæ modo cõcurrant ſupradicta ſigna pœnitentiæ, quæ fuerunt elicita, quando vſu rationis erat præditus: quia cenſendus eſt contritus, & in Sacramenta deuotus. Addit præterea *Nauar.* loc. cit. etiam huiuſmodi contrito dari poſſe extremam Vnctionem, & abſolu- *Nau.* *Nau.*

lutionem à quibuſlibet cenſuris, ſi, & quatenus eas incurrerit; Notandum verò eſt,
Nau. quod licèt *Nau.* explicitè in ſupradicto caſu non loquatur de infirmo conſtituto in articulo mortis: ſed tantùm ſimpliciter de infirmo; tamen ſic intelligendum eſſe nimirùm, vt loquutus ſit de infirmo conſtituto in mortis articulo.

32 Ad prudentiam confeſſarij pertinet quandoque abſoluere pœnitentes, etiã habentes caſus reſeruatos, modò extat grauis cauſa, vt graue ſcãdalum, & infamia, & non pateat aditus ad ſuperiorem; hoc intelligitur etiam reſpectu peccatorum, quibus annexa eſt excommunicatio, vt rectè probat
Suar. *Suar. to. 4. 3. p. diſp. 31. ſect. 3.* verum debet confeſſarius integrè audire confeſſionem omnium peccatorum etiam reſeruatorum, & tenetur imponere onus pœnitenti, vt compareat coram Superiore, ad finem obtinendi abſolutionem à peccatis reſeruatis, quæ tenetur pœnitens Cõfeſſori Superiori aperire; hæc eſt certa doctrina, nec de hoc eſt dubitandum; immo reperiuntur Autho-
Suar. res, teſte *Suarez* loc. cit. qui maiorem facultatem concedunt confeſſoribus, ſed

Difficultas eſt, an qui in articulo mortis eſt abſolutus à reſeruatis, ab inferiori Sacerdote, teneatur tranſacto periculo mortis, comparere coram ſuperio-

re

Digitized by Google

re ad finem obtinendi iterum abſolutionem à reſeruatis.

RESpondetur, ex *Suarez to. 4. 3. p. diſp. 30. ſect. 3. & 5. nu. 32.* certiſſimum eſſe teneri comparere coram Superiore, abſolutum in articulo mortis, tranſacto huiuſmodi periculo, ſi peccata erant annexa cēſuræ, alioqui incideret in ſimilem excommunicationem, ac cenſuram. Suar.

Sed dubium eſt ſi peccata erant tantùm reſeruata; & non annexa excommunicationi, an teneatur comparere coram ſuperiore ad finem obtinendi denuò abſolutionem ab illis peccatis.

RESpondetur, ex *Suar. diſp. 30. ſect. 3.* non teneri comparere coram ſuperiore ad finem obtinendi iterum abſolutionem; Ratio eſt: quia in articulo mortis quiuis Sacerdos, etiam ſimplex, habet poteſtatem à Tridentino, abſoluendi à quolibet peccato: ergo, directè illud peccatum fuit abſolutum à ſimplici Sacerdote: ergo non eſt opus, vt iterum abſoluatur ab habente poteſtatem abſoluendi reſeruata extra articulum mortis; Neque dicas; idem currere in cenſura; nam adeſt ſpecialis ratio, quia cenſura includit pœnam pertinentem ad forum Suar.

rum

Digitized by Google

rum contenſioſum, & ideo tenetur comparere coram Superiore non vt iterum confiteatur peccata iam abſoluta in articulo mortis, ſed vt pareat mandatis excōmunicātis peccatoris, vt rectè docet *Nauar. c.26.* immò addit idem *Nauar.* loc.cit. non teneri abſolutum à cenſura ab inferiore, ac ſimpliciSacerdote comparere coram Superiore, tranſacto articulo mortis, ſi cum parte concordauerit, vel aliàs ſatisfecerit tantum quantum debebat coram Deo, quidquid *Suar.* dicat in oppoſitum.

Nauarr.

33 Ad prudentiam confeſſoris ſpectat agnoſcere, quando poteſt abſoluere pœnitentem abſque eo, quod ipſe confeſſus ſit peccata, nempè ſolis elicitis à pœnitente ſignis pœnitentiæ; ſed ob maiorem declarationem.

Petes primò. An danda ſit abſolutio ei, qui nutibus tantum quærit à confeſſario abſolutionem.

RESpondetur affirmatiuè, ex communiſſima ſententia Doctorum, teſte *Diana tract. 3. to. 2. reſol. 1.* quicquid dicant, & alij DD. in oppoſitum; nam hæc ſequenda eſt opinio cum ſit magis pia; immo audeo dicere quemlibet confeſſarium teneri ſequi opinionem aſſerentem poſſe abſolui, qui nutibus tantum quærit abſolutionem,

Diana.

ſal-

ſaltem in articulo mortis; Ratio mihi eſt, quia quiuis Chriſtianus tenetur procurare ex charitate ſalutem ſpiritualem ſui proximi: ſed ſequendo opinionem contrariam, nimirum non poſſe huiuſmodi hominem abſolui, non ſolum non procurat ſalutem ſpiritualem proximi: ſed non præſtat in articulo mortis illud auxilium, quod poteſt præſtare ſpiritualis vitæ proximi; ergo peccat contra charitatem, minor

Probatur; nam contingere poteſt, quod proximus ſit tantum attritus in articulo mortis, vnde ſi reciperet ſacramẽtalem abſolutionem, acquireret Paradiſum, ſi verò non reciperet eiuſmodi abſolutionem, abiret in Infernum, quia attritio ſine abſolutione ſacramentali non eſt ſufficiens ad delenda peccata mortalia, vt patet ex *Trident. ſeſſ.* 14. *cap.* 4. *Concil. Trid.*

Petes ſecundò. An moribundus, qui non audit, nec loqui poteſt, ſed tantum pugno pulſat ſuum pectus, ſuſpirans oculos in cælum tollit, vel reſpicit aliquam imaginem; hoc vidente Sacerdote, vel alijs teſtificantibus, ſit abſoluendus.

RESpondetur negatiuè, communiter Doctores, teſte *Diana* cit. ſed *reſolut.* 2. *Diana.* quia non ſatis eſt moribundum in tali caſu adhibere ſigna cõtritionis, ſed neceſſarium

eſt

Digitized by Google

eſt illa adhibere in ordine ad claues, petendo confeſſionem, ſeù vocãdo Sacerdotem, ſaltem ſigno, vel nutibus, quod non accidit in caſu propoſito, ſed *Zambran. de caſu temp. mortis c.4.dub.2.ſect.4. Pharaonius de ſacram. pœnit.in tract.1. ſeſſ.16. cap.15. & Laym.in Theolog. moral.lib 5.tract.6 c.8 nu.4.* ſupradictum moribundum abſolui poſſe; quia ſigna pœnitentiæ, quæ præſente mortis periculo ab infirmis eduntur cenſeri debent ad ſacramentalem abſolutionem directa, cum in tali ſtatu optimum ſuæ animæ remedium deſiderare ſoleant, ideo ſub conditione dãda eſt à Sacerdote abſolutio huiuſmodi moribundo, & addo ego, confeſſarium teneri ex charitate hanc opinionem ſequi, ex ratione ſupra allata petitione prima.

Layman. Pharaon. Zambr.

Petes tertiò. An ſit abſoluendus moribundus, ſi exhibeat ſupradicta ſigna, ſed dubitatur, an ſint orta ex contritione, vel ex anguſtia mortis.

Sanc. Laym.

RESpondetur, ex *Sancio in ſelectis diſp.44. nu.35. Laym.lib 5.tract 6.c.8.nu.4.* dandã eſſe abſolutionem huiuſmodi infirmo ſub conditione, nempè, ſi talis materia confeſſionis ſit ſufficiens ad abſolutionis miniſtrationem.

Pe-

Petes quartò. An Confeſſarius poſſit abſoluere moribundum, qui in eius abſentia confeſſionem petijt, vel ſigna pœnitentiæ fecit, aliquo hoc teſtante.

RESpondetur, ex *Suar. tom.4.3 par.diſp.23. ſect.1.nu.12.* abſoluendum eſſe ſub cõditione; pro hac ſententia ſunt quaſi innumeri DD. vt videri poſſunt penès *Dianam, to.2.tract.3.reſol.4. Vaſq.* verò ait in *3.p. tom.4. q.1.ar.2.dub.1.nu.39.* etiam ſine conditione abſolui poſſe; ita etiam *Sanc.* cit. à *Diana.* *Suar.* *Diana.* *Vaſq.* *Sanc.* *Diana.*

Petes quintò. Quot teſtes in ſupradicto caſu debeant teſtari confeſſario de ſignis contritionis moribundi, vel quod confeſſionem petierit.

RESpondetur, ex *Sancio in ſelectis diſpu.44. nu.35.* qui citat *Raymundum, & Graffiũ*, ſufficere vnum teſtem: Nec refert teſtem eſſe Chriſtianum, aut infidelem, aut hæreticum, de his enim præſumi non poteſt affirmare, quod falſum eſt, vt fiat Sacramentum: præſumendum tamen eſſet è contra, non teſtaturos ſigna pœnitentiæ eſſe tradita nè miniſtretur Sacramentum verum: Verum in hoc euentu Sacramentum miniſtrandum eſt ſub conditione, ſcilicet, ſi verum eſt, quod oſtendit ſigna pœnitentiæ *Sanc.* *Raym.* *Graff.*

Zambr. Regin. tiæ in ordine ad claues; ita *Zambran. de ſacr. tempore mortis c.4. dub.2. & Reginal. in praxi to.1. lib.8. c.3. nu.8.*

Petes ſextò. An quiuis ſimplex Sacerdos poſſit quemlibet abſoluere, non ſolùm in articulo mortis; ſed etiam in periculo mortis probabili.

S. *Fauſt.* RESpondetur, ex doctiſſimo à S. *Fauſto in ſua Theologia morali lib.6. q.37.* affirmatiuè, nempè in hoc euentu idem eſſe periculum probabile, ac articulum mortis, & proindè ſequitur, quod quiuis Sacerdos poteſt abſoluere quemlibet conſtitutum in periculo probabili mortis, à quibuſuis peccatis, & cenſuris, & rationem S. *Fauſt.* affert idem *Fauſtus* cit. quia, quis ex iure diuino; nedum tenetur confiteri quando habet conſcientiam peccati mortalis in articulo mortis, ſed etiam in periculo probabili mortis, ergo, &c. Periculum verò probabile dicitur actuale bellum, longa nauigatio, partus difficilis mulierum, & ſimilia; ita Suar. etiam ſentit *Suarez de pœnit. diſp.26. ſect.4.* citat multos Doctores pro hac ſententia.

Soto. Can. Couar. Suar. *Sotus, Cano, & Couarr.* ab eodem *Suar.* citat. oppoſitam tenent; Quapropter dico ego, tranſacto periculo, ſatis benè facere ſic abſolutum eadem peccata iterum confiteri ab habenti iuriſdictionem abſoluendi extra omne periculum, ſed

Du-

Digitized by Google

Dubium eſt, an in articulo mortis poſſit abſoluere à peccatis mortalibus, non dum confeſſis quilibet Sacerdos non approbatus, præſente approbato; aut ſi facilis ſit recurſus ad approbatum.

Reſpondetur, iuxta communem, ac tutiorem ſententiam Doctorum, teſte ſapientiſſimo *Fauſto in Theologia morali lib.6. quæſt.36.* non poſſe Sacerdotem non approbatum audire confeſſionem cõſtituti in articulo mortis, præſente Parocho, vel approbato; colligitur hoc à ſimili ex *c.præsbyter, 26. q.6. ex Concil. Carthag.3. can.* 32. immo refert idem *Fauſtus* loc.cit. ſic Sãctum eſſe à Sacra Congregatione Cardinalium; ſed S. *Fauſt.* *Concil. Carthag.* S. *Fauſt.* *Sanch.*

Quid? ſit poſtquam incœpit quis confiteri Sacerdoti non approbato ſuperueniat approbatus?

Reſpondetur, ex eodem *Fauſto* loc. cit. etiam repugnante Parocho, poſſe non approbatum licitè, & validè abſoluere, quia iam habet ius acquiſitum, aliàs teneretur, quis bis confiteri ſua peccata. S. *Fauſt.* Aduertit præterea Doctiſſimus *Fauſtus*, quod ſi iam eſt completa confeſſio cum dicto Sacerdote non approbato, & data abſo- S. *Fauſt.*

ſolutione recordatur moribundus aliorum peccatorum mortalium, debere moribundum peccata oblita approbato confiteri, non autem illi ſimplici Sacerdoti, qui audiuit primam confeſſionem. Et ſi tempore quo non approbatus, vel aliàs non habens facultatem, circa reſeruata, quæ habet moribundus, audit confeſſiones ipſius ſuperueniat ſuperior, nempè Vicarius, vel Epiſcopus, vel alius habens poteſtatem delegandi iuriſdictionem ſuper reſeruata, non poteſt dictus confeſſarius continuare confeſſionem, & abſoluere, niſi prius obtenta à Superiore facultate; ſupradicta doctrina eſt ſatis probabilis, & ſic cenſetur ab *Henriquez lib. 6. cap. 11. nu. 8. Bonacina to. 1. diſp. 1. q. 3. p. 3. nu. 3. Sanchez in ſum. lib. 2. tom. 1. cap. 13. n. 15.*

Henriq. Bonac. Sanchez.

Petes octauò. Qui ordo ſeruandus eſt à ſimplice Sacerdote, vt agnoſcere poſſit, quando ipſe tenetur excipere confeſſiones moribundi, etiam ſi habeat reſeruata.

RESpondetur, quando ſimul adeſt Sacerdos ſimplex, & alius approbatus, abſolutio reſeruatorum impendenda eſt ab approbato, ſiuè approbatus facultatem habeat abſoluendi a reſeruatis, ſiuè non; nam in hoc caſu ceſſat neceſſitas, propter quam confeſſio fieri poſſit cuilibet ſim-

ſimplici Sacerdoti, & hoc verum videtur, etiam ſi ille Sacerdos approbatus fuerit in alia diœceſi, non verò in diœceſi pœnitentis; nam ipſe potiori iure gaudet, quam gaudeat Sacerdos nullibi approbatus, vt ait *Suarez de pœniten. diſp. 26. ſect. 4. nu. 6.* ſimiliter præſente ſimplice Sacerdote non excommunicato, & alio Sacerdote approbato excommunicato tolerato, non poteſt Sacerdos excommunicatus ſe ſpontè ingerere ad excipiendam confeſſionem moribundi, quamuis poſſit adminiſtrare Sacramenta ſi petatur: nam pœnitens nõ tenetur illum vitare, nec ipſe Sacerdos caret iuriſdictione abſoluendi, ita *Sanchez in ſumma lib. 2. cap. 13. nu. 8. Nugnus* cit. à *Bonac. to. 1. diſp. 1. q. 3. p. 3. in tract. de cenſuris contra Vgolinum. Tab. 1. cap. 13. §. 17. nu. 10.* putantem etiam excommunicatum vitandum habere iuriſdictionem abſoluendi in articulo mortis, etiam præſente alio Sacerdote, & conſequenter in articulo mortis potius impendendam eſſe abſolutionem ab excommunicato vitando approbato, quam à ſimplice Sacerdote non approbato, ſed non excommunicato.

Suar. *Sanchez.* *Nugn.* *Bonac.* *Vgolin.* *Tab.*

Præſente verò vno Sacerdote approbato excommunicato, ſeù ſuſpenſo vitando, & alio ſimplice Sacerdote non excommunicato, nec ſuſpenſo, confeſſio facienda eſt ſimplici Sacerdoti; nam excommunicatus

vitandus caret iuriſdictione, & prohibetur miniſtrare Sacramenta, & repellitur à cõmunicatione fidelium, ſicut etiam ipſi fideles prohibentur cum eo participare, Sacerdos verò ſimplex, tunc temporis non caret iuriſdictione, nec prohibetur mini-
Vaſq. ſtrare Sacramentum pœnitentiæ, ita *Vaſq. de pœnit. q. 93. art. 1. dub. 4. n. 19.* & alij.

Rurſus, præſente vno Sacerdote catholico ſuſpenſo, vel interdicto, vel irregulare, & alio Sacerdote, qui ſit excommunicatus vitandus, confeſſio potius facienda eſt irregulari, vel ſuſpenſo, vel interdicto, quam excommunicato: Ratio eſt, tum quia irregularitas eſt minus impedimentum, quam ſit excommunicatio; tùm quia cum excõmunicato vitando, prohibita eſt fidelibus communicatio.

Item præſente Sacerdote irregulare, & alio ſuſpenſo, vel interdicto, confeſsio potius facienda eſt interdicto, vel ſuſpenſo, quàm irregulari, eo quod irregularitas ſit maius impedimentum. Denique præſente vno excommunicato vitando, vel irregulare, vel ſuſpenſo, vel interdicto, & alio degradato, confeſſio potius facienda eſt Sacerdoti excommunicato, vitando, vel irregulari, &c. quam degradato; eo quod de-
Sanchez. gradatio ſit maius impedimentum, ita *San-*
Suar. *chez in ſumma lib. 2. cap. 13. nu. 10. Suarez de pœn.*

di-

diſp.26.ſect.4.& plerique alij: addit præterea *Sanchez* loc. ſupracit. quod ſi adſit Sacerdos catholicus quocunque impedimento affectus, eſt præferendus hæretico, vel ſchiſmatico. Addo ego, etiamſi catholicus ſit excommunicatus vitandus, vel degradatus, præferendus eſt hæretico, vel ſchiſmatico, & ratio mihi eſt, quia eiuſmodi communicatio, nempè catholici cum hæretico, vel ſchiſmatico vitari debet prorſus propter periculum ſpiritualis detrimenti. *Sanchez.*

Petes nonò. An exiſtens in articulo mortis, abſolui poſſit à quocunque confeſſario ab irregularitate, aut à ſuſpenſione ab ordine, officio, vel beneficio.

RESpondetur, ex *Sanchez lib.2. cap.13.nu. 13. & Bonac.diſp.1.q.3.p.3.to.2.* de cenſuris negatiuè, quia irregularitas, vel ſuſpenſio ab ordine, officio, vel beneficio non retardat à conſecutione gloriæ. *Sanchez. Bonac.*

Petes decimò. Vtrum Sacerdos poſſit abſolutionem caſuum, vel cenſurarum impendere, quando dubitatur, vtrum pœnitens in articulo mortis exiſtens poſſit expectare, & ſuperuiuere, donec facultas obtineatur a Superiore.

RESpondetur, abſolui poſſe non expectata alia facultate, nam pœnitens, in

Digitized by Google

propoſito caſu periculum damnationis ſubiret, expectando ſuperioris facultatem: eſt communis ſententia Doctorum, teſte Bon. loc. cit. n. 6. ſed vnum.

Bonac. Aduerto, quod ab eo, qui in articulo mortis abſolutus à cenſuris eſt à Sacerdote, aliàs non habente facultatem abſoluendi, extra mortis articulum, extorquendum eſt, ſi fieri poteſt iuramentum, ſeſe, ſublato impedimẽto non perpetuo, præſentandi quãprimum commodè poterit coram Superiore, qui de iure poteſt extra illum articulum abſoluere, alioquin pœnitens reincidit in eandem cenſuram, ita communiter affirmant Doctores, teſte *Bonac. diſp. 1. q. 3. punc. 3. to. 1. de cenſuris.*

Bonac. Dixi, ſi fieri poteſt, quia ſi pœnitens deſtitutus ſit ſenſibus, itaut non poſsit ab eo iuramentum extorqueri, impendenda eſt abſolutio, ſine præuio iuramento. Idem dicendum eſt, quando mortis articulus, ita inſtat, vt nulli ſatisfactioni, vel cautioni ſit locus, ita *Sayrus lib. 3. cap. 25. nu* 4. & plerique alij.

Sayr. Dixi, ſublato impedimento non perpetuo; nam ab habente perpetuum impedimentum ſe præſentandi non eſt exigenda eiuſmodi cautio iuratoria, vt habetur ex *cap. quamuis, de ſent. excommunic.* ſed *Bonac.* loc. cit. citans *Sanchez*, addit pœnitentem laboran-

Bonac. Sanchez.

rantem perpetuò impedimento, cum quo non poſsit Superiorem adire, non teneri eo impedimento miraculosè ſublato præſentare ſe Superiori, quamuis, dum laboraret illo impedimento, exactum ab eo fuerit iuramentum ad ſe præſentandum. Addit præterea *Bonac.* loc. cit. in grauioribus delictis, vt in delictis Bullæ Cœnæ, non ſolum extorquendum eſſe iuramentum, ſed etiam extorquendam eſſe cautionem pignoratitiam, vel fideiuſſoriam, quando pœnitens tenetur ſatisfactionem præſtare pecuniariam, quam tunc præſtare non poteſt; quare à pœnitente, qui tenetur ſatisfactionem pecuniariam exhibere, exigenda eſt cautio pignoratitia, vel fideiuſſoria, vel ſaltem iuratoria, quando præſtari non poteſt pignoratitia, vel fideiuſſoria: quando verò pœnitens non tenetur exhibere ſatisfactionem pecuniariam, non tenetur præſtare pignoratitiam, vel fideiuſſoriam cautionem, ſed ſatisfacit iurando, ſe præſtiturum ſatisfactionem, ſi quam præſtare tenetur, vt accidit, quādo quis falſis dogmatibus aliquem decepit, & nondum ſatisfecit obligationi ſuæ, qua tenetur illum ab errore retrahere, ita *Suar. de cenſ. diſp. 21. ſect. 3. n. 1. & 2.* *Bonac.* *Suar.*

Digitized by Google

Petes vndecimò. Vtrum, qui ſublato morbo, vel impedimento ſatisfecit parti læſæ, aut cum illa ſe compoſuit, teneatur adhuc ſe præſentare Superiori; cũ fuerit abſolutus cum onere præſentandi ſe.

Nauarr. Henriq. Auila. Gambac. Bonac.

RESpondetur, ex *Nauarr. cap. 20. num. 26. Henriquez lib. 13. cap. 29. Auila, & Gambacurta* cit. à *Bonac.* loc cit. non teneri: ſed alij inſignes Doctores oppoſitum tenent.

Petes duodecimò. Cur imponatur pœnitenti onus ſe præſentandi.

RESpondetur, huiuſmodi onus non imponi, vt iterum abſoluatur, cum iam ſit abſolutus; ſed vt oſtendat ſe obedientem ad recipiendam debitam medicinam, & ad exhibendam maiorem ſatisfactionem, ſi Superior ipſe maiorem iudicauerit imponendam, ita *Suarez de pœnit. diſp. 30. ſect. 3.* & alij communiter.

Suar.

Verum tamen eſt pœnitentem eximi poſſe ab obligatione adeundi Superiorem, ſi adeat confeſſarium habẽtem facultatem abſoluendi ab illis cenſuris extra mortis periculum, ab eoque obtineat abſolutionem nouam abſque vllo onere; tenetur enim pœnitens præſentare ſe ſuperiori, in quantum

tum vult, vti priuilegio primæ abſolutionis obtentæ in articulo mortis à ſimplice Sacerdote, aliàs non habente facultatem abſoluendi à cenſuris, ita *Bonac.* loc. cit. ſed *nu.* 14. Addit verò idem *Bonac.* citans *Sanchez*, *Henriquez*, & alios, illum, qui fuit à cenſuris reſeruatis abſolutus, in articulo mortis à Sacerdote, aliàs non habente facultatem abſoluendi, ſatisfacere adeundo confeſſarium, qui, ratione Iubilæi, vel alterius priuilegij, poteſtatem habeat abſoluendi extra mortis articulum, ab eoque nouam abſolutionem obtinendo abſque alio onere; nam prior abſolutio non obſtat, quin pœnitens poſſit nouam abſolutionem obtinere. *Bonac.* *Sanchez.* *Henriq.*

Hinc

PRimò, colligitur, quod abſolutus in articulo mortis à cenſuris reſeruatis, virtute alicuius priuilegij, vt Iubilæi, vel Bullæ Cruciatæ, vel ab eo, qui extra articulum mortis facultatem aliquam habeat abſoluendi ab illis cenſuris, non tenetur ſe præſentare, elapſo mortis periculo, quia huiuſmodi onus iniungitur, quando aliquis abſoluitur ob mortis articulum à Sacerdote, aliàs non habente facultatem, non verò ob aliud priuilegium, quod ſolet concedi abſque tali onere, ita communiter affirmant Doctores.

Secundò, colligitur, ex *Bonac. diſput.* 1. *q.* 3. *p.* 3. *Bonac.*

p.3.nu.16. cenſuram, in quam pœnitens reincidit non præſentando ſe Superiori quã primum commodè poteſt, elapſo morbo, vel impedimento non eſſe eandem cum ea, quæ fuit ablata, ſed eſſe nouam cenſuram, quę contrahitur ex iuris diſpoſitione, & authoritate non ſolum propter primam cauſam, ſed etiam ob inobedientiam admiſſam à pœnitente, non ſe præſentante, quamprimum commodè potuit, habita ratione tẽporis, loci, & perſonæ, quare non dicitur reincidere in eandem numero cenſuram, ſed in eandem ſimilitudine, ſeù ſpecie, quia contrahit aliam ſimilem cenſuram reſeruatam, ſicut erat prior; vt rectè etiam docet *Suarez de cenſur. diſp. 22. ſect. 1. nu. 62.* & plerique alij.

Suar.

Verum tamen eſt, ad reincidendum in cẽſuram, ſemper requiri nouum peccatum mortale; quamobrem, qui fuit abſolutus cum onere ſatisfactionis præſtandæ intra menſem, hicque eam præſtare nequeat, in cenſuram non reincidit, vt probabilius putat *Bonacina*, cum prima fuit abſoluta, & non ſuſpenſa; ſecus ſi fuerit ſuſpenſa.

Bonac.

Petes tertiodecimò. An Epiſcopus poſſit abſoluere peregrinum breui tempore commorantem in ſua diœceſe à caſibus occultis Romano Pontifici reſeruatis, virtute priuilegij Trid. ſeſſ. 24. c. 6.

Re-

REſpondetur, ex *Fauſto in Theologia morali lib.8. q.27.* negatiuè, quia talis authoritas in dicto Concilio conceditur Epiſcopis tantum pro ſibi ſubditis in propria ſua diœceſi, quales non cenſentur hi, qui breui tempore ibi commorantur. Vnde tale priuilegium intelligitur, ait *Fauſtus*, de peregrinis, pro maiore anni parte commorantibus in diœceſi, vbi abſolui petunt; vt ſunt Scholaſtici in Academijs, & Milites in præſidijs, ſed S. Fauſt. S.Fauſt.

Filijuccius to.1, tract.7.c.10. nu.286. oppoſitum tenet, & per ſubditos quantum ad eiuſmodi excommunicationem, etiam intelligit vagos, Scholares, Mercatores, ac Peregrinos, quantum ad peregrinos, ita etiam tenet *Suar. de pœnit. diſp.30. ſect.2.* Filijucc. Suar.

34 Ad prudentiam confeſſarij ſpectat, quandoque agnoſcere probabilem ignorātiam pœnitentis, puta quando commiſit defectum in præteritis confeſſionibus, vt ſi maiorem numerum mortalium peccatorum, quem commiſit, explicauit, ac in confeſſione ſe accuſauit, in qua re, ſi id fecit mala fide tenetur non ſolum, iterum exprimere numerum verum, & certum, verum etiam tenetur repetere confeſſionem, vtpotè inualidam ob deceptionem mortaliter peccaminoſam in materia graui, & neceſſaria: ſed ſi, bona fide, maiorem nume-

rum

Digitized by Google

rum peccatorum mortalium expreſſit, non ſolum non teneri repetere confeſſionem, verum nec teneri errorem maioris numeri confiteri, quia ſecunda confeſſio, eſſet potius excuſatio, quam accuſatio, ita tenet Sotus, Lopez, Bonacina, Megala, & Diana cit. à Fauſto in *Theologia morali lib. 4. q. 137.*

Soto. Lop. Bonac. Megala. Diana. Fauſt.

Dixi, mortalium, quia ſi pœnitens maiorem peccatorum venialium numerum bona, vel mala fide expreſſit, non tenetur iterum numerum verum, & certum aperire, quia non decepit confeſſarium in materia neceſſaria, vt notat Doctiſſimus *Fauſtus* loc. cit.

Fauſt.

35 Ad prudentiam confeſſarij pertinet, interdum non permittere pœnitentibus, vt aperiant in confeſsione occaſionem, quam peccandi habuerunt; nam in confeſſione debet peccator ſe accuſare, non excuſare; hoc intelligitur, quando occaſio non excuſat pœnitentem à peccato, vt ſi mulier inuenta in loco ſecretò, multis blanditijs, doniſque allecta turpitudini conſenſit, &c. ſecus eſt dicendum, quando occaſio excuſat pœnitentem à peccato, vt ſi quis occidat hominem ob iuſtam ſui defenſionem, vel caſu dando operam rei illicitæ, ideſt abſque vlla aduertentia rationis, ſcilicet non conſiderando illud opus eſſe peccatum; nam tunc aperienda eſt eiuſmodi occaſio in cõfeſ-

feſsione. Idem dicitur de illo, qui in extrema neceſsitate conſtitutus alienum rapuit, vel in quadrageſima, cum eſſet infirmus, carnes comedit, vel diuinum officiũ omiſit, ſi factum in confeſsione exprimatur; nam tunc tenetur pœnitens eiuſmodi circumſtantias confeſſori aperire, ſub peccato mortali, ita *Zerola in pract. cap.* 11. *q.* 4. & alij Doctores ab ipſo cit. *Zerola.*

36 Ad prudentiam confeſſarij pertinet, quandoque procurare, vt pœnitentes accuſent ſe de aliquo peccato graui, iam confeſſo, & abſoluto, vt iterum ſubijciant clauibus, & hoc debet facere confeſſarius, quando pœnitens, vel non aperit in confeſsione materiam abſolutionis, vel ſi eſt dubium, an quod confitetur ſit peccatum, vel ſi certò ſcitur eſſe peccatũ, nihilominus eſt tàm leue, vt difficilè credatur à confeſſario, vt pœnitens habeat verum dolorẽ, ac firmum propoſitum non committendi illud in futurum; hoc ſæpè occurrit, quando excipiũtur confeſsiones, vel ſacrifici, vel hominis valdè ſpiritualis frequentantis confeſsionem. Vnum aduerto, quod pęnitens, quando ſe accuſat de peccato iam abſoluto, tenetur iterum reiterare dolorem in ſecunda confeſsione.

37 Ad prudentiam confeſſarij pertinet, quandoque interrogare pœnitentes, quando

do

do ſe accuſar t de peccato fornicationis, an ſint in proxima occaſione peccandi conſtituti; nam multoties hoc pœnitentes non manifeſtant confeſſario. Præterea interrogandum eſt à confeſſario, an commercium cum aliqua perſona ſit illi proxima occaſio peccandi, etiam ſi ſit homo, puta, quia ex malo exemplo illius occaſionem arripit labendi in peccatum; Denique interrogandum eſt à confeſſario, an trãſitus per talem locum ſit occaſio pœnitenti proxima incidendi in peccatũ, etiam ſi data opera, ideſt abſque animo peccandi tranſeat per illum locum.

38 Ad prudentiam confeſſarij pertinet, quandoque non obligare multum pœnitentes ad acceptandas publicas pœnitentias, quia non tenetur pœnitens ob peccata occulta publicas pœnitentias facere; vnde confeſſarij non debent imponere eiuſmodi pœnitentias, cum ſint contra bonã famam pœnitentis, vt rectè aduertit *Suar. de pœnit. diſp. 38. ſect. 6. nu. 3. & diſp. 33. ſect. 7. nu. 3.* non negatur tamen, quod quando pœnitens voluntariè velit facere publicas pœnitentias ob ſua peccata occulta, hoc non liceat, modò abſit ſcandalum, vel aliud graue dãnum, cum hoc non ſit contra ſigillum confeſsionis, quia fit ex conſenſu pœnitentis. Præterea docet *Suar.* loc. cit. cum communi

Suar.

Suar.

ni

ni ſententia Doctorum pro peccatis publicis imponendas eſſe publicas pœnitentias, immo quandoque pœnitens tenetur acceptare eiuſmodi publicas pœnitentias, & tunc tenetur, quando pœnitentia publica eſt neceſſaria ad tollendum ſcandalum ortum ex publico peccato.

Petes primò. Vtrum vnus confeſſarius poſſit pœnitentiam impoſitam ab alio commutare.

RESpondetur, ex *Suar. de pœnit. diſput.* 38. *ſect.* 10. *nu.* 5. poſſe æqualem Sacerdotem, audita confeſsione, eorumdem peccatorum pœnitentiam ab aliquo alio impoſitam commutare, quia licet prior Sacerdos ſententiam tulerit, nihilominus pœnitens eandem cauſam, in iudicium afferre, & nouam ſententiam poſtulare poteſt, ergo etiam confeſſor potuit ſuo arbitratu pœnitentiam imponere juxta præſentem ſtatum pęnitentis, ac ſi prius non eſſet cauſa iudicata, ergo etiam poterit pœnitētiam priorem mutare in poſteriorem, ergo ſi expedit ad bonum pœnitentis, poteſt poſterior confeſſor pęnitentiam mutare, nedum in æqualem, ſed etiam in mitiorem, ſi ita prudenter iudicauerit confeſſarius ad bonum animæ pœnitentis expedire, immo etiam interdum poterit leuiſsimam pone- *Suar.*

re

re, vt ſi pœnitens maiorem contritionem oſtendit ſecundo confeſſario, quàm primo.

Petes ſecundò. An inferior Sacerdos poſſit pœnitentiam à Superiore confeſſore iniunctam commutare, quæſtio eſt in peccatis reſeruatis, in quibus inferiores Sacerdotes iuriſdictionem non habent: De illis ergo dubitatur, an poſtquam Superior directè abſoluit de illis peccatis, & pro eis ſatisfactionem impoſuit, poſſit aliquis Sacerdos inferior illam pœnitentiam commutare.

Suar. Reſpondetur, ex *Suarez* loc. cit. ſed *nu.* 14. cum communi ſententia Doctorum, non poſſe inferiorem Sacerdotem commutare pœnitentiam impoſitam à Superiore Sacerdote; quia dùm Sacerdos inferior non habet iuriſdictionem, ac poteſtatem abſoluendi reſeruata, nec etiam habet poteſtatem commutandi pœnitentiam ob illa impoſitam; niſi neceſsitas, vel pia vtilitas aliud poſtulet; nam tunc piè præſumitur hanc eſſe intentionem Superioris, modò non pateat aditus, vel difficilis ſit recurſus ad Superiorem, & aliàs vrget moralis neceſsitas, quæ neceſsitas relinquitur arbitrio prudentis.

Suar. Aduertit, & notat idem *Suar.* loc. cit. differentiam inter peccata reſeruata, & non reſeruata: nam in non reſeruatis non re-

qui-

quiritur tanta cauſa ad commutandam poenitentiam ab æquali confeſſario, quæ moralem neceſſitatẽ inducat, aut quæ obliget ad coniecturam faciendam de alterius confeſſoris voluntate; at in caſibus reſeruatis oportet hanc neceſſitatem interuenire, & coniecturam moralem facere de Superioris voluntate.

Petes tertiò. An Sacerdos poſſit commutare pœnitentiam non audita priore confeſſione eorumdem peccatorum.

RESpondetur, ex *Nauarro in manuali c.26. num.22. Henriquez lib.15. cap.22. nu.1.* & alijs cit. à *Diana tract.1. Miſcellan. to.1. reſol.54.* poſſe quemlibet confeſſarium, ex iuſta cauſa, commutare pęnitentiam ab alio impoſitam, etiam non iterata confeſſione, & etiam ſi fuerit data ſuper peccata reſeruata, dummodo hoc efficiat in ſacramentali cõfeſſione, non autem extra; quod ſi commutauerit idem confeſſarius, poterit quidem commutare pœnitentiam extra confeſſionem, ſi ad plurimum intra hebdomadam pœnitens redeat, vt aiunt *Henriq. Led. Viual. & Valer.* cit. à *Diana* loc. cit.

Nau. Henriq. *Diana.* Henriq. *Ledeſm. Viu. Valer. Diana.*

Petes quartò. An pœnitens teneatur reiterare confeſſionem, quando oblitus eſt pœnitentiæ impoſitæ à confeſſario antequã illam impleat.

Nau. Caietan. Med. Sotus. Suar.

RESpondetur, ex Nauarro Caiet. Medina, Soto, & alijs cit. à *Suar. de pœnit. diſp.* 22. *ſect.* 7. *nu.* 5. non teneri pœnitentem reiterare confeſſionem, non ſolum quando contigit obliuio ante commiſſum peccatum mortale in omiſſione, vel dilatatione executionis pęnitentiæ, ſed etiam ſi in eo mortaliter peccauerit, nec tenetur aliud inſtituere, vel ſuſcipere loco illius, quia humana præcepta ad hoc non obligant, nam, qui factus eſt impotens ad implendum votum, non tenetur in aliud commutare, ſed omninò excuſatur, ergo ita in caſu noſtro.

Hinc

COlligitur, quod quando accedit pœnitens ad confeſſarium dicendo ſe oblitum eſſe pœnitentiæ impoſitę ab ipſo, non teneri confeſſarium, iterum illius confeſſionem audire ad finem imponēdi illi onus ſatisfaciendi pœnitentiæ.

Petes quintò. An pœnitens teneatur acceptare iniunctam à confeſſario pœnitentiam.

REſpondetur affirmatiuè, iuxta ſententiam communem, ac magis probabilem

lem Doctorum, & eſt fundata hæc ſententia in *Tridentino ſeſſ.14. c.8.* his tamen non obſtantibus non deſunt Doctores, qui poſt Concilium Tridentinum contrariam ſententiam docuerunt, nempè non teneri pęnitentem acceptare pęnitentiam à confeſſario; hi ſunt *Greg.Ruiz, Nauarr.* Pitigianus, *Zerola*, & alij cit. à *Diana tract.1. Miſcell. to.1. reſolut.53. & Sotus in 4. ſent. diſt.20. q.2. art.1.* probabilem vocat hanc opinionem, qui Sotus ſcripſit poſt Concilium. *Concil. Trid.* *Greg. Ruiz. Nau. Pitig. Zerola. Diana. Soto.*

39 Ac prudentiam confeſſarij ſpectat agnoſcere, quando pœnitentes teneantur reſtituere famam.

Petes primò. Quid ſit fama.

RESpondetur multiformiter famam à Doctoribus definiri; nam Iuriſperiti, ita famam definiunt, fama eſt illeſæ dignitatis ſtatus, legibus, & moribus comprobatus, ita habetur, *l. cognitionum 5. de extraordin. cognit.* verum hi Iuriſperiti tantum bonam famam definiunt; *Leſſius verò lib.2. de iuſtitia, & iure cap.10. dub.1.* ſic in genere definit famam; fama eſt multorum exiſtimatio de vita, & moribus alterius; Denique *Fauſtus in ſpeculo Confeſſariorum diſp.3. q.1.* ſic definit bonam famam, fama eſt multorum exiſtimatio de laudabili, & honeſta vita alterius. *Leſſ.* *S. Fauſt.*

Hinc

PRimò, colligitur, quod exiſtimatio paucorum, nec bonam, nec malam famam facit, ſed opus eſt, vt in maiori parte, aut ſaltem in multis reſideat.

Secundò, colligitur, quod non ſemper læditur fama proximi, quando reuelatur alicui occultum peccatum ipſius, quandoquidem requiritur, vt homo ille retineat bonam famam apud multos homines, non paucos; quapropter multoties pęnitentes ſe accuſantes de hoc peccato, excuſantur à reſtitutione famæ, & etiam excuſautur à peccato mortali, modò non reuelarint occultum peccatum proximi animo vindictæ, vel inferendi proximo infamiam grauem. Limito verò hanc ſupradictam doctrinam, nimirùm non eſſe peccatum mortale reuelare occultum peccatum proximi, quando proximus non retinet bonam famam apud multos; modò hoc non obſtante, ſcelus, quod reuelatur non ſit adeo enormè, vt redundet in graue illius dedecus; vt eſſet ſi diceretur, hic homo eſt ſodomita, hæreticus, &c. immò dico, interdum contingere, quod ſi reueletur alicui peccatum mortale, occultum proximi, non peccare mortaliter reuelantem, vt patet ex ſupradictis, & ſi reuelat id, quod in ſe non eſt peccatum, quod peccet mortaliter, & tenetur

ad

ad reſtitutionem; vt ſi quis diceret alicui, hic eques, vel hic miles non eſt animoſus, & non eſt præditus virtute fortitudinis poſito, quod totum hoc ſit occultum. hæc doctrina valdè eſt notanda à confeſſarijs, & aduertenda à pęnitentibus; fateor verò eſſe meam ſpeculationem, nihilominus, ni error, eſt fundata in ratione, & colligi poteſt etiam à Doctoribus tractantibus de eiuſmodi materia.

Petes ſecundò. Quando quis poteſt confabulari de peccatis mortalibus proximorum, abſque eo, quod peccet mortaliter, & ad reſtitutionem teneatur etiam ſi reuelet illud peccatum neſcientibus.

RESpondetur, quando delictum eſt notorium iuris, vel facti; ita affirmant communiter Doctores, vt *Caietanus in opuſc. 17. reſp. 9. reſp. ad 3. dubium*, *Nauarr. cap. 18. n. 26.* & alij, dicitur delictum notorium iuris, quando conſtat per ſententiam Iudicis, vel per confeſsionem delinquentis in iudicio, vel per legitimam teſtium depoſitionem, vt docet *Fauſtus in ſpeculo* Confeſſariorum *diſp. 3. q. 32.* & ante ipſum *Sylu. verb. notorium*; dicitur delictum notorium facti, quãdo eius delictum eſt, adeo notum, vt nulla tergiuerſatione celari poſſit, vt eſt peccatum Caiet. Nauarr. S. Fauſt. Sylu.

eius, qui in publica platea blaſphemat, vel publicè concubinam habet, & domui filios alit; & etiam illud, quod ſcit euidenter maior pars populi vicinorum, aut collegij, modò in eo ſaltem ſint decem, itaque ſcientia paucorum, quam ſex, non facit rem notoriam, neque ſex, quando illi non ſunt maior pars illius congregationis, vt docet *Nauarr. cap.* 18. *num.* 73. Verum hoc non approbat *Syluester, verb. notorium,* nempè non debere dici notorium, quando ſex non ſunt maior pars congregationis, licèt adſint in illa cõgregatione decem perſonæ; nam ipſe cum alijs Doctoribus dicit ſufficere ad hoc, vt dicatur aliquod factum eſſe notorium, vt ſciant omnes, vel maior pars eorum, qui ſunt in aliquo loco, ſcilicet in Villa, vel Parochia, modò ſaltem ibi adſint decem perſonæ: & ſic conſequenter ſufficit, ſi ſciant ſex, quia eo caſu teſtis eſt populus, cum ſit teſtis maior pars populi, & ſi populus, vel cætus ſit cætus viginti hominum, ſufficit ad eſſe notorium in tali populo ſi ſciant vndecim, & ſic de alijs, igitur vbi ſex ſciunt, dicitur notorium ſimpliciter, licèt non dicatur notorium in Prouincia, vel Ciuitate, tum, quia ſi Parochia habeat mille Parochianos, & ex illis ſolum decem graues, & honeſtæ perſonæ ſcandalizantur de aliquo peccato Sacerdotis: dici poteſt, quod po-

Nau.

Sylu.

populus ſcandalizatur: cum decem homines populum faciant: & ſic ſex ſunt maior pars populi alicuius, tum, quia ſi hoc non ſufficit, non poſſet probari notorium in aliqua plebe, niſi numeratis omnibus plebanis, & facta fide, quod non ſint plures, ad videndum an maior pars ſciat, quod videtur rediculum, ait *Sylu.* loco citato cum interdum in plebe ſint multa millia hominum.

Petes tertiò. An qui infamatum in vno loco, puta Romæ, infamat in alio, puta Neapoli, vbi habetur in bona exiſtimatione, peccet mortaliter, & ad reſtitutionem teneatur?

Reſpondetur primò, ex *Nauar. cap. 18. n. 26. Caiet. to. 2. opuſc. tract. reſp. 9. & Maiore diſt. 21. q. 2.* detegere notoria facti, vel iuris, vel famoſa, ſine mala intentione nocendi, nõ eſt peccatum, ſaltem mortale, quamuis illi, quibus deteguntur, ea ignorent, nec in regione, vbi deteguntur, ſcirentur, etiam ſi cognoſcatur ab iis, is qui in aliquo loco eſt diffamatus, licèt vbi eſt præſens, exiſtimetur vt honoratus; ſed amiciſſimus *Fauſtus in ſpeculo Confeſſariorum diſp. 3. q 32. nu. 10.* oppoſitum tenet, & ait huiuſmodi diffamãtem peccare mortaliter cõtra charitatem, Nauarr. Caiet. *Maiore.* *S. Fauſt.*

non contra iuſtitiam, & conſequenter non teneri ad reſtitutionem, etiam ſi inde illi damnum obueniat; rationem affert, quia fama eſt bonum neceſſarium ad honeſtè viuendum, ergo qui ſine cauſa priuat fratrem ſuum illo bono, peccat contra charitatem; citat *Salonium, Sotum, & Leſſium* pro hac ſententia.

Salon. *Soto.* *Leſſ.*

Reſpondetur ſecundò, quod qui olim ob ſua crimina infamatum in vno loco per euidentiam facti, vel indiciorum, ſed iam emendatum, & honeſtè viuentem, in alio vbi id ignoratur, infamat, peccat mortaliter contra iuſtitiam, & conſequenter tenetur ad reſtitutionem; Ratio eſt, quia ſicut fama proprio facto amittitur, & infamia contrahitur, ſic etiam proprio facto infamia purgatur, & fama amiſſa recuperatur, quod eſt verum, ſi eo modo eius crimen detegit, vt iudicet eum adhuc improbum eſſe; ſecus autem ſi tantum illa crimina olim ab eo commiſſa commemorat, tunc autem eſſe tantum peccatum mortale contra charitatem, ita affirmant *Salon. 2. 2. q.62. artic.2. & Leſſ. lib.2. de iuſt. q.11. dub.13.* ſed *Nauarr.* loco ſupra citat. nihil loquitur de hoc caſu, ſed ſimpliciter ait reuelantem infamatum notorietate iuris, vel facti non peccare mortaliter, quamuis dicatur in loco vbi neſcitur delictum, vel ſcelus, etiam ſi neſciretur in illa Regione, niſi diceretur.

Salon. *Leſſ.* *Nauar.*

Pe-

Peteſquand. Quam reſtitutionem facere teneatur, qui falsò alterum infamauit de aliquo crimine?

RESpondetur, ex communi Doctorum ſententia, teneri ad cantandam palinodiam, ideſt affirmando ſe eſſe mentitum, etiam cum detrimento propriæ famæ, modò non ſubſit alia via reſtituendi famam ablatam, quam dicendo ſe falſum dixiſſe, aut fuiſſe mentitum; ſi enim ſatis eſſet dicere, deceptus ſum, perperam loquutus ſum, non opus eſſet, clarè confiteri ſe mentitum fuiſſe, vt rectè docet *Fauſtus* loc. cit. ſed *q.* 20. Præterea aduertit idem author, quod ſi adeſt inæqualitas inter infamãtem, & infamatum, non tenetur vir illuſtris, v.g. ad ſe retractandum, dicendo, ſe eſſe mentitum, cauſa reſtituendi famam plebeio, quia fama illuſtris perſonæ notabiliter plus valet, quam fama alterius inferioris, ſed ſatis eſt, vt illum laudet in illo genere virtutis, vbi infamauit, vel pecunia compenſet, vel remiſſionem reſtitutionis pecunia obtineat, ſi commodè fieri poteſt, alioquin non tenetur, illeque talis homo plebeius debet eſſe contentus illa ſatisfactione, ita etiam tenent *Molina to.*5. *diſp.*41. *Couarr.* & alij cit. ab eodem *Fauſto q.*20. ſed

Fauſt. *Molina.* *Couarr.* *Fauſt.*

Diſ-

Difficultas eſt. An qui falſum dicendo alterum infamauit teneatur, ſi opus ſit iurare ſe falſum dixiſſe, vel teſtes adhibere, ſi opus eſt ad hoc, vt fama reſtituatur.

Diana. *Philip. Faber.* RESPONDETUR, ex communi ſententia Doctorum, teſte doctiſſimo *Diana tract. 4. Miſcell. tom. 2. reſol. 29.* affirmatiuè. Sed *Philippus Faber* Lector publicus in Academia Patauina *de reſt. in 4. ſent. diſt. 15. q. 3. diſp. 53. cap. 1. num. 32.* ſolum putat ad reſtitutionem famæ in foro conſcientiæ, quod diffamans ſe retractet ſeriò corã illis, apud quos proximum infamauit abſque iuramento, & multo magis abſque teſtibus, & alijs ſumptibus ad faciendum, vt ij, qui ex cauſa detractionis malam opinionem cõceperunt, illam deponant, Antiqui enim Doctores, vt *Alenſis.* *D. Thom.* *Nau.* *Pet. Na.* *Alenſis 1. 2. q. 129. membr. 6. D. Tho. 2. 2. q. 62. artic. 1. ad 2. &c.* nihil aliud requirunt, quod nõ ſit opus adhibere teſtes, docet vterque *Nauarr. in manuali cap. 18. nu. 45. & Petr. Nauarr. lib. 2. cap. 4. nu. 137.* ſed ſtando in contraria opinione excipiuntur viri magnæ authoritatis.

Hinc

COlligitur, quod qui falsò proximo detraxit, tenetur illi reſtituere famam, licèt in alijs virtutibus duplo, vel triplo magis

gis eiuſdam famam auxerit, vt docuit *Nauarr. c.*18. *nu.*42. quia licèt ex alia parte honorificauit eum, non tamen reſtituit illi, quod abſtulerat de honore illius, ſed aduertit *Fauſtus q.*20. quod ſi quis notauit eum de aliquo defectu naturali, quem non habet, poteſt facere reſtitutionem in alia, v.g. dixit de Titio, quod eſt monoculus, aut claudus poteſt dicere apud eoſdem, quibus talem defectum dixit, eſſe hominem prudentem, & doctum. *S. Fauſt.*

Petes quintò. *Ad quid teneatur, qui verum dicendo, occultum crimen alicuius propalauit, illum infamando.*

RESpondetur, ex *Caietano* 2.2.*q.*62.*artic.*2. *Soto de iuſtitia lib.*4.*q.*9. *art.* 3. *ad* 4. *Tannero, Valentia, Leſſio,* & alijs cit. à ſapientiſſimo *Diana to.*2. *tract.*5. *Miſcell. reſol.*30. ad nihil aliud teneri diffamatorem, quam laudare eum, quem prius diffamauerat, nec amplius de illa re coram illis apud quos eum diffamauit, loqui. *Caiet. Soto. Tannero. Val. Leſſ. Diana.*

Petes primo. *Vtrum quando fama non poteſt reſtitui in eodem genere boni, infamator teneatur eam reſtituere in alio genere bonorum, vt in pecunia, vel in orationibus.*

RESpondetur, ex *Couarr. Roderic. Sot.* & *Solonio* cit. à *Fauſto diſp.*3. *q.*24. *in ſpeculo* con- *Couar. Roder. S. Fauſt.*

confeſſariorum affirmatiuè, & colligitur clarè
D.Th. eiuſdem ſententiæ eſſe *D.Tho.2.2.q.62.art.2.*
ad 2. ſed

Sylu. *Sylueſter verbo detractio, q.4. Petr.Nauarr.lib.*
Pet. Na. *2.de reſtit.cap.4.nu.415.Bann.2.2.q.62.artic.2.*
Bann. *Leſſ.lib.2.de iuſtitia cap.11.dub.16. Nau.cap.18.*
Leſs. *nu.90.*& multi alij docent ad id non obliga-
Nau. ri, quia fama, ſicut, & vita, nõ eſt pretio ex-
timabilis, ſed eſt ſupra omne pretium.

Poteſt tamen talis caſus occurrere, vt le-
ge charitatis teneatur infamator infamiam
pecunia compenſare, vt ſi infamatus ſit
pauper, qui talem ſatisfactionem deſideret,
nec putetur aliter mœrorem depoſiturus,
& is, qui infamauit ſit diues, vt ægregiè do-
Leſs. cuit *Leſſ.lib.2.de iuſt.c.11 dub.16.* illud tamen
obſerua, quod ſi infamator per Iudicem ad
reſtituẽdam aliquam pecuniam infamato,
vel ipſi inter ſe conueniant de certa pecu-
niæ ſumma conferenda, vt infamatus cedat
iuri ſuo, tenetur infamator in conſcientia
Salon. eam reſtituere, vt rectè docet *Salonius 2.2.q.*
Leſs. *62.art.2. & Leſſius de iuſt. lib.2.cap.11. dub.16.*
nu.96. & ait poſſe condemnare Iudicem, in-
famatorem ad ſoluendam pecuniam ad ſa-
tisfactionem famæ, etiam ſi fama iam eſſet
recuperata, idque in pęnam prioris delicti.

Leſs. Præterea docet *Leſſ. nu.97.* quod debitor
pecuniæ, v.g. centum aureorum iniuſtè læ-
ſus in fama, vel honore à creditore, non te-
netur

netur ad ſolutionem illius pecuniæ, ſed poteſt vti compenſatione, ſecundum extimationem damni, accepti iudicio prudentis faciendam, ſi à creditore aliam reſtitutionem obtinere nequit, quia contraria ſententia eſt probabilis.

Petes ſeptimo. An infamator criminis occulti teneatur reſtituere famam tantum apud ſuos auditores, licèt ipſi auditum crimen notum alijs fecerint.

Reſpondetur, ex *Fabro de reſtitut. in 4. ſent. diſt. 15. q. 3. diſp. 53. cap. 1. nu. 37.* ſufficere, vt ſe retractet corã ijs, apud quos ipſe detraxit, idem etiam ait *Alenſis* citat. à *Diana tract. 5. Miſcell. to. 2. reſol. 34.* & ratio eſſe poteſt, quia poſterior infamia fortuito, quaſi ſequitur, & ex propria malitia audiẽtium, qui proinde vtique tenentùr ad reſtitutionem. Addo ego, ſi detractor propalauit rem occultam, tamquam publicam, notorietate facti, vel iuris, teneri reſtituere famam, ac ſe retractare, non ſolum coram his apud quos diffamauit, ſed etiam apud alios, quibus illi audientes retulerunt, & ratio mihi eſt, quia, dum delictum eſt publicum, non eſt peccatum, illud reuelare neſcienti, ergo audientes non peccarunt reuelando peccatum auditum tamquam publi-

Faber.

Alenſis.

Diana.

bli-

Digitized by Google

blicum,ſuppoſito,quod illud audiuerunt à perſona fide digna; ergo culpa fuit detractoris non audientium, damnum ortum ex confabulatione peccati occulti reſpectu aliorum hominum, quibus detractor non reuelauit peccatum, ſed audientes.

Petes octauo. An qui occultum crimen ſine iuſta cauſa manifeſtat vni, vel duobus hominibus prudentibus, quos ſcit non euulgaturos, peccet mortaliter?

Caietan. Pet. Na. Graff. Tannero. D.Thom. Ioa. de la

RESpondetur, ex communi ſententia Doctorum affirmatiuè, ſed *Caiet. in* 2. 2.*q.*62. *art.* 2. Petr.*Nauarr.de reſtit. lib.*2. *cap.*4. *nu.*334. *Graffius lib.*2. *cap.*137. & alij oppoſitum tenent, & hanc ſententiam probabilem eſſe docent *Tannerus in* 2.2. *D.Tho.diſp.* 4.*q.*8.*dub.*7. *nu.*138. & *Ioannes de la Cruz in direct.conſcient.par.*8.*q.*2.*art.*2. *dub.*3. *concluſ.*3. & alij; Ratio eſt, quia talis non lædit famam notabiliter cum reuelet delictum occultum apud vnum, vel duos, qui non ſunt alijs reuelaturi.

Petes nono. *An ſi quis narret alicui amico iniuriam ſibi ab aliquo ſecretè illatam ad leniendum dolorem peccet mortaliter?*

RESpondetur, ex communi ſententia Doctorum negatiuè; nimis enim durum

rum eſt, & præter humanam conſuetudinem, vt quis cogatur acceptas iniurias ſolus ferre, nec poſſit eas amico communicare, non animo detrahendi, ſed ad ſuam cõmoditatem, & vt eas leuius ferat. Ita *Leſs. lib.2.cap.11.dub.12.nu.72. Molin. Syluius*, & alij cit. à *Diana to.2.tract.5. Miſcell. reſol.32.* *Leſs.* *Molina.* *Sylu.* *Diana.*

Petes decimo. An qui audit detrahentem aliorum crimina peccet mortaliter?

Reſpondetur, vt plurimum minimè, & ſic ait Ioannes *de la Cruz Dominicanus in direct.conſc.par.8.q.2.art.2.dub.5.concluſ.* 1. communiter tamen ex negligentia, timore, aut verecundia non repellere detractionem, ſolum cenſetur peccatum veniale, niſi vel audiens Superior ſit, vel graue damnum ex detractione ſequutarum animaduertatur, vel timor ipſe adeo peruerſus ſit, vt propter eum peccare aliquis mortaliter non curet, ita docent *Reginaldus in praxi to.2. lib.24.cap.4.nu.95. & Faber de reſt.in 4 ſent. diſt.* 15.*q.*3.*diſp.*53.*cap.*3.*num.*127. ſed *Fauſt. diſp.*3. *q.*33.*nu.*8. ait tria eſſe neceſſaria, vt audiens detractionem illamque non impediens peccet mortaliter. Primò, vt detractio attenta qualitate perſonæ detractæ ſit de re graui. Secundò, vt ſit ſpes fructus. Tertiò, vt ſine graui ſuo damno, ac moleſtia poſſit illum

Ioa. de la Cruz. *Regin.* *Faber.* *S. Fauſt.*

S. Th. Soto. Molin. lum impedire, vt docet etiam S. *Th. 2. 2. q. 63.* *art. 4. Sotus lib. 5. q. 10. art. 4. & Molin. to. 5. d. 34.* ſed qui cooperatur detractori, nimirùm iuuando, incitando, interrogando, laudando, &c. tenetur reſtituere famam.

Petes vndecimo. Quo pacto detractioni ſit reſiſtendum.

S. Fauſt. RESpondetur, ex *Fauſto* loc. cit. ſed *q. 37.* ſi detractio inchoatur impediri debet in perſonis infimæ claſſis ſimplice redargutione, vel imperio, eſto Superior non ſit, in alijs verò æqualis, vel maioris cõditionis, & ſtatus, impediri debet; vel ſermonem aliò diuertendo, vel ea de re, vt non agatur, obſecrando, vel etiam diſcedẽdo, vel ſi aliter non poteſt, ſignis, geſtibus, & facie triſte oſtendendo, quod eiuſmodi detractio ei diſplicet, vt colligitur, ex ſacra
Prou. 25. Scriptura varijs in locis Prouerb. 25. *Ventus aquilo diſſipat pluuias, & facies triſtis linguam de-*
Eccl. 7. *trahentem, & Eccleſ. 7. per triſtitiam vultus animus corrigitur delinquentis*, poſt completam uerò detractionem, ſi falſa ſit, oſtendendum falſam eſſe, ſi autem uera, uerisimilibus rationibus agendum, ut in dubiũ uertatur, modò non dicatur mendaciũ, addo ego, ſed ut licitè poteſt alia æquiuocatione ad euitandũ mendaciũ, & ad recuperandã famã proximi.

Digitized by Google

Petes duodecimo. An diffamatum de vno genere vitij, liceat in eodem etiam loco diffamare de alio occulto eiuſdem ſpeciei.

RESpondetur, ex communi ſententia Doctorum, teſte *Fauſto q.38. nu.2.* negatiuè, vnde, qui infamatum de multis criminibus detegit aliud occultum, præſertim ſi ſit alterius ſpeciei, ex genere ſuo, peccat contra iuſtitiam, ſecus eſt dicendum de eo, qui notatum infamia de multis eiuſdem ſpeciei criminibus, v.g. de decem furtis, reuelat aliquid aliud furtum illius quãuis occultum, nempè non peccare mortaliter, quia notabiliter famam eius non lædit: niſi illud peccatum fuerit etiã valdè atrox, aut enormè crimen, etiam in eodem genere, qualia ſunt peccata nefaria; tunc enim proculdubio eſſet peccatum mortale, contra iuſtitiam tale, occultum delictum eius reuelare, ita *Molina tom.5. diſp.32.* & alij. Verum qui infamatum ob multa crimina, detegit aliquod aliud eius peccatum alterius ſpeciei, non peccat mortaliter, nec tenetur ad reſtitutionem, quandocumque in illud ſolent, vt ſi plurimũ incidere ij, qui perpetrant priora delicta, vt conſtat publicè Titium violaſſe puellam, non eſt peccatum mortale referre illũ pretio familiares cor- S. Fauſt. Mol.

rumpiſſe. Vel ſi de ebrioſo, vel aleatore publico referre, quod crebrò iurat, rixatur, vel non curat familiam, quia hæc peccata habent inter ſeſe magnam connexionem, vt poſſit vnuſquiſque ea, de per ſe iudicare, aut ſuſpicari, etiam nemine dicente, ita Salonius 2.2.q.62.art.2. Leſſ. de iuſtitia lib.2.cap.11. dub.14. Arag. 2.2.q.62. & alij.

Salon. Leſs. Arag.

Petes tertiodecimo. An liceat detegere crimen occultum vnius, ad impendiendum damnum alterius.

Molin.

Reſpondetur, ex *Molina to.5. de iuſtitia diſput.* 24. affirmatiuè, vt ſi noui Titium furem, poſſum monere eos, cum quibus habitat, vt ſibi caueat; vel ſi noui Caium medicum ignarum, fas mihi eſt monere eos, quibus obuenit damnum, &c. immò tenetur quiſque præcepto charitatis crimen alterius prodere, quoties graue damnum alijs imminet, ſiuè ſit ſpirituale, ſiuè temporale, & damnum, quod ex reuelatione ſequitur, non eſt tanti, vt eius ratio pre altero haberi debeat. Admonendus tamen eſſet nocens, antequam detegeretur, quando id ſufficeret, vt innocens liberaretur à periculo, quod ſi ad præcauendum illud damnum, non eſſet neceſſe crimen alterius prodere, ſed ſuppeditat alia via commodior, v.g. per fraternam correptionem non po-

Digitized by Google

poteſt reuelari, quia eſſet contra charitatem & iuſtitiam, ita *Leſſ. lib. 2. de iuſt. cap. 11. dub. 9.* *Leſſ.*

Petes decimoquarto. An qui infamat ſeipſum, peccet mortaliter contra iuſtitiam.

RESpondetur, ex *Caiet. 2. 2. q. 73. art. 2.* affirmatiuè, quia ſupponit hominem nō eſſe Dominum ſuæ famæ, ſed alij Doctores oppoſitum tenent, & cenſent infamare ſepſum ex genere ſuo, non eſſe peccatum mortale; licèt id agat ſine cauſa, ita *Sotus lib. 5. Nauar. cap. 18. nu. 27. Couar. lib. 1. var. cap. 2. nu. 8.* & alij, & tantum eſſe veniale, vt affirmant ſupradicti Doctores: quia prodigalitas rerum externarum, regulariter eſt peccatum veniale, teſte *D. Thom. 2. 2. q. 19. artic. 2. & 3.* verum ex adiuncto in multis caſibus poteſt eſſe peccatum mortale. *Caiet.* *Sotus.* *Nau.* *Couar.* *D. Thom.*

Primò, quando quis verè, vel falſo ſeipſum infamat de crimine aliquo inſigni, & enormè, vt de crimine læſæ Maieſtatis diuinæ, & humanæ, de peccato nefando, &c.

Secundò, quando ex ſua infamia, ſequeretur ſcandalum.

Tertiò, quando ex tali infamatione alij eiuſdem ſtatus ſimili vitio laborare crederentur, vt ſi religioſus ſua flagitia laicis reuelaret, ex quo religio, vel monaſterium in-

famaretur; tunc enim infamia, non ſolum eſſet contra charitatem, ſed etiam contra iuſtitiam, quia fama religioſi, non tàm eſt ſua, quàm religionis, cui cedere non poteſt,
Mol. ita *Molina to.5.de iuſt.diſp.*37.& alij.

Quartò, quando, qui ſe infamat eſt perſona publica, cuius fama eſſet maximè ſubditis neceſſaria, & infamia pernicioſa, cederet in detrimentum boni publici, cuiuſmodi eſt Epiſcopus, Parochus, Abbas, Prior, & quiuis alius Magiſtratus Reipublicæ, & hi ſimiles peccabunt cõtra iuſtitiam, vt com-
S. Fauſt. muniter affirmant Doctores, teſte *Fauſto q.5.*

Quintò, peccat mortaliter, quando reuelat homo ſua peccata, licèt non læſiua ſui honoris; de illis tamen gloriatur iuxta
Pſ.51. illud *Pſ.51. Si quid gloriaris in malitia.*

Sextò, quando ſua infamia in aliorum infamiam, & damnum temporale redundaret, quo pacto diſpoſitioni iuris filij contrahunt infamiam ex paterno crimine hæreſis, & efficiuntur inhabiles ad officia, & beneficia; tunc enim etiam peccaret contra iuſtitiam, cum onere reſtituendi famam
Leſſ. læſis, ita Leſſ. *lib.2. cap.11. dub.6. Petr. Nauar.*
Pet.Na. *lib.2.de reſtitution.capit.4.num.*128. & plerique alij.

Pe-

Petes decimoquinto. Quot modis detractio committatur.

RESpondetur, ex ſapiẽtiſſimo *Fauſto q.4.* octuplicitter. Primò, quando imponitur crimen falſum. Secundò, quando verum crimen augetur, de quo dicitur *Ecleſ.11. ab vna ſcintilla augetur ignis, & à doloſo augetur ſanguis.* Tertiò, quando vitium occultum reuelatur. Quartò, quando, quod bonum eſt, ſiniſtra dicitur intẽtione. Quintò, quando quis negat bonum alterius. Sextò, quando illud minuit. Septimò, quando illud ſilet. Octauò, quando ita ieiunè laudat; vt laus in vituperium, atque infamiam laudati cedat. *S. Fauſt.* *Eccl.* 11.

Petes ſextodecimo. An qui non reuelat virtutes, alicuius, peccet peccato detractionis.

REſpondetur primò, ex *Petr. Nauar.2. cap.4. nu.334.* qui extra articulum neceſſitatis virtutes alicuius non manifeſtat, non peccat. *Pet. Na.*

Reſpondetur ſecundò, qui ſeriò laudat aliquem ſupra modum, cum ſciat ei talem laudem non competere, peccat, quia re ipſa eſt illum vituperare, vt docet idem *Petr. Nau.* loc. cit. *Pet. Na.*

Reſpondetur tertiò, qui multũ aliquem commendat, ac laudat, ex quo fama alterius denigratur notabiliter, peccat mortaliter contra iuſtitiam, ac proinde ad reſtitutionem tenetur, v.g. agitur de Titio, cui ablatum fuit beneficium, & alteri collatũ, quidam ex aſtantibus dicit ſic, qui modo gaudet beneficio eſt vir bonus, nemini nocet, &c. hoc enim perinde eſt, ac ſi diceret, alium eſſe improbum, & iniuſtum, ita *Petr. Nau.* loc. cit.

Pet. Na.

Reſpondetur quartò, qui ſimulatè, vel frigidè aliquem commendat, ac laudat, tẽpore, quo tenebatur illum laudare, peccat mortaliter contra iuſtitiam, vt quando quis fingit ſe velle laudare aliquem alioqui cõmendandum, & tamen ita ieiunè laudat, vt id vituperium laudati cedat, ita *Molina to.* 5. *diſp.* 27.

Mol.

Reſpondetur quintò, qui in occaſione, & in articulo neceſſitatis alicuius viri probi laudem cõtegit, peccat peccato detractionis, & in re graui peccat mortaliter, ita *Pet. Nau.* loc. cit. vnde qui teſtificari renuit in articulo neceſſitatis, id quod ad famam innocentis pertinebat, detractor eſt, non minus quam ille, qui cum audit vitia tacet, & non reſpondet, & tunc teneri ad reſtitutionem famæ, cum virtutem illius, ex officio tenebatur propalare, vt teſtis in iudicium

Pet. Na.

vo-

Digitized by Google

vocatus, vel Prælatus ex officio, alij verò à quibus priuatim informatio, & conſilium petitur de vita alicuius, & tacet eius virtutes, & bona, mortaliter peccat, ſed reſtituere non tenetur.

Petes decimoſextò. *An qui infamatum certo tempore, fas ſit diffamare alio tẽpore? v. g. quinquaginta ſunt anni, ex quo Titius publicè ob ſua delicta fuit infamis, quod hoc tempore pauci, aut nulli ſciunt, eſt autem ſenex, qui videns Titium per medium forum ambulantem præſentibus dicit, olim hunc fuiſſe infamem, an peccatum mortale ſit, veritatem ſic olim notoriam modo reuelare?*

Reſpondetur, ex *Leſs. lib. 2. de iuſt. cap. 11. dub. 13.* ſi Titius iuris infamiam contraxit, non eſt peccatum contra iuſtitiam, eam reuelare donec publica authoritate Iudicis ea infamia tollatur, & priſtina fama recuperetur, eſt tamen peccatum mortale contra charitatem, quia fama eſt bonum neceſſarium ad religiosè viuendum. *Leſs.*

Si verò Titius infamiam contraxit ſolum per euidentiam facti, tunc interim dum ea proprio facto non purgatur, non eſt peccatum mortale contra iuſtitiam reuelare. Eſt tamen peccatum mortale contra charitatem, ſi abſque iuſta cauſa, ejus crimen in memoriam aliorum reuocetur.

Reſpondetur tertiò, qui multũ aliquem commendat, ac laudat, ex quo fama alterius denigratur notabiliter, peccat mortaliter contra iuſtitiam, ac proinde ad reſtitutionem tenetur, v.g. agitur de Titio, cui ablatum fuit beneficium, & alteri collatũ, quidam ex aſtantibus dicit ſic, qui modo gaudet beneficio eſt vir bonus, nemini nocet, &c. hoc enim perinde eſt, ac ſi diceret, alium eſſe improbum, & iniuſtum, ita *Petr. Nau.* loc. cit. *Pet. Na.*

Reſpondetur quartò, qui ſimulatè, vel frigidè aliquem commendat, ac laudat, tẽpore, quo tenebatur illum laudare, peccat mortaliter contra iuſtitiam, vt quando quis fingit ſe velle laudare aliquem alioqui cõmendandum, & tamen ita ieiunè laudat, vt id vituperium laudati cedat, ita *Molina to.5. diſp.27.* *Mol.*

Reſpondetur quintò, qui in occaſione, & in articulo neceſſitatis alicuius viri probi laudem cõtegit, peccat peccato detractionis, & in re graui peccat mortaliter, ita *Pet. Nau.* loc. cit. vnde qui teſtificari renuit in articulo neceſſitatis, id quod ad famam innocentis pertinebat, detractor eſt, non minus quam ille, qui cum audit vitia tacet, & non reſpondet, & tunc teneri ad reſtitutionem famæ, cum virtutem illius, ex officio tenebatur propalare, vt teſtis in iudicium *Pet. Na.*

vo-

Digitized by Google

vocatus, vel Prælatus ex officio, alij verò à quibus priuatim informatio, & conſilium petitur de vita alicuius, & tacet eius virtutes, & bona, mortaliter peccat, ſed reſtituere non tenetur.

Petes decimoſextò. An qui infamatum certo tempore, fas ſit diffamare alio tẽpore? v. g. quinquaginta ſunt anni, ex quo Titius publicè ob ſua delicta fuit infamis, quod hoc tempore pauci, aut nulli ſciunt, eſt autem ſenex, qui videns Titium per medium forum ambulantem præſentibus dicit, olim hunc fuiſſe infamem, an peccatum mortale ſit, veritatem ſic olim notoriam modo reuelare?

Reſpondetur, ex *Leſs. lib. 2. de iuſt. cap. 11. dub. 13.* ſi Titius iuris infamiam contraxit, non eſt peccatum contra iuſtitiam, eam reuelare donec publica authoritate Iudicis ea infamia tollatur, & priſtina fama recuperetur, eſt tamen peccatum mortale contra charitatem, quia fama eſt bonum neceſſarium ad religioſè viuendum. *Leſs.*

Si verò Titius infamiam contraxit ſolum per euidentiam facti, tunc interim dum ea proprio facto non purgatur, non eſt peccatum mortale contra iuſtitiam reuelare. Eſt tamen peccatum mortale contra charitatem, ſi abſque iuſta cauſa, eius crimen in memoriam aliorum reuocetur.

Dixi abſque iuſta cauſa, quia ſi ſit ob bonum finem, vt puta iuridicè ad informationem Eccleſiæ, vel Collegij ingrediendi, vel matrimonij contrahendi, poteſt tale ſcelus, ſine peccato reuelare ijs, quibus poteſt prodeſſe, & non obeſſe.

Petes decimoſeptimo. An qui aliquem ex Collegio, vel Monaſterio diffamat, peccet mortaliter, & ad reſtitutionem teneatur.

Reſpondetur affirmatiuè, quia infamia hæc non ſolum in ipſum religioſum delinquentem, ſed etiam in totam religionem, vel monaſterium redundat, ita *Petr. Nau. lib.* 2. *nu.* 358. hoc intelligitur, quando de religione haberetur optima exiſtimatio in ea parte. Secus tamen ſi de alijs Congregationibus, aut Collegijs id diceret, vbi nō tantam perfectionem profitentur, ita *Molina to.* 5. *de iuſt. diſp.* 27. *& Roder.* 1. *p. ſum. c.* 253.

Pet. Na. *Molin.* *Roder.*

Petes decimo octauo. An qui defectus veniales alicuius reuelat, peccet mortaliter, & ad reſtitutionem teneatur.

Reſpondetur, regulariter loquēdo non eſſe, niſi peccatum veniale, & non adeſſe obligationem reſtituendi famam, ita *Nauar. cap.* 18. *nu.* 24. *Leſſ. lib.* 2. *cap.* 11. *dub.* 3. &

Nauarr. *Leſs.*

Digitized by Google

& alij. Verum in tribus caſibus detegere aliorum culpas veniales, eſt peccatũ mortale.

Primò, quando quis ſeriò, & ex ira de aliquo in faciẽ ipſius de mendacio improperat, ita *Arag. 2. 2. q. 73. art. 2.* *Arag.*

Secundò, quando quis dicit de aliquo in abſentia, eſſe mendacem, ideſt habere conſuetudinem mentiendi; quia conſuetudo mentiendi eſt notabilis defectus, & proinde notabiliter læditur fama proximi. Secus ſi aliquem abſentem diceret ſemel, vel bis mentitum eſſe, tunc enim non eſſet mortale; quia non ob id amitteret famam, ita *Petr. Nau. lib. 2. cap. 4. nu. 314. Leſſ. lib. 2. cap. 11. dub. 3.* & alij. *Pet. Na.* *Leſs.*

Tertiò, quando quis narrat peccata venialia, ex conſuetudine facta, quæ, ratione perſonæ, de qua dicuntur, cenſentur grauia; intelligitur niſi huiuſmodi defectus ſint notorij, omnibuſque noti, ita *Pet. Nau.* cit. ſed *n. 312. Roder. p. 1. ſum. c. 253.* & alij. *Pet. Na.* *Roder.*

Petes decimo nonò. An qui tenetur reſtituere famam, excuſatur aliquando ab eiuſmodi reſtitutione.

Reſpondetur, ex *Sylu. verbo detractio q. 4.* affirmatiuè; Primò excuſatur, nempè quando ſequeretur infamatio maior: puta, *Sylu.*

quia

quia fortè non recordantur amplius, qui ab eo audiuerunt, & vulnera renouari contingeret. Secundò, quando fieri non poteſt reſtitutio famæ, ſine periculo probabili alicuius peccati mortalis, vel corporalis. Tertiò, quando dixit his, quibus debebat: puta Prælato, dènunciando, vel accuſando: aut his, qui poterant prodeſſe. Quartò, quando talia de ſui natura non erant infamatoria: puta quia interpetrari poterant in peccatum veniale. Quintò, quando is cui dixerat, ſciuit poſtea per aliam viam, publicato eo, quod tunc erat ſecretum. Sextò, quando ille omninò erat infamatus de eodem, ſaltem apud illum, cui dixit, vel de maioribus.

Petes vigeſimò. Vtrum hæredes infamatoris teneãtur ad famæ reſtitutionem, ſi ipſe viuens eam non reſtituit?

Reſpondetur negatiuè, quia obligatio hæc eſt merè perſonalis, debita autem perſonalia non tranſeunt ad hæredes, ita *Petr. Nauar. lib. 2. c. 4. nu. 426. & Leſſ. lib. 2. cap. 11. dub. 21.* verum tenentur hæredes infamatoris iuxta vires, & facultates hæreditatis reparare omnia damna, quæ ex illa infamia paſſus eſt infamatus: quia hæc obligatio non eſt purè perſonalis, ſed realis: debita

Pet. Na.
Leſs.

bita

bita autem realia, & pecuniaria, ſunt pars hæreditatis, & tranſeunt cum hæreditate, ita *Petr. Nauar.* loc. cit. & *Salon.* 2.2.q.62. ar.2. *Pet. Na.* *Salon.*

Petes vigeſimoprimò. An qui mortuum infamat, peccet mortaliter, & ad reſtitutionem teneatur?

RЕſpondetur affirmatiuè, quia fama durat, etiam poſt mortem; ita communiter affirmant Doctores, teſte *Fauſto diſp.3. q.49.* nec vidi Authorem oppoſitum ſentientem, ergo falsò vulgus tenet, non eſſe peccatum, reuelare occultum peccatum mortale proximi defuncti. *S. Fauſt.*

Petes vigeſimoſecundò. Quiſnam ad reſtitutionem teneatur, qui ad detractionem induxit, an ipſe detractor?

REſpondetur, ſi inducens imperio, vel fraude, fuit cauſa iniuſta detractionis, ſolus inducens principaliter reſtituere tenetur, quia fuit præcipua cauſa damni: detractor verò minus principaliter, & ſolum in defectum inducentis. Si verò ſolum conſilio, aut alia ratione, abſque dolo detrahentem ad diffamandum incitauit, ipſe detractor principaliter tenebitur reſtituere; ſed ſi ipſe non reſtituat famam, tenetur inducens reſtituere famam, vt rectè docet *Mol. t.5. diſp.34.* *Molina.*

An

An ſuperior verò teneatur ad reſtitutionem, quando non impedit detrahentem; vide *Fauſtum q.36.* plura omitto cauſa breuitatis, ſed

Fauſt.

Vnum aduerto, quod fama differt ab honore, quia fama eſt bona opinio, quam in animo alterius virtute, vel excellentia habemus, honor autē eſt cultus, & reuerētia exterius homini exhibitus virtutis, & dignitatis cauſa, vt docet *D.Th.2.2.q.103.ar.1.*

D.Thom. Præterea, ac denique aduerto, quod detractio differt à contumelia; nam detractio fit in abſentia, contumelia verò in præſentia.

40 Ad prudentiam confeſſarij pertinet quandoque agnoſcere, quando re ipſa fit iudicium temerarium, cum paſſim pœnitentes de hoc ſe accuſent.

Petes primò. Quid requiritur ad hoc, vt iudicium dicatur temerarium, & ſit peccatum mortale?

Reſpondetur tria requiſita eſſe neceſſaria ad hoc vt cenſeatur iudicium temerarium eſſe peccatum mortale. Primum eſt, vt adſit firmus aſſenſus ſine ſufficientibus inditijs non dubitatio, non ſuſpitio de re aliqua. Secundum, vt huiuſmodi certus aſſenſus ſit de obiecto malo mortaliter; ſi enim leue eſſet obiectum, leue

Digitized by Google

ue erit peccatum : Tertium, vt huiuſmodi iudicium fiat ex plena deliberatione, tùm intellectus, tùm voluntatis, ita vt aduertat plenè intellectus indicia non eſſe ſufficientia ad ferendum iudicium, & nihilominus à voluntate plenè conſentiente fit tale iudicium, ita colligitur à Doctoribus, quæ omnia rarò ſimul concurrunt in homine malo de proximo iudicante.

Addo ego, non eſſe opus cauſa iudicandi, an aliquis ſit reus huiuſmodi peccati, conſiderare indicia ex natura rei ſufficientia ad faciendum huiuſmodi iudicium, ſed inſpici debere an indicia exiſtimabantur ſufficientia ad ferendum certum iudicium, ab homine faciẽte hoc iudicium; nam certa non poteſt dari regula; quandoquidem hoc dependet ex perſpicacitate intellectus alicuius; nam eadem numero indicia erunt ſufficientia vni, & non alij ad ferendum iudicium, ergo, &c. ſaluo meliori iudicio.

Petes ſecundò. An iudicium temerarium ſit peccatum contra iuſtitiam, & an inducat obligationem reſtituendi?

RESpondetur, ex *Filijuccio to.2.tract.4. c.1. nu.8.* iudicium temerarium eſſe peccatum contra iuſtitiam, non inducere tamen obligationem reſtituendi, ſi con- *Filijucc.*

ſi-

ſiſtat in ſolo interiori aſſenſu mentis, quia proximus non daminficatur efficaciter, ita
Pet. N. Pet. *Nau. lib. 2, cap. 4. nu. 456.* Si verò iudicium per ſententiam verbis externis proferratur, tunc ſi nulli alteri eiuſmodi ſententia manifeſtatur, nulla adhuc eſt obligatio reſtituendi; ſi verò patefiat alteri, tunc, vel tantum refertur iudicium vna cum leuibus indicijs, & ſic quia non eſt aptum ex ſe gignere in audiente malam exiſtimationem de proximo, hoc ipſo, quod referuntur leuia indicia adhibita ad illud iudicium factum conſequenter nec aderit obligatio reſtituẽdi: vel ſi abſque indicijs refertur iudicium detrahendo de proximo, & tunc erit obligatio reuocandi, quod dictum eſt ex vi iudicij temerarij patefacti vna cũ detractione, quod eſt dicere formaliter obligationem reſtituendi, oriri ex detractione, non autem ex vi iudicij temerarij manentis intra fines talis iudicij, ſed annexi cum vitio detractionis.

Petes tertiò. Quotuplex eſt iudicium.

Caietan. RESpondetur, ex *Gaietano in ſumma verbo iudicium*, duplex eſſe, alterũ iudicium operis, alterum iudicium perſonæ.
Caietan. Vnde aduertit idem *Caietanus* ibidem notabilem doctrinam pro ſcrupuloſis, quod iu-

iudicium operis numquam eſt peccatum mortale,ſed iudicium perſonæ,interdum, poteſt eſſe peccatum mortale, nimirùm, quando fit abſqne ſignis ſufficientibus ad faciendum illud iudicium, vt ſi quis non plus ſciens audit aliquem maledicentem, puta in mala hora, aut videt aliquem exercentem turpem actum,&credens actus huiuſmodi eſſe ſecundum ſe peccata mortalia, iudicat illos peccati mortalis, non incurrit peccatum iudicij temerarij: quoniam non iudicat perſonam, ſed opus: nec erat in iudicio perſonali,ſed in iudicio rerum.

Petes quarto. An omne peccatum mortale ſit materia incurrendi peccatum mortale iudicij temerarij.

REſpondetur,ex *Salonio,&* Sayro cit.à *Filijuccio to.2.tract.4.c.1.nu.*17.non omne peccatũ mortale eſſe graue malũ, ita vt iudicando temerè de aliquo incurratur peccatum mortale iudicij temerarij, quia non omne peccatum mortale, notabiliter infamat, vt ſi de iuuene, quis iudicet eum eſſe deditum amoribus mulierum, de milite eũ vlciſci iniurias, & prouocare ad duellum,& ſimilia. Salon. Sayr. *Filijucc.*

Pe-

Petes quinto: An ſuſpitio temeraria ſit peccatum mortiferum ex ſuo genere?

Filijucc. RESpondetur, ex communi ſententia Doctorum, teſte *Filijuccio* loc. cit. ſed *nu.* 12 negatiuè; nempè, non eſſe peccatum mortale, etiam ſi materia dubitandi ſit grauis, vt ſi ex leui indicio, quis ſuſpicetur religioſum eſſe hæreticum, vel commiſiſſe inceſtum cum matre, & ſimilia, quidquid dicat *Sotus*, *&* *Valentia*, quando ſuſpicatur graue malum de perſona valdè ſanta, ac religioſa; Verum ſi ſuſpicio oritur ex maleuolentia erga illum, de quo eſt ſuſpicio, qua fiat, vt etiam ſi aduertat illa indicia non eſſe ſufficientia; velit nihilominus perſeuerare in ſua ſuſpitione, tunc erit peccatum mortale, quando malum eſt graue. Si verò ſuſpitio temeraria procedat ex errore intellectus, etiam ſi ſit voluntaria in materia graui, eſt ex ſuo genere peccatum veniale.

Soto. Val.

Petes ſexto. An opinio temeraria ſit ex ſuo genere peccatum mortale?

Filijucc. RESpondetur, ex *Filiiuccio* loc. cit. ſed *nu.* 16 negatiuè, quia hoc ipſo, quod non iudicatur res eſſe certa non infertur mala exiſtimatio, ſed ad ſummum impeditur

tur bona, ad quam non habet proximus ius; verum, ſi opinio temeraria oritur ex maleuolentia, eſt peccatum mortale, ſi ex errore intellectus, eſt tantum peccatum veniale, vt ſupra dictum eſt petitione quinta: hoc verò intelligitur, quando quis aduertit opinionem eſſe temerariam, & nihilominus vult, ex maleuolentia in illa perſeuerare.

Petes ſeptimò. An iudicium temerarium de peccato veniali poſſit eſſe quandoque peccatum mortale.

RESpondetur affirmatiuè, vt ſi de viro graui Religioſo, vel Prælato, iudicaret quis temerè eſſe mendacem ex habitu, & nunquam dicere veritatem, eſſe vanum, & leuem in ſuis actionibus; ratio eſt, quia eiuſmodi res reddunt talem perſonam contemptibilem, & indignam muneribus religioſis, alioqui conuenientibus ſui ordinis inſtituto, ita *Soto*, *Valen.* *Petr.* *Nau.* teſte *Filiucc.* loc. cit. ſed *nu.* 18. Quicquid contra videatur ſentire vniuerſaliter, *Anton.* 2 *p. tit.* 8. *c.* 14. *Sylu. verb. detractio nu.* 2. *Soto. Val. Pet. Na. D. Ant. Sylu.*

Petes octauò. An defectus naturales interdum ſint materia grauis, ita vt iudicando illos temerè incurratur peccatum iudicij temerarij.

RESpondetur affirmatiuè, vt ſi de honorabili viro quis id iudicet, ideoque in

animo ſuo contemnat, aut infamet, aut indignum iudicet de aliquo officio, bonouè conſequendo, ita *Petr. Nau. lib. 2. cap. 4. n. 450. Valent. Salon. Leſſius, & Sayr.* cit. à *Filijucc. n. 19.*

Pet. Na. Val. Salon. *Leſs.* Sayr. *Filijucc.*

41 Ad prudentiam confeſſarij pertinet, quandoque agnoſcere, an pœnitentes teneantur confiteri peccata mortalia olim commiſſa, in præſenti confeſſione. Vnde hæc regula ſeruanda eſt, ſi pœnitens recordatur ſe non confeſſum eſſe talia peccata, v. g. in præteritis confeſſionibus, puta ex obliuione inculpabili, in hoc caſu tenetur in præſenti confeſſione pandere illa præterita peccata mortalia commiſſa confeſſori, cui nunc peccata ſua manifeſtat; Si verò non recordatur aperuiſſe illa peccata confeſſori, licèt certò ſciat illa commiſiſſe peccata mortalia, non tenetur in præſente confeſſione pandere confeſſori; ratio mihi eſt; tum quia daretur an cauſa multis ſcrupulis, tum quia ferè impoſſibile eſt, vt homo ſemper recordetur ſuas præteritas actiones, alioqui tenetur ſcire quid fecit poſt tranſactos quatraginta, vel quinquaginta annos. Secus eſt dicendum, ſi pœnitens verum dubium haberet ſe non confeſſum eſſe illa peccata mortalia olim commiſſa; nam nunc tenetur illa ſubijcere clauibus præſentis confeſſarij; hâc doctrinam apud nullum authorem reperi; ſed ita mihi

vi-

detur dicendum, ſaluo meliori iudicio.

42 Ad prudentiam confeſſarij ſpectat, & ad ſuum munus ſcire quomodo gerere ſe debeat erga adultum baptizatum ſub conditione. Sed pro maiori declaratione.

Petes primò. An qui habet dubium ſi eſt baptizatus, teneatur peccata iam confeſſa iterum ſubijcere clauibus, nempè poſtquam iterum baptizatus eſt ſub conditione.

Reſpondetur, ex meis placitis, quod nõ, & ratio mihi eſt, quia, aut ille homo re vera fuit baptizatus, vel non, ſi dicatur primam, iam illa peccata fuerunt remiſſa, ſecluſo obice, ex parte confitentis; ſi dicatur ſecundùm, nimirùm quod non fuit baptizatus, iam peccata remittuntur propter actualem ſuſceptionem baptiſmatis.

Petes ſecundò. An teneatur baptizatus ſub conditione, illa peccata nondum confeſſa ſubijcere clauibus; Ratio dubitandi eſt, quia potuit eſſe, quod re vera fuiſſet ille homo baptizatus, & conſequenter dum recepit denuò baptiſma ſub conditione, vt illa peccata non prius confeſſa non deleantur ex virtute baptiſmatis.

Reſpondetur, ex meis placitis, quod pro ſecuritate tenetur baptizatus ſub

conditione peccata non adhuc confeſſa ſubijcere clauibus. Addo, quod debet etiam confiteri aliquod peccatum veniale ſaltem commiſſum poſt ſecundum ſuſceptum baptiſma, ne abſolutio ſacramentalis cadat ſuper indebita, ſeù non idonea materia; vel ſi ſola illa peccata confitentur, vt abſolutio impendatur à confeſſario, ſub conditione, his verbis ſaltem mente conceptis, ſi es baptizatus, ego te abſoluo, &c. ſi non es baptizatus, ego te non abſoluo. Verum confeſſarius, qui audit confeſſionem huiuſmo- ptizati, ſub conditione, debet impendere abſolutionem ſub conditione ſaltem mente conceptam circa peccata dubia, an fuerint abſoluta virtute baptiſmatis, & circa commiſſa poſt baptiſma abſque conditione.

Petes tertiò. An qui eſt dubius ſi fuit baptizatus teneatur confiteri dum currit præceptum annuæ confeſſionis, & dubium de reali ſuſceptione baptiſmatis non eſt adhuc euacuatum, & an poſſit Sacerdos abſoluere ſub conditione conſtitutum in articulo mortis, poſito quod perſeuerat dubiũ, ſi fuit ille baptizatus, nec ne, & ſecluſa materia idonea ad hoc, vt poſſit ei conferri baptiſma ſub conditione.

Reſpondetur, ex meis placitis, vtrumque fieri poſſe à confeſſario, ſi abſol-

uat

uat eum ſub conditione, & conſequenter tenetur confiteri, qui eſt dubius, an ſit baptizatus quoties vrget præceptum confeſſionis, & præſertim tenetur in articulo mortis; Ratio cur Sacerdos poteſt eum abſoluere ſub conditione eſt, quia conditio nihil ponit in eſſe, & conſequenter non fit iniuria Sacramẽto.

Petes quartò. Quid dicendum de communione? An teneatur ſaltem in articulo mortis, qui eſt dubius, an fuerit baptizatus, ſuſcipere Euchariſtiam poſito quod deeſt materia idonea, vt poſſit baptizari ſub conditione.

RESpondetur, ex meis placitis, nõ ſolum non teneri ſuſcipere Euchariſtiam, ſed nec etiam licitè id fieri poſſe, ratio eſt, tum quia ſacramentum Euchariſtiæ non poteſt conferri ſub conditione, tùm quia hoc Sacramentum non eſt neceſſarium, neceſſitate medij, ſaltem vt actu ſuſcipiatur.

Supradictam doctrinam non didici à nomine, & idcirco prudentiori, ac doctori iudicio me ſubijcio.

43 Ad prudentiam confeſſarij pertinet interrogare pęnitentes circa præuiam malitiam, quam in peccando habuerunt, ſed

Petes. *An teneatur confeſſarius interrogare pœnitem, quando pœnitens ſe accuſat commiſiſſe inceſtum, adulterium, ſacrilegium, rapinam, &c. An laborauerit ignorantia inuincibili circa duplicem malitiam, quæ reperitur in huiuſmodi peccatis, nempè contra caſtitatis virtutem, altera contra iuſtitiam, vel honorem debitum præſtandum parentibus, &c. Ratio dubitandi eſt, quia peccatum non committitur; niſi eſt voluntarium, & voluntarium ſupponit neceſſariò cognitionem; ergo ſi deeſt cognitio reſpectu vnius rei, deeſt etiam voluntarium reſpectu eiuſdem rei.*

RESpondetur, non teneri confeſſarium interrogare pœnitentem, an laborauerit ignorãtia inuincibili, circa duplicem malitiam, quę reperiebatur in obiecto peccaminoſo ſupradicto.

Denique aduerto, quod quando pœnitens ſe accuſat coram hominibus, loquutum eſſe verba inhoneſta, cauſa incitandi illos ad libidinem, debere interrogare confeſſarium pœnitentem, an illi homines erãt vxorati, Sacerdotes, &c. & quot eſſent, & an verba inhoneſta ad quam ſpeciem peccati laſciuiæ incitabant; ad hoc, vt illi homines prolapſi eſſet in peccata; hæc doctrina valdè eſt notanda à confeſſarijs.

44 Ad prudentiam confeſſarij pertinet; quan-

quandoque non multum interrogare pœnitentes, quando ſe accuſant de peccato ſodomiæ, an fuerint agentes, an patiẽtes, cum reperiantur Doctores dicentes, hoc non eſſe opus explicare in confeſſione, ita *Alphonſus de Leone* cit. à *Diana to:2. tract. 4. reſ. 159.* Qui huic opinioni non contradicit, prætera dixit Admodum Reuerendus Dominus Alexander Ruſſus huius opinionis fuiſſe doctum Martinum Fornarium Societatis Ieſu, & prædicto Domino Alexandro Ruſſo etiam hanc opinionem placere; mihi verò non prorſus ſatisfacit, ſed non audeo dicere, hanc opinionem non poſſe ſequi, præcipuè quando pœnitens haberet aliquam verecundiam confitendi ſe in actu ſodomitico fuiſſe patientem; ſecus eſt dicẽdum quando caſus eſt reſeruatus. *Alphonſ. de Leone. Diana.*

45 Ad prudentiam confeſſarij pertinet agnoſcere, quando pœnitens peccat mortaliter peccato imprecationis alicuius mali grauis erga proximum, quandoquidem ad hoc, vt ſit peccatum mortale eiuſmodi imprecatio malis grauis erga proximum; requiritur primo, vt ipſa imprecatio mali ſit ex animo. Secundò, vt ſit ex plena deliberatione animi. Tertiò, vt malum, quod imprecamur alteri ſit graue, quare ſi aliquid iſtorum deſit, erit veniale tantum peccatũ, vnde non ſemper in mulierculis maledi-

Digitized by Google

centibus ſuis liberis, vel ancillis, vel in ruſtibus, mulionibuſque maledicentibus ſibi, vel iumentis, alijſuè eſt peccatum mortale, quia frequenter ex ira quadam, vel ex deprauata conſuetudine maledicunt, non ex animo imprecantes malum. Item frequenter in his eſt imperfecta animi deliberatio, ita *Azorius to.3.lib.13.cap.*10. *Diana to.2.tract.6.reſol.*13.47.& ego. Ad prudentiam, & munus confeſſarij ſpectat ſcire, quæ poſſit loqui abſque licentia pœnitentis, ſed pro maiore declaratione.

Azor. *Diana.*

Petes primò. *An poſſit confeſſor loqui de rebus in confeſſione auditis cum ipſo pœnitente, vel de licentia eius.*

Suar.

Reſpondetur, ex *Suar.de pœnit. to.4. 3.par. diſp.33.ſect.5.* non licere cōfeſſori poſt perfectam confeſſionem loqui de rebus in confeſſione auditis, etiam cum ipſo pœnitente, ſine facultate eius. in hoc cōueniunt omnes Doctores. Vnde ſi ſtatim poſt finitam confeſſionem, & datam abſolutionem occurrat error emendandus non poteſt confeſſarius loqui cum ipſo pœnitente de confeſſione, & errore corrigendo, abſque licentia pœnitentis, & ſi negat pœnitens licentiam, culpa, quæ fuerat confeſſarij eo ipſo in pœnitentem transfertur, & confeſſa-

ſarius liber ab obligatione manet, ita communiter affirmant Doctores, teſte *Diana to. 2. tract. 4. reſol.* 87. & hoc vniuerſaliter docet, etiam ſi confeſſarius abſoluat non ſubditũ, vel excommunicatum, vel à caſu reſeruato, vel non iniuxit obligationem reſtitutionis, quam ſententiam non amplectitur Pater *Suar.* loc. cit. nam ait, quando confeſſor cõmiſit defectum in confeſſione, ex quo obligatur ad admonendum pœnitentem, poſſe dicere illi, & debere ſe velle, cum illo loqui de re neceſſaria pertinente ad confeſſionẽ; ſi verò renuat, dicat nihilominus ſi commodè poſſit, quam ſentẽtiam omninò ego amplector, & præſertim quando confeſſarius, vel abſoluit non ſubditum, vel reliquit eum in proxima occaſione peccandi. **Diana.**

Aduertit præterea *Suarez* loc. cit. ſi plures homines confeſſionem audirent, quacumque occaſione non poſſe inter ſe confabulari de alienis peccati in confeſſione reuelatis; quia ſi cum ipſo pœnitente non licet loqui, multò minus cum alio, etiam ſi notitiam confeſſionis habeat, quia illa loquutio ex ſe eſt extra confeſſionem, & ideo prohibita. **Suar.**

Petes ſecundò. An confeſſarius poſſit loqui de rebus auditis in confeſſione ex licentia pœnitentis?

Re-

Suar. REſpondetur, ex Suarez loc.cit. affirmatiuè, & aſſignat duplicem modum dandi licentiæ pœnitentis. Primus modus eſt, ſi dicat pœnitens confeſſario, quod dixi ſit tanquam dictum extra confeſſionem. Secundus modus eſt, ſi ſeruatò eodem ſigillo, & eadem ſcientia, det facultatem loquendi ex illa, vt docent communiter DD. cit. ab eodem *Suar.* ſed

Dices, quæ differentia ſit inter primum, & ſecundum modum.

Suar. REſpondetur, ex Suar. loc.cit. nonnullas differentias eſſe notandas. Prima eſt; quia facultatem, quam dat penitens cõfeſſario nimirum quando non dicit confeſſario, quod dixi in confeſſione ſit tanquam dictum extra confeſſionem ſemper eſt reuocabilis, at verò ſi ſemel extra confeſſionem dixit, quæ prius in confeſſione dixerat, iam illa notitia eſt irreuocabilis, nec poteſt facere pœnitens, vt poſtea confeſſor tantum in confeſſione ſciat. Secunda differentia eſt, quando confeſſor hoc ſecundo modo loquitur ex licentia pœnitentis, poteſt, & debet dicere, ſe ſcire in confeſſione, & loqui ex licentia pœnitentis, vt alter debito modo recipiat: at verò in priori modo

do non poteſt dicere ſe audiuiſſe in confeſſione, quia non loquitur ex illa notitia, neque ex facultate, reſpectu illius, ſed ex noua ſcientia. Tertia differentia eſt; quia tunc is, qui audit, obligatur ſigillo, ſi confeſſor loquatur ſolum ex propria facultate: non verò ſi loquatur ex noua notitia iuxta priorem modum. Quarta differentia eſt; quia ille prior modus fieri poteſt ex mera volũtate ſine cauſa: at verò alia facultas danda non eſt, neque illa vtendum, niſi ex graui cauſa, vel vtilitate rationabili, vt notauit *Nauar.cap. Sacerdos nu.*158. Addit verò *Suar.* loc. cit. etiam ſi aliter fiat non propriè frãgi ſigillum, quia iam intercedit voluntas committentis; erit tamen tantum veniale peccatum nimirùm quando pœnitens ſine cauſa dat confeſſario facultatem, & confeſſarius vtitur illa, quando non ordinatur ad finem malum. *Nauarr. Suar.*

Petes tertiò. *An confeſſarius frangat ſigillum confeſſionis, ſi in ſecunda confeſſione reprehendit pœnitentem de eiſdem peccatis ſe accuſantem abſq; eo, quod penitens concedat confeſſario eiuſmodi licentiam.*

Reſpondetur, ex communi ſententia Doctorum, teſte *Fauſto, to.*2. *Theologia* *S. Fauſt.*

mo-

*moral. q.*48. poſſe confeſſarium licito iure in actu alterius confeſſionis pœnitentem repræhendere, quod pluries incidere ſoleat in eadem peccata, quia hæc non eſt reuelatio confeſſionis, ſed admonitio neceſſaria, vt pœnitens relictis peccatis ad Deum cõuertatur, ergo ad hunc actum nõ eſt opus licentia pœnitentis, modo confeſſarius loquatur cum pœnitente in ſecunda confeſſione de illis tantum peccatis confeſſis in prima confeſſione, quæ ipſe pœnitens tangit, ac confitetur in ſecunda, non autem omnibus, niſi de licentia expreſſa illius.

Petes quartò. Vtrum confeſsarius poſſit reuelare peccata audita in confeſſione, ſi ea ante, vel poſt confeſſionem aliunde cognouit?

D.Thom. *Soto.* RESpondetur, ex *D.Tho.in 4 diſt.21.q.3. art.1.Soto diſt.18.q.4.art.6.* & pleriſque alijs affirmatiuè; quia confeſſio ex cõfeſſione audita, non fit deterioris conditionis, quam ante: at antequam audiret in cõfeſſione illa peccata, poterat, ſecundum leges, alijs aperire, ergo, & poſt confeſsionem, ſi ea alia via ſciuerat. Quo circa poterunt confeſſarij loqui de illa re, eo modo, ac ſi eam non audiſſent in confeſsione. Cauendum tamen omni modo eis eſt, ne vlla ratione aliter narrent factum, aut certius cõfir-

firment propter auditam confeſsionem, quia aliàs ſigillum violarent. Vndè nullo modo poſſunt dicere ſe ea peccata audiuiſſe in confeſsione; quia ſic aliquid certitudinis rei narratæ adderent: immò ad euitandum ſcandalum tenentur docere modum, quo nouerunt extra confeſsionem, ſicut etiam cum reuelant ex licentia, debent hoc manifeſtare,

Ex quo

INfertur, poſſe Parochum publicum concubinarium, vel vſurarium, quem à confeſsiòne dimiſit inabſolutum, à ſacra communione publicè arcere, hoc prætextu, quod publicè non conſtat de mutatione ſtatus, addita admonitione, vt prius peccati deſerat, & ſcandalum publicũ tollat, quam ad ſacram Euchariſtiam accedat: ſecus ſi peccator non ſit publicus, vel ſecretè petat ſacram communionem.

Petes quintò. Ex qua confeſſione oriatur hæc obligatio ſigilli.

REſpondetur, ex *Nauarr. in ſumma c.*18. *nu.*4. *Henriquez lib.*6. *cap.*19. *n.*8. & alijs, oriri hanc obligationem ex omni, & ſola confeſsione ſacramentale perfecta, vel inchoata facta verò Sacerdoti. *Nau. Henriq.*

Dixi notanter (vel inchoata) quia ex hac etiam

etiam oritur talis obligatio. huiuſmodi ea eſt, quæ fit Sacerdoti, qui poſtea dignoſcitur non habere facultatem abſoluendi: vel quæ fit Prelato, à quo per ſe, vel per confeſſarium petit pœnitens abſolutionem à caſu reſeruato. Vel quæ fit cum propoſito non relinquendi aliquã occaſionem proximam, quæ facit confeſsionem nullam, dummodò pœnitens habeat voluntatem ſe accuſandi, & ſubijciendi in hoc foro, prout poteſt, vel vt aliquo modo præcepto Eccleſiæ ſatisfaciat, vel à confeſſario aliquo modo curetur à peccatis ſuis, & ſic de alijs, tunc cadit talis confeſsio ſub ſigillo; quia licèt non ſit confeſsio ſacramentalis completa, eſt ſaltem inchoata, ita *Caiet. 2. 2. q. 70. art. 1.* & plerique alij. *Caietan.*

Hinc

SI pœnitens accedat ad confeſsionem, animo non ſubijciendi peccata ſub clauibus Eccleſiæ; ſed ſubuertendi confeſſarium, vt illum ad ſcelus aliquod pertrahat, non tenetur confeſſarius illa peccata cælare ſub ſigillo confeſsionis, cum hæc ſit potius ſubuerſio, quam inchoata confeſsio, ita *Nauar. cap. 8. n. 18.* *Nau.*

Dixi (Sacerdoti verò) ad denotandum, quod ex ea, quæ fit non Sacerdoti, etiam in caſu neceſsitatis, vt in naufragio non oritur hæc obligatio, ſed ſolius ſecreti naturalis,

cum

Digitized by Google

cum illa non ſit ſacramentalis.

Hinc

COlligitur, quod vt oriatur ſigillum confeſsionis, non ſufficit confeſsionem fieri ſola intentione petendi cõſilium, & communicandi res ſuas cum Sacerdote.

Petes ſexto: Quænam ſint illa, quæ cadunt ſub ſigillo?

REſpondetur eſſe omnia, & ſingula peccata mortalia tùm in genere, tùm in ſpecie, & omnes circumſtantias eorum, etiam non neceſſariò confitendas, & quodlibet peccatũ veniale in ſpecie, etiam leuiſsimum, & quæcunque alia, quæ licèt peccata non ſint, tamen ſunt talia, quæ ſi detegantur, poſſet quis venire in cognitionem alicuius peccati mortalis, vel circumſtantiæ, vel venialis in ſpecie confeſsi, vt expreſsè habetur in *cap. Sacerdos de pœnit. diſt. 6. & in cap. omnis, &c.* Et reliqua omnia, quæ per ſe, vel per accidens, directè, vel indirectè poſsent verecundiam, vel cõfuſionem, vel ſuſpicionem malam, vel aliquod aliud nocumentum generare pœnitenti, vt rectè docet *Fauſtus* loc. ſupracit. ſed *q. 52.*

Ex quo

PRimò infertur, bona, & virtutes pœnitis non cadere ſub ſigillo, vt propoſitum Religionis, auſteritates, ieiunia, & his ſi-

Nau. ſimilia, ita *Nauarr. c. Sacerdos de pœniten. diſt. 6.*
Henriq. *nu. 51. Henriq. lib. 6. c. 21.*

Secundò infertur, nō frangere ſigillum, qui dicit, Titium eſſe ſibi confeſſum peccata ſua; quia hoc neceſſariò continetur in confeſſione, & non reuelat peccatum mortale in genere, nec veniale in ſpecie, ita *Sua-*
Suar. *rez de pœnit. diſp. 33. ſect. 3. nu. 9.*

Tertiò, nec etiam reuelare confeſſionem, qui dicit, ego abſolui eum, quia etiam tunc non reuelat peccatum mortale in genere, nec veniale in ſpecie, ita *Nauar. in ſumma cap.*
Nau. Henriq. *8. nu. 11. & Henriq. lib. 3. de pœnit. cap. 21. nu. 2.* idem dicitur, quando quis dicit, v. g. Titium non habere materiam venialem, nempè nō frangere ſigillum.

Quartò infertur, non reuelare ſigillum, qui cum audiſſet confeſsionem meretricis, dicit illam fuiſſe benè diſpoſitam, & magna compunctione fuiſſe confeſſam peccata ſua, & alia ſimilia; Ratio eſt, quia ex quo illam abſoluit, neceſſariò ſequitur, illam fuiſſe benè diſpoſitam, & contritam, cum alias
Coninch. Fauſt. eſſet incapax abſolutionis, ita *Coninchus* cit. à *Fauſto* loc. cit. *q.* 52.

Hinc etiam

INfertur primò, confeſſarium frangere ſigillum, qui audita confeſsione, ſtatim ſurgit à loco, & vadit ad virum doctū præſentem, à quo quid agendum ſit in aliquo ca-

caſu quærit, & illicò reuertitur ad illum abſoluendum; Ratio eſt, quia per id ſufficienter oſtendit ſe graue aliquod peccatum audiuiſſe, ita *Nau.cap.8. n.10.* *Nau.*

Infertur ſecundò, Sacerdotem reuelare confeſsionem, qui de aliquo dicit, hic benè confeſſus eſt, ſed alterius confeſsio non mihi ſatiſfecit, plura videbis apud Doctores de hac materia, quæ breuitatis cauſa omicto.

47 Ad prudentiam confeſſarij ſpectat non multum interrogare pœnitentes, quãdo ſe accuſant de peccato contumeliæ, dicendo, quænam fuit, quandoquidem multi Doctores docent diuerſitatem contumeliarum non eſſe opus explicare in confeſſione, vt ſi quis vocauit aliquem furem, hereticum, ſodomitam, &c. ita *Facundez par.2. lib.3.cap.5.nu.3. Azzor.to 1.lib.4.cap.4. q.5. Filiuccius to.2. tract.21. cap.9. nu 322. & Rebellius par.1.lib.2 q.17. ſect.2. nu.3.* ſed mihi non ſatisfacit ſupradicta opinio; quia diuerſa, ac diſtincta eſt turpitudo ſodomiæ, v.g. quam hæreſis, vel fornicationis, &c. ac proinde cenſeo hoc eſſe neceſſum explicare in confeſsione, eo magis cauſa reſtitutionis famæ; nam interdum non eſt neceſſarium reſtituere famam proximo, quando ab aliquo, quis appellatus fuit fornicarius, vt ſi de iuuene, non religioſo, vel milite hoc dictum ſit; ſecus eſt dicendum quando miles, vel *Facund. Azor. Filiucc. Rebell.*

non religioſus iuuenis fuit appellatus ſodomita, vel hereticus, ita etiam affirmant *Layman, Graffius, Naldus,* & alij cit. à *Diana tom.2. tract.4. reſol.67.*

Layman. Graff. Nald. **Diana.**

Verùm, ſecúndum primam opinionem, ſufficit in cōfeſsione dicere toties aliquem contumelia affeci.

48 Ad prudentiam, & munus confeſſarij, ac Sacerdotis ſpectat ſcire, quando debet denegare Euchariſtiam peccatori non contrito, ſed

Petes primò. *Vtrum publico peccatori petenti Euchariſtiam ſemper ſit deneganda?*

Suar.

RESpondetur, ex omnium ſententia, teſte *Suarez, to.3.3.par.diſp.67.ſect.2.* ſemper denegandam eſſe Euchariſtiam, ſi peccator publicus ſit, ſiuè publicè, ſiuè occultè Euchariſtiam petat.

Petes ſecundò. *Quænam pœnitentia, vel ſatisfactio ex parte eorum hominum neceſſaria ſit, vt poſſint ad communionem admitti.*

Suar.

RESpondetur, ex *Suar.* loc.cit. ſi occultè petant ſatis eſſe, quod occultè egerint pœnitentiam, ſeù confeſsi fuerint, & quod Sacerdoti, & alijs ſi fortaſſe adſint, hoc conſtet. Parum enim refert, quod cōmu-

munio ſit occulta, ſi paulò poſt futurum eſt publicum, illum peccatorem eſſe ad cõmunionem admiſſum; Et ideò illam communionem occultam appellamus, quæ & occultè fit, & non eſt poſtea publicè diuulganda. Si publicè petat, pro ratione peccati, ſeù ſtatus; neceſſe eſt, vt publicam ſatisfactionem exhibeat, vel ſaltem, vt eius diſpoſitio, ac conuerſio publica, & manifeſta ſit.

Reſpondetur ſecundò, confeſſarium non poſſe beneficium abſolutionis illi conferre, qui tenetur ad reſtitutionem rei in magna quantitate, quam, cum poſſit totam commodè reſtituere, non vult reſtituere, niſi per partes; ita *Molin. diſp. 759. Salonius, Aragonius, Clauis Regia*, & alij cit. à *Bonac. n. 16.* Molina. Salon.

Reſpondetur tertiò, confeſſarium non debere, regulariter loquendo, abſolutionem impendere pœnitenti, qui ſæpiùs eidem, Arag. Clau. Re. Bonac.

dem, vel alteri Confeſſario promiſit reſtituere, ſed non dùm realiter reſtituit, cum poſſet commodè reſtituere, nec obtinuit dilationem à creditore, ita communiter affirmant DD. teſte *Bonac. nu.19.* Bonac.

Dixi regulariter loquendo; nam fieri poteſt, vt confeſſarius poſſit aliquando abſoluere pœnitentem, qui aliàs non adimpleuit, promiſſionem reſtitutionis faciendæ, quam commodè præſtare potuit; quando ſcilicet ex circumſtantijs loci, temporis, & perſonæ, prudenter iudicare poteſt, pœnitentem ſtatim facturam reſtitutionem, & creditorem non paſſurum aliquod damnum ex tam breui dilatione. Magna tamen opus eſt prudentia in confeſſario, ne decipiatur à pœnitente in extorquenda peccatorum abſolutione ante præſtitam actualem reſtitutionem, ita *Salonius Valentia, Petr. Nau. & Clauis Regia* cit. à *Bonac. n.19.* Salon. Val. Pet. Na. Cla. Reg. Bonac.

Petes duodecimo. Vtrum confeſſarius poſſit abſoluere pœnitentem, quem credit teneri ad reſtitutionem; illique imponit præceptum reſtituendi; ſed pœnitens non acceptat præceptum, dicendo ſe facturum, quod tenetur, intendens conſulere peritiores, aut ſciens ſaltem cum probabili opinione ſe non teneri.

Reſpondetur, ex *Sylu. verb. reſtitutio 5. q.6. Azorio, Clauis Regia*, & alijs cit. à *Bonac.* Sylu. Azor. Cla. Reg. Bonac.

nac. loc.cit. ſed nu.20. poſſe confeſſarium abſoluere, pœnitentem habentem huiuſmodi propoſitum, cùm re ipſa ſit diſpoſitus ad recipiendam abſolutionem; Ratio eſt: quia pœnitens non tenetur in hac parte parere confeſſario, ſed ſatis eſt ſi ſequatur opinionem probabilem, relicta illa confeſſarij.

Petes decimotertiò. An acquiſita ob turpem cauſam ſint reſtituenda.

RESpondetur primò, pro opere illicitò patrando nihil dari, vel accipi poteſt ante factum; quia quilibet tenetur abſtinere à malo opere patrando, & à medio ad illud inducente, ergo.

Dixi ante factum, quia patrato opere illicitò, de quo patrando initus erat contractus, vel promiſſio, tenetur promittens ſoluere pretium, & accipiens non tenetur ad reſtitutionem: quia res illicita eſt pretio extimabilis, ratione periculi, laboris, vel damni, cui ſe expoſuit exequens promiſſionem, aut ratione voluptatis, vel vtilitatis perceptæ ab eo, qui opus illicitum fieri curauit. hac de cauſa, qui pro copula promiſit pretium alicui fœminæ, quamuis coniugatæ, vel moniali, tenetur, ſecuta copula, ſoluere pretium promiſſum. ita Sanchez in ſumma lib. 3. *Sanchez.*

Soto. *lib. 3. cap 9. nu. 28. Sotus lib. 4. q. 7. art. 1. Caiet. 2. 2.*
Caietan. *q. 32. nu. 7.* & plerique alij, ſed
Nau. *Nauarrus cap. 17. nu. 38. & 41. Medin. cap. de*
Med. *reſtit.* & alij cenſent, promittentem non teneri ſoluere promiſſum non ſolum ante patratum opus illicitum, ſed etiam eo patrato, quia peccatum eſt nullius pretij, dicunt ſupradicti Doctores, cum ſit nihil, iuxta illud
Ioan. 1. *Ioan. 1. Sine ipſo factum eſt nihil*, ideſt
Auguſt. peccatum exponit *Auguſtinus*. Neque obſtat, quod actus peccati conſideratus in genere entis, eſt quoddam ens, & conſequenter bonum, ac pretio extimabile, quia in genere moris eſt nihil, & omnia iura diuina, & humana reſpiciũt in eo magis id, quod eſt in genere moris, quam quod eſt in genere entis, ergo, &c. ſed

Vnum aduerto, quod in quauis opinione acquiſita per ſimoniam retineri non poſſe: etiam ſi voluntariè tradita fuerint; nam ſimoniacus eſt incapax rei acquirendæ, ita communiter affirmant Doctores, te-
Bonac. ſte *Bonac. diſp. 1. q. 3. p. 3. n. 10.*

Petes decimoquarto. An qui tenetur reſtituere aliquam quantitatem nummorum, puta quia eam furatus eſt, & pœnitentia ductus, habet animum reſtituendi, & tamen non habet potentiam reſtituendi illam quantitatem nummorum, quam ſurripuit, ſed partem, teneatur ſtatim illam partem

reſti-

Digitized by Google

reſtituere, etiam ſi ſit modica quantitas, an vero expectare poſſit tempus, in quo totam illam quantitatem poſſit vero Domino reſtituere.

RESpondetur cum diſtinctione, vel illa modica, ſeù pars nummorum alteri debita, ſit vtilis creditori, vel non; ſi dicatur primum, ſtatim reſtituenda eſt illa pars nummorum creditori; ſi dicatur ſecundum, non eſt tam arcta obligatio.

Præterea addo, quod ſi quis expertus eſt; vel ſcit probabiliter, non poſſe conſeruare nummos, cauſa reſtituendi eos creditori, puta, quia illicò in alios vſus conuertit, ſtatim teneri reſtituere creditori, etiã ſi quantitas alteri debita non ſit integra, etiam ſi creditori illa pars, & non integra ſatisfactio uon ſit valdè vtilis; Ratio eſt, quia morale periculum, in quo reperitur debitor, nimirùm nihil reſtituendi efficit, vt debitor teneatur quamprimum reſtituere id, quod poteſt verò domino.

Denique addo, quod ſi debitor habet quandam quantitatem nummorum, quæ licèt non ſit valdè vtilis creditori, nihilominus probabiliter creditur, quod creditori placebit habere apud ſe eiuſmodi quãtitatem, tunc tenetur debitor reſtituere illam partem nummorum creditori, & ſi nõ integrè ei ſatisfaciat, etiam ſi ſit exigua illa

pars-

Digitized by Google

pars nummorum, vel non valdè vtilis creditori; Ratio eſt, quia nemo poteſt retinere in ſe rem alienam, inuito Domino.

Petes decimoquinto. An qui fuit cauſa, vt committeretur fornicatio à Religioſo, teneatur reſtituere quidquid Religioſus donauit fœminæ, intuitu copulæ habitæ; caſu, quod illa fœmina, quæ recepit pretium ſuæ libidinis à Religioſo nolit reſtituere, quod habuit à Religioſo, Eccleſiæ, vbi habitat, Religioſus, vel eius Superiori; Ratio dubij eſt, quia Religioſus non potuit alienare rem, ac nummos expendere erga huiuſmodi actus illicitos, & peccaminoſos.

Reſpondeo hunc caſum, non legiſſe apud Doctores, & ideo cenſeo non teneri reſtituere eum, qui cauſa fuit eiuſmodi libinis ab Religioſo commiſſæ; caſu, quod nolit fœmina reſtituere, quod recepit à Religioſo tanquam pretium ſuæ libidinis; Ratio mihi eſt, quia non fuit cauſa proxima illius damni: ſed tantum remota, alioqui, etiam teneretur reſarcire alia damna, quæ orta fuerunt ab huiuſmodi peccato, ita tenet doctiſſimus *Bartholomæus à S. Fauſto*, qui oretenus mihi dixit ſuam ſententiam.

S. Fauſt.

Pro

Pro complemento totius operis.

Quæritur, an ſit ſufficiens diſpoſitio ad dignè ſuſcipiendum Sacramentum pœnitentiæ dolor, quem quis habet, nempè non habendi dolorem aptum ad delenda peccata. Quæſtio eſt quando pœnitens diligentiam adhibuit in eliciendo verum dolorem propter peccata commiſſa.

RESpondetur negatiuè, ſi verè dolor non adſit.

ADDITIO.

Quæritur primo. Quomodo Confeſſarius ſe gerere debeat cum peccatoribus parum contritis, qui nolunt accedere ad Sacramentum pœnitentiæ extſtimantes non poſſe perſeuerare diù ſine peccato, vel putantes, eſſe obligatos ad faciendas magnas, & aſperas pœnitentias ob multa, & grauia peccata, quæ commiſerunt, vel repugnant ad non confitendum, quia amiſerunt memoriam peccatorum in quæ inciderunt, vel cogitant Deum eis non condonare peccata?

RESpondetur in primis confeſſarius debet eis oſtendere malitiam peccati, damnum quod affert, & periculum amictendi vita æternam, præterea debet eis oſten-

oſtendere bonitatem Dei infinitam, ac eius miſericordiam, & voluntatem quàm habet Deus in condonandis peccatis ſi habent veram pœnitentiam,& propoſitum hic, & nunc non peccãdi in futurum etiam ſi putant non poſſe diù ſine peccato perſeuerare, quandoquidem media Dei gratia, omnia ſunt poſſibilia, iuxta oraculum *D. Pauli*, *Omnia poſſum in eo, qui me confortat*.

D. Pauli.

Secundò debet Confeſſarius ſe beneuolem erga pœnitentem oſtẽdere, & alienum prorſus in imponendis exorbitantibus pœnitentijs, & debet ei præbere animum, vt quęuis peccata ſubijciat clauibus, cum maior ſit miſericordia Dei, & meritum Chriſti, quàm omnia peccata mundi.

Tertiò debet confeſſarius facilè reddere examen conſcientiæ pœnitentibus, qui diù in peccato perſeuerauerunt; nam multoties in aliquibus caſibus non eſt opus aperire, ac confiteri ſingula peccata confeſſori, ſed ſatis eſt explicare tempus quo perſeuerauit in tali, vel tali peccato, quandoquidem impoſſibile moraliter eſt, vt pœnitens explicare poſſit peccata multorum annorum veriſimili numero, vnde in hoc negotio poteſt multum iuuare induſtria confeſſoris, ac eius diligentia in perſcrutanda conſcientia pœnitentis, quando ſperatur interrogationibus confeſſoris iuuandum

eſſe

eſſe pœnitentem. Immò ſi pœnitens non eſt tantæ capacitatis, vt ſolus per ſe poſſit ſuam conſcientiam ſufficienter diſcutere, non eſt cogendus, vt in eo laboret, & defatigetur, ſed poteſt iuuari induſtria confeſſoris, ſed non ob id poſſe pœnitentes imparatos accedere ad ſacramentum pœnitentiæ, præſertim, ſi pœnitentes diù ſteterunt ad non confitendum, quia ferè impoſſibile eſt, vt repentè interrogati, & nulla præhabita recognitione, eorum recordentur, de quibus interrogantur ſemper, ergo præmictenda aliqua moralis diligentia pro captu pœnitentis, vt rectè docet *Suar. in 3. p. to 4. diſp. 22 ſect. 10.* *Suar.*

Hanc moralem diligentiam non requiri eandem in omnibus, nec poſſe certa aliqua menſura definiri, aut præſcribi: ſed tantum dici poſſe, eam prudenter adhibendam eſſe, quæ moraliter ſufficiat, conſiderata capacitate pœnitentis, conſuetudine peccandi, diuturnitate temporis, & alijs circumſtantijs. Cauenda tamen ſunt extrema, ſcilicet, ne nimiùm onorentur conſcientię, vel reddantur nimis anxiæ, & ſollicitæ, non enim eſt neceſſaria ſumma diligentia, quæ ab homine adhiberi poteſt: quia nulla ratione, vel authoritate probari poteſt, & poſſet interdum inquietas reddere conſciẽtias, quod eſt contra finem huius ſacramen-

Suar. ti, vt ait *Suarez* loc. cit. propter quod dixit
Nauar. *Nauarr.* cit. ab eodem *Suarez*, nimiam ſolle-
Suar. citudinem in hoc, interdum poſſe eſſe malam, & inordinatam. Neque etiam ſufficit leuiſſima diligentia, ſed talis adhibenda eſt, qualem homo adhibere ſolet in re graui, & quæ illi maximè cordi eſt, nec tenetur pœnitens extraordinariam aliquam diligentiam adhibere, vt v.g. ſcribere peccata, vel quando ea recogitet, vel quando ea committit ſi probabiliter credit ea obliuioni eſſe tradenda, niſi ſcribantur, vt communis
Suar. DD. ſententia affirmat, teſte *Suar.* loc. cit.

Si verò pœnitens nihil de peccatis cogitauit non audiendus eſt, niſi eſſet periculũ mortis, aut putaretur damnũ alioqui graue ſecuturum; tunc enim examinandus eſt meliori modo quo poteſt, & audiendus eſt, & abſoluendus eſt, idẽ dicitur dum ſumenda eſt Euchariſtia, quæ differri nequeat ſi-
Nau. ne ſcandalo. ita *Nauarr. in c. fratres nu. 94. & §. diligens de pœnit. diſt. 6. nu. 15.* quem ſequitur
Em. Sà. *Emanuel Sà, verbo confeſſor n. 13.*

Ratio eſſe poteſt, quia præceptum confeſſionis integræ materialiter, eſt præceptum purum diuinum: at præceptum euitandi ſcandalum eſt diuinum naturale; ergo magis obligat diuinum naturale, quam purum diuinum, cum ſit magis antiquum, & eſt ordinis ſuperioris cum ſit ordinatum

ad

ad tollenda peccata proximi.

Dixi materialiter, nam formaliter ſemper confeſſio debet eſſe integra.

Quæritur ſecundò. An poſſit dari caſus, vt quis vnico verbo poſſit confiteri totum ſpatium quo fuit in tali peccato?

RESpondetur, *Caiet. to. 2. opuſc. q. 3. de confeſſ. & in 3. p. q. 87. art. 1. Nauarr. in c. de quotidianis, num. 10. de pœnit. diſt. 3. & in c. conſideret nu. 44. de pœnit. diſt. 5. & Zerola de pœniten. cap. 12. q. 40.* affirmatiuè, nempè poſſe dari caſum, vt quis poſſit vnico verbo confiteri totum ſpatium quo fuit in tali peccato, vt meretrix poteſt dicere per biennium, vel per tantum temporis ſpatium fui in peccato carnalitatis, nec eſt obligandus explicare quoties cum coniugatis, & quoties cum perſonis ſacris, quia ſufficit narrare diſcurſum vitæ, dicendo, per tale tempus fui in tali peccato, peccando cum omnibus generibus perſonarum: ſimiliter de concubinarijs ſufficere dicere, per tale tempus fui in tali ſtatu, nec neceſſe eſt explicare numerum: ſimiliter latroni ſufficit exprimere tempus quo fuit in latrocinijs. *Caietan. Nau. Zerula.*

Idem dicitur ſi artifex, vel venditor, vel mercator, vel actuarius, venderet, exigeret, vel acciperet aliquid contra præfixum pre-

tium, quod dicunt contra aſſiſam, vel vltrà pretium taxatum in pandecta, nempè ſufficere explicare totum tempus quo fuit in tali ſtatu, prout dictum eſt de meretrice. ita *Nauarr.* cit. à *Zerula* loc. cit. quem ſequitur *Zerula.*

Nau.
Zerola.

Sed his non obſtantibus dico Ego in practica eſt difficilis ſupradicta doctrina, nam experientia docet, meretrices, vel cõcubinarios præcipuè multa alia peccata committere alterius ſpeciei, etiam intra latitudinem peccati carnis, ac proinde cenſeo debere confeſſarium interrogare pœnitentes quando excipit eorum confeſſiones, an commiſerint peccata carnis alterius ſpeciei, ſed honeſto modo, tum cauſa euitandi ſcandalum pœnitenti, & etiam confeſſori, tum etiam ne inſtruatur forſitan pœnitens ad commictenda in futurum peccata maiora, quæ didicit ab interrogatione confeſſarij, & idcirco confeſſarius debet eſſe prudens in interrogando quandoquidem agitur de re grauiſſima. Ego verò ſic interrogo quando excipio confeſſiones eiuſmodi mulierum meretricum, ſcilicèt, an habeant peccata magis turpia de his, quæ ipſa eſt confeſſa; Si ipſa dicit non habere alia, & oſtendit intelligere quod in mẽte habeo, ego non amplius interrogo in hac materia; ſi ipſa non intelligit quod volo

ſcire,

ſcire, ego nunquam apertè me explico, niſi quando ex ſignis certis mihi videtur eam ſcire modum commictendi tale peccatum, & habeo aliquam cauſam dubitandi eam incidiſſe in illud peccatum, vt accidit, vt plurimum in mulieribus meretricibus expoſitis in lupanari, quæ diù perſeuerauerũt in peccato; Vndè etiam ſæpè numero incurrunt alia peccata carnis prętet copulam in vaſe naturali; quandoquidem accidit multoties nedum commictere peccatum contra naturam cum eorum Amaſijs, ſed etiam pollutionem commictere extra vas vel tangendo ſeipſas, vel tangendo virilia alterius hominis, quæ peccata mihi videtur, non includi in illis duobus verbis, per biennium fui eſpoſita in lupanari ad meretricandum cum omnibus generibus perſonarum; nam ſpecie differt fornicatio, adulterium, inceſtus, ſacrilegium, à peccato pollutionis, & à peccato contra naturam, in vaſe præpoſtero, ac proinde cenſeo eſſe neceſſarium, vt explicentur à pœnitente, & quando in hoc deficit pœnitens, confeſſarius debet ſupplere defectum pœnitentis, medijs interrogationibus.

Multoties verò accidit quod dictæ meretrices, licèt ſint expoſitæ ad peccandum, tamen nolunt peccare cum vxoratis, vel cum Sacerdotibus, vel cum regularibus,

Digitized by Google

Præterea mihi videtur, etiam eſſe neceſſarium interrogare meretrices ſi rem habuerunt cum Religioſis, vel filijsfamilias, nam multoties tenentur meretrices reſtituere quod acceperunt à dictis perſonis non valentibus alienare, cum non ſint veri Domini, nec Regularis, ſecundum probabiliorem ſententiam, poteſt expendere nũmos in vſus illicitos.

Præterea aduertendum eſt, quod aliquãdo meretrices ipſæ prouocant homines ad peccandum cum ipſis, & mictunt nuntios, pro hoc effectu, vel quando homines tranſeunt per viam, non cauſa peccandi, ſed ob aliud negotium, & ipſæ cum ſignis, & cum verbis prouocant homines data opera, ad eas inſpiciendas, dum in feneſtris commorantur, vt ex aſpectu eorum occaſionem, arripiant peccandi cum ipſis:

Addo etiam ſæpè meretrices ſolere loqui de rebus inhoneſtis coram alijs perſonis, non ſine eorum ſcandalo, & quando dormiunt cum Amaſijs alios homines admictere in eodem lecto, vel in eodem cubiculo, nec ſe retrahunt à copula cauſa non præbendi ſcandalum alijs, & de hoc præſertim debeant ſe accuſare quando volunt cõfiteri peccata, cum hoc non includatur in illis verbis per biennium fui expoſita in lupanari.

Ad-

Addo etiam, quod ſæpenumero meretrices non rem habent cum hominibus,ſed oſculum tantum cum dictis perſonis,& ſermonem de rebus inhoneſtis habent, & interdum etiam tactus ad partes, inhoneſtas inter ſe habent.

Addo etiam, quod multoties eiuſmodi meretrices poſt copulam habitam, procurant emictere ſemen, cauſa non generandi filios,& de hoc præſertim ſe debent accuſare,cum ſit grauiſſimum peccatum.

Solent etiam meretrices ſæpè ſæpiùs incurrere peccatum ſortilegij, maleficij, ſuperſtitionis, &c. Cauſa ſciendi ſi ab eorum Amaſijs diligantur.

Aliquæ verò Meretrices reperiuntur, quæ non ſunt omnibus perſonis expoſitæ, ſed cum aliquibus tantum rem habent, & non indies,ſed pluries in anno, vel menſe, & iſtæ tales non ſufficienter explicantur in confeſſione per biennium fuit in peccato carnis, ſed debent explicare quoties peccauerunt, vel toties in hebmoda, vel toties in menſe,&c. Quia non ſemper peccauerunt, nec continuum animum peccandi habuerunt, nec etiam habuerunt animum peccandi cum omnibus generibus perſonarum.

Sed vnum aduerto, quod quando non poteſt moraliter haberi certus numerus,

Digitized by Google

nempè quando pœnitens poſt peractam diligentiam non poteſt recordari, quoties in die in hebdomada, in menſe, vel in anno commiſerit tale peccatum, tunc ſufficere ſi dicat pęnitens hoc ſæpè feci, vel quaſi quotidie, vel omni hebdomada, vel quoties fui iratus, quod ſæpiſſimè fuit; nam quidquid aliud dicet, erit diuinare non veriſimilia confiteri. ita docet *Poſſeuinus de officio curati c.7. nu.25.*

Poſſeuin.

Henriq. *Henriquez lib.5. de pœnitentia c.5. num.9.* hæc formalia verba, ait in hac materia.

Non eſt à confeſſore plus nimio cogendus ad numeri certi explicationem, quando propter ruditatem, vel conſuetudinem vix poteſt numerare: quia conſilium, & remedium in hoc foro medicinali cum iudicio non quidem cœco, ſed paruo ſatis adhiberi poteſt, dum ruſticus facta mediocri diligentia de vniformi vita groſſo modo dicit: paſſim id feci, vel multoties per mēſem: per hoc enim implet præceptum in concilijs expreſſum. hæc H*enriquez*.

Henriq.

Ratio eſſe poteſt, quia Deus non obligat ad impoſſibilia moraliter cum lex diuina ſit ſuauis, & conformis rectæ rationi: Sed dum homo peccator facit quantum poteſt ex ſe, nec ob id poteſt colligere numerum peccatorum, quæ commiſit, nec etiam poteſt dicere numerum veriſimilem, conſe-

quen-

Digitized by Google

quenter debet explicare meliori modo quo poteſt confeſſario numerum peccatorum, quorum ipſe eſt reus.

Sed petes primò. Si pœnitens de hoc modo confitetur toties peccaui in hebdomada, vel in menſe, &c. an teneatur confeſſarius calculare numerum peccatorum, v.g. iſte peccauit ter in hebdomada annus habet tot hebmodas, ergo toties peccauit.

Reſpondetur, ex *Poſſeuino de officio Curati cap. 7. num. 26.* non teneri confeſſarium calculare numerum peccatorum aliàs eſſet neceſſe, Confeſſarium eſſe bonum arithmeticum, & vti carta, & calamo, quam ſententiã ſequor tanquã ſatis probabilem. *Poſſeuin.*

Petes ſecundò. Multi pœnitentes interrogati à confeſſario à quanto tempore non ſunt confeſſi, & ipſi reſpondent à tempore quo fuit Iubilæum, vel à tempore quo fuit ignis Veſuuij, vel à tempore vindemiæ, vel à tempore quo apparebant tales fructus, &c. An Confeſſarius debeat acquieſcere, & non requirere certum, ac determinatum tempus, dico hoc quia interdum à tempore colligitur numerus peccatorum, puta ſi quis nunquam audiuit ſacrum, vel non ieiunauit, &c.

Reſpondeo, hunc caſum nunquam inueniſſe apud Doctores, ac Summiſtas,

&

nempè quando pœnitens poſt peractam diligentiam non poteſt recordari, quoties in die in hebdomada, in menſe, vel in anno commiſerit tale peccatum, tunc ſufficere ſi dicat pęnitens hoc ſæpè feci, vel quaſi quotidie, vel omni hebdomada, vel quoties fui iratus, quod ſæpiſſimè fuit; nam quidquid aliud dicet, erit diuinare non veriſimilia confiteri. ita docet *Poſſeuinus de officio curati c. 7. nu. 25.*

Poſſeuin.

Henriq. *Henriquez lib. 5. de pœnitentia c. 5. num. 9.* hæc formalia verba, ait in hac materia.

Non eſt à confeſſore plus nimio cogendus ad numeri certi explicationem, quando propter ruditatem, vel conſuetudinem vix poteſt numerare: quia conſilium, & remedium in hoc foro medicinali cum iudicio non quidem cœco, ſed paruo ſatis adhiberi poteſt, dum ruſticus facta mediocri diligentia de vniformi vita groſſo modo dicit: paſſim id feci, vel multoties per mẽſem: per hoc enim implet præceptum in concilijs expreſſum. hæc *Henriquez*.

Henriq.

Ratio eſſe poteſt, quia Deus non obligat ad impoſſibilia moraliter cum lex diuina ſit ſuauis, & conformis rectæ rationi: Sed dum homo peccator facit quantum poteſt ex ſe, nec ob id poteſt colligere numerum peccatorum, quæ commiſit, nec etiam poteſt dicere numerum veriſimilem, conſe-

quen-

quenter debet explicare meliori modo quo poteſt confeſſario numerum peccatorum, quorum ipſe eſt reus.

Sed petes primò. Si pœnitens de hoc modo confitetur toties peccaui in hebdomada, vel in menſe, &c. an teneatur confeſſarius calculare numerum peccatorum, v.g. iſte peccauit ter in hebdomada annus habet tot hebmodas, ergo toties peccauit.

Reſpondetur, ex *Poſſeuino de officio Curati cap. 7. num. 26.* non teneri confeſſarium calculare numerum peccatorum aliàs eſſet neceſſe, Confeſſarium eſſe bonum arithmeticum, & vti carta, & calamo, quam ſententiã ſequor tanquã ſatis probabilem. *Poſſeuin.*

Petes ſecundò. Multi pœnitentes interrogati à confeſſario à quanto tempore non ſunt confeſſi, & ipſi reſpondent à tempore quo fuit Iubilæum, vel à tempore quo fuit ignis Veſuuij, vel à tempore vindemiæ, vel à tempore quo apparebant tales fructus, &c. An Confeſſarius debeat acquieſcere, & non requirere certum, ac determinatum tempus, dico hoc quia interdum à tempore colligitur numerus peccatorum, puta ſi quis nunquam audiuit ſacrum, vel non ieiunauit, &c.

Reſpondeo, hunc caſum nunquam inueniſſe apud Doctores, ac Summiſtas,

&

& in dies occurrit, ideoque ſaluo meliori iudicio, mihi videtur dicendum, quod ſi confusè confeſſarius ſcit tempus, licèt non adamuſſim, non teneri aliam diligentiam facere, & aliud onus pœnitenti imponere, ad hoc, vt dicat ei certum tempus, quandoquidem ſacramentum pœnitentiæ non debet fieri odioſum, & difficilè, itaut pœnitētes ægrè accedant ad illud, cum lex diuina ſit ſuauis, vt ſupra dictum eſt, ſi verò confeſſarius, nec in cōfusè colligit tēpus ex dicta cōfeſſione pęnitētis, mihi videtur ꝙ cōfeſſarius licitè poſſit imponere onus pœnitenti, vt melius recordetur, & examinet ſuā conſcientiam, & inquirat ab alijs à quanto tempore fuit vltimum Iubilæū, vel à quanto tempore fuit ignis Veſuuij, vel quo tempore ſolent apparere tales fructus. hoc dico quando ex tempore colligitur numerus peccatorum, nam quando non colligitur ex tempore numerus peccatorum, non eſt opus, vt ſciatur à confeſſario certum tempus, puta quando pœnitens recordetur certum numerum peccatorum. ita etiam ſentit *Megala* doctiſſimus, qui oretenus dixit, mihi eſſe eiuſdem opinionis.

Megala.

Pro cōplemēto totius peccati carnis mihi occurrit aduertere confeſſarijs multas res. Prima eſt, ꝙ mulieres inhoneſtę quādo dormiunt cum eorum Amaſijs non ſemper in

no-

nocte, vel in die rem habent cum ipſis, ſed tantum inter eos accidit oſcula non in ordine ad copulam incipiendam, vel poſt cõpletam immediatè, & conſequenter tenentur pœnitentes huiuſmodi oſcula aperire confeſſario; & non ſufficienter explicare dicendo ter, vel quater rem habui cum vxorata conſanguinea, ſoluta, &c. quia illa oſcula per ſe, & ſolitariè ſumpta ſunt peccata mortalia, etiam ſi fiant ſine animo non habendi copulam cum dicta muliere, ſed ſolum ob captandam illam delectationem orientem ex dictis oſculis, & etiam ſi oſcula fiant in partibus honeſtis, puta in facie. idem dico de tactu manus, nempè ſi fiat ad capeſſendam illam delectationem, peccatum enim mortale eſt, ſecundum probabiliorem ſententiam, ille tactus, etiam ſi fiat ſine periculo pollutionis, & ſine periculo conſenſus in copulam, & abſque ſcandalo patientis huiuſmodi tactus, dixi non in ordine ad copulam, incipiendam, vel immediatè poſt copulam completam, nam, vt alibi dixi, non eſt neceſſarium, ſecundum, probabilem ſententiam, aperire in confeſſione, quando quis rem habet cum muliere ſi eam deoſculatur antequam inchoet copulam, vel poſtquam illam compleuit, quãdoquidem intelliguntur explicati quando quis confeſſus eſt, habuiſſe copulam cum tali muliere.

Di-

Dixi immediatè poſt completam copulam, nam ſi intercedit aliquod tempus inter oſcula,& tranſactam copulam habitam, tunc ſunt explicanda oſcula etiam ſi non fiāt in ordine ad aliam copulam.

Multoties quoq; accidit quod vir deoſculetur fęminā, nō animo incipiēdi copulā,ſed fęmina putās illa oſcula eſſe in ordine ad copulam, illa fęmina intrinſecè conſenſum præbet in copulam, & hoc non mihi videtur quod omnes confeſſarij id aduertant, & interdum ipſæ mulieres prouocant viros data opera,cum ſignis, & tactibus, ad copulam habendam cum ipſis.

Secunda eſt, quod multoties mulieres, rem habent cum ſuis viris, non ordinario modo,puta viro ſuccumbente, & muliere incumbente,& cogitant ſe mortaliter peccare,quod falſum eſt,ſed tantum eſt peccatum veniale graue in nuptis, ſi ſine cauſa id faciant, tamen ex conſcientia erronea peccant mortaliter, ac proinde confeſſarij hoc debent aduertere mulieribus virum habentibus, quandoquidem euitabuntur multa peccata mortalia in futurum,in meretricibus verò non eſt duplex p. m.

Dixi, ſi id faciant ſine cauſa, nam ſi id faciant ad requiſitionem ſui viri, puta quia vir eſt ſatis debilis, vel ita eſt ſenſualis, vt ſi mulier non haberet copulam cum ipſo tali

Digitized by Google

li modò orirentur rixæ inter eos, nec etiam venialiter peccare coniugem. Idem dico ſi in quolibet modo rem haberent cum ſuis viris, nempè non peccare mortaliter, nec venialiter, intercedente iuſta cauſa, modò copula inchoetur, & compleatur in vaſe naturali.

Tertia eſt, quod parcè, & cautè, ſe gerere debent confeſſarij in interrogationibus aliquorum peccatorum cum mulieribus, vt ait *Angelus verbo interrogationes nu.*1. formalia verba.

Confitetur mulier, quod fuit cognita extra vas debitum, non querat confeſſarius poſtea in quo loco, vel quomodo, & huiuſmodi, ſicut faciunt quidam qui potius ſunt contaminatores, quàm confeſſores. ita *Angelus*, quem poſtea ſequutus eſt *Facundez præcept.* 2. *lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 8. vbi ſic aſſerit ſi mulier, aut vir confitetur habuiſſe copulam extra vas naturale, non eſt inquirendum in qua parte corporis, quia ſufficit habere cognitionem huius peccati contra naturam, & non oportet ſcire illas circumſtantias, quia maior cognitio poteſt afferre nocumentum magnum confeſſori; limitò ego hanc doctrinam, modò copula non fuit in vaſe ſodomitio, nam tunc ſi vir eiuſmodi copulam habet cum muliere, tenetur hanc circumſtantiam aperire confeſſori.

Ang.
Facund.

Digitized by Google

Homobo. Coninch. *Homobonus in exam. Eccleſ. par. 1. tract. 4. c. 12. q. 11. & Coninchus de ſacram. diſp. 7. dub. 7. nu. 56.* præſtare aliquãdo Sacerdotem minus perfectè peccatũ pœnitentis intelligere, quam vel illi, vel ſibi aliquod ſcandalum creare.

Quarta res eſt, quod coniuges interdum quando inter ſe copulam habeat, cogitant in illo actu rem habere cum alio præter coniugem ſuum, & tenetur hoc explicare, cum ſit peccatum mortale, & debet etiam explicare, ſi quem cogitauit erat illi affinis, conſanguineus, Religioſus, &c.

Quinta res eſt, quod aliquando tàm fornicarij, quàm coniuges, incipiunt copulam in vaſe naturali, & conſumant extra vas naturale, cauſa maioris delectationis, quod eſt peccatum mortale in vxoratis, & in fornicarijs eſt diuerſum peccatum ab illo ſimplicis fornicationis conſumati in vaſe naturali, & non explicant fornicarij, ſi dicunt tantum confeſſario ter, vel quater rem habui cum tali fœmina.

Sexta res eſt, quod interdum tàm homihomines, quàm fœminæ, præbent conſenſum habendi copulam, cum tali perſona, & antequam determinent peccandi cum illla perſona neſciunt ſi homo eſt vxoratus, vel ſi mulier eſt nupta, & ſciunt ſtatum poſt completam copulam; vbi in hoc caſu, mihi videtur non ſatisfacere, ſi dicunt Confeſſori,

ſori, Pater toties peccaui cum ſoluta; & ra-
tio mihi eſt,quia per accidens eſt,'quod illa
fœmina ſit ſoluta, vel ille homo ſit ſolutus,
quandoquidem ſe expoſuit periculo, pec-
candi cum vxorato, vel cum nupta,& idcir-
cò cenſeo eſſe neceſſariam, quod dicant,
hoc modo confeſſori, Pater peccaui toties
cum fœmina ſoluta, quam neſciebam, an-
tequam determinaui rem cum illa haben-
di,ſi erat ſoluta, ſed hoc ſciui quod e . ſo-
luta poſt completam copulam, idem dici-
tur de fœmina,nempè dicere debere, Pater
peccaui cum homine, quem neſciebam ſi
erat vxoratus, antequam conſenſum præ-
bui, ſed poſt completam copulam, ſciui,
fuiſſe ſolutum; Ratio huius eſt, quia ſe ex-
poſuit periculo rem habendi cum vxora-
to; vt dictum eſt.

Verum quod ſi tàm vir, quàm fœmina,
putabat probabiliter virum fuiſſe ſolutum,
vel fœminam non fuiſſe nuptam, & poſt
completam copulam aduertit hominem,
cum quo peccauit, eſſe ligatum vinculo
matrimonij, vel fœminam eſſe nuptam, di-
co non incurriſſe peccatum adulterij.

Septima res eſt, quod aliquando fœminę
inhoneſtæ, quando non poſſunt habere
rem cum ſuis Amaſijs, puta quia diſtant ab
eis, ſæpè ſæpiùs cogitant de illis, cum dele-
ctatione veneream, & cum pollutione ab

il-

lis procurata, vel non impedita;ac proindè prudens confeſſarius debet interrogare foeminas, an vnquam cogitauerit de ſuo Amaſio; ſi reſponderit affirmatiuè iterum debet confeſſarius interrogare,an deſiderauerit rem habendi cum illo, ſi reſponderit affirmatiuè, iterum debet confeſſarius interrogare, an ſua caro fuit alterata ex tali cogitatione,ſi reſponderit affirmatiuè, debet iterum confeſſarius interrogare, an inciderit in aliquam pollutionem à ſe procuratam tactibus, vel ſi non à ſe procuratam, ſaltem à ſe non impeditam, dum poterat reprimere, vel ſi reprimere non poterat, ſaltem conſenſit in illam delectationẽ, ac illam approbando.

Octaua res eſt, interdum accidit, quod fœminæ non valentes coire cum hominibus, puta quia ad illos non patet aditus, propter locum, vbi commorantur; accipiunt amicitiam cum alijs fẹminis,& committunt inter ſe multas deformitates, tùm medijs tactibus in partibus inhoneſtis, tũ verò medijs oſculis libidinoſis,& multoties copulam habent cum alijs fœminis,in vaſis naturalibus, ſuccumbente vna fœmina, & alia incumbente, & quia hic caſus occurrit idcirco aduerſo hoc confeſſarijs, nempè,vt prohibeant pœnitentibus fœminis, quæ inſimul viuunt ne ineant amicitiam cum

alijs

alijs fœminis, & oſtendant eis extraordinarium amorem, nam ex hoc oritur quandoque inhoneſtus amor.

Nona res eſt, aduertant confeſſarij monialium, vel cõſeruatoriorum fœminarum ad non loquendum cum illis de rebus non pertinentibus ad confeſſionem, vel ad conſolationem ſpiritualem; Nam mulieres ſunt ſexus fragilis, & facilè ſumunt occaſionem ſcandali, & interdum etiam in actu confeſſionis ſollicitant confeſſarium ad inhoneſtum amorem cum illis; Vnde ſumenda eſt generalis regula cum fœminis ſine neceſſite non eſt habendus ſermo, nec letus viſus eis oſtendēdus, neque illis dicēdę ſunt nuges. Vtinam quod omnes confeſſarij, ita facerent, & oppoſitum agere non ſit ſine periculo peccandi.

Præterea aduertò, & confeſſarios moneo ad non faciendam eleemoſynam poſt completam, & impenſam abſolutionem pœnitentibus fœminis egenis, præſertim pulchris viſu, quia poteſt generari ſcandalum circumſtantibus, quia natura noſtra ſemper inclinat ad cogitandum malum, ac proindè magna prudentia debet vti confeſſarius ad faciendam eleemoſynam pœnitentibus fœminis ſtatim poſt impenſam ei abſolutionem ſacramentalem, quandoquidem ſcio confeſſarium hoc feciſſe, & non

O de-

dediſſe edificationem, ſed potius ſcãdalum.

Decima res eſt, moneo confeſſarios ad faciendum ſolum officium confeſſarij, & non procuratoris, vel alterius negotij non pertinentibus ad ſalutem ſpiritualem proximi, & non habeat nimiam familiaritatem cum pœnitente, quia nimia familiaritas parit contemptum.

Vndecima res eſt, moneo confeſſarios, vt cum prudentia, aduertant pœnitentes fœminas, vt ſaltem mane communionis, ſcilicet quando volunt ſumere Euchariſtiam, ad non deliniandas facies colore.

Duodecima res eſt, aduertant confeſſarij, vt dicant pœnitentibus fœminis, vt non dormiant in eodem lecto cum pueris non expleto anno, ne occidant eos, & mulieres nobiles habentes filios tenentur curam habere, vt earum nutrices id non agant.

Fœminæ verò egenæ, quæ non habent aliam commoditatem, niſi ſolum lectum, vbi dormiunt ipſæ, nec filij eorum poſſunt alibi dormire, poſſunt in hoc caſu infantem ſuum in lecto iacere etiam non expleto anno, dummodò adhibeatur à matre talis diligentia, vt non poſſit infans ſubire periculum moriendi; vt benè aduertit Synodus Neapolitana facta ab Eminentiſſimo Cardinali Buoncompagno Archiepiſcopo Neapolitano, qui hoc prohibuit ſub

pœ-

Digitized by Google

pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ; vt patet ex formalibus verbis.

Quæcunque mulier infantem anno ætatis non expleto ſecum in lecto iacentem non ea cautione tenuerit, quam à nobis præſcriptam, Parochus vnuſquiſque ei ſigillatim demonſtrarit excommunicationis pœnam ipſo facto ſubeat, cuius vinculo irretita non abſoluatur, niſi graui atquè inſigni impoſita pœnitentia.

Quæritur tertiò. Pœnitentes multoties optant mala grauia aliquibus perſonis, & dicunt non dixiſſe cum animo, vt eueniant illis quod dixit ore, quia poſtquam dixerunt, ſtatim pœnituerunt, quomodo in hoc coofeſſarius ſe gerere debeat?

RESpondetur, quod confeſſarius debet interrogare pœnitentes, an quando deſiderauerint mala grauia proximo in illo tempore deſiderauerant cum toto animo, vt illis euenirent; affirmatiuè ſolent reſpondere, ſed primo impetu, cui reſpõſioni non debet acquieſcere confeſſarius, nam fœminæ paſſim non intelligunt per primum impetum, ſcilicet nulla præhabita aduertentia ad peccatum, nam ſi interrogetur fœmina, an quando dixerit illa grauia mala proximo aduertebat, ſe malè agere, ipſe reſpondent ſe ſcire, & aduertere quando dicebat illa verba ſe malè agere, nec pęnitentia poſt

factũ operatur, quod factũ eſt nõ ſit factũ, ergo nõ eſt ſignũ probabile pęnitẽtia peccati, ꝙ factũ fuit ſine aduertẽtia plena rationis,& pleno cõſenſu volũtatis;non negatur verò quod aliquãdo poteſt accidere, quod re ipſa in illo actu defecit plena aduertentia rationis,& plenus conſenſus voluntatis.

duertò etiam quod interdum poteſt quis dicere mala grauia proximo ſine animo,vt illis eueniant,& tamen peccare grauiter,puta ſi dixit illa verba corã illo, quod ſi in abſentia dixiſſet, ſolum peccatum veniale commiſiſſet ; vt dicunt communiter DD.vnde ſi quis diceret viro honorato, ex ira tu mendax es,peccaret mortaliter,& tamen ſi in abſentia ſua dixiſſet quod ille talis homo dixit mendacium ad ſummum peccatum veniale cõmiſſiſſet regulariter.

Dixi regulariter, quia interdum dicere de Religioſo valdè probo eum ſolere dicere mendacia peccaret mortaliter, etiam ſi verum eſſet, quod talis Religioſus fuiſſet ſolitus dicere mendacia,ſi fuit occultum quod Religioſus ſolet mentiri.

Quæritur quartò. Multi pœnitentes ſe accuſant non ieiunaſſe tempore quo obligabat ieiunium, vel quod non audierunt ſacrum die feſtiuo, vel quod laborauerunt in diebus feſtiuis de præcepto quomodo in hoc ſe gerere debeat confeſſarius?

Re-

Digitized by Google

REſpondetur, ſi confeſſarius excipit cõ-feſſionem hominis docti, nihil inter-ogare debet, ſi verò audit confeſſionem ominis indocti, & infimæ qualitatis, debet iterrogare ex qua cauſa non ieiunarunt, el non audierunt ſacrum, vel laborauerũt diebus feſtiuis; Si pœnitentes reſpondēt uia non ieiunarunt ex cauſa quia paucum bum habebant, vel quod laborauerant ota die ſine requie, & cum maximo ſudo-, debet confeſſarius iterum eos interro-re, an ſciebant fuiſſe excuſatos à ieiunio, ſpondere ſolent, ſe ſcire eſſe peccatum, d quod Deus eis condonaſſet illud pec-tum, vndè in hoc caſu mihi videtur eſſe is neceſſarium, vt confeſſarius inſtruat nitentem, vt euitet peccata futura, & di-re debet eis non habere obligationem unandi in caſibus prædictis. idem dico iando adoleſcens nõ habens completum geſimumprimum annum, & ſe accuſat giſſe ieiunium tempore præcepti, cre-ndo commiſiſſe peccatum, nam tunc am confeſſarius debet dicere ei, non ad-e obligationem ieiunandi, niſi completo geſimoprimo anno, iuxta communem, & ceptam opinionem DD. quoad Miſſam co quod confeſſarius debet interrogare enitentes cur non audierunt ſacrum die tiuo? Solent aliquando reſpondere pœ-

nitentes præſertim fęminæ quia mariti earum hoc eis prohibent, non ex contemptu fidei, ſed ex aliqua friola cauſa, & ſi ipſæ non eis obedirēt, oriretur rumor magnus, etiam cum periculo probabili recipiendi verberationes, aut ſolent reſpondere non habere veſtimenta iuxta qualitatem ſuæ perſonæ, vel non habere famulos, vt eam comitentur, quod patierentur magnam iacturam earum exiſtimationis, cum nunquam fuerint ſolitæ è domo egredi ſine famulis, vel ſine veſtimentis iuxta ſtatum ſuæ conditionis, & in hoc caſu dico quod confeſſarius interrogare debet, an ſciuerint non fuiſſe obligatas ad audiendum ſacrum poſitis dictis circumſtantijs, ſolent communiter reſpondere ſe ſciuiſſe, commiſiſſe peccatum, vnde confeſſarius debet eis reſpondere, non teneri ad audiendum ſacrum poſitis illis circumſtantijs, ne in futurum ex conſcientia erronea denuò peccent.

Dixi non ex contemptu fidei, quia ſi earum mariti interdicerent eis auditionem Miſſæ ex contemptu fidei ipſæ non tenerentur obedire, & potius mori tenerentur, quam obedire ſuis maritis.

Præterea confeſſarius debet interrogare eiuſmodi fœminas, an propè earū domum adſit aliqua Eccleſia in qua valdè mane celebratur Miſſa in diebus feſtiuis, & in illo tem-

tempore, non adeſt concurſus populi, ſi reſpondent adeſſe dictam Eccleſiam propè domum earum, & celebratur Miſſa valdè manè diebus feſtiuis ſine concurſu populi, debet confeſſarius imponere eis onus, vt ſatisfaciant præcepto Miſſæ, cum non oriatur ex hoc dedecus.

Secus eſt dicendum, quando hoc non obſtante carũ mariti, interdicunt eis egreſſum è domo valdè manè, & ſi non obedirẽt oriretur rumor, & periculum probabile verberationis, nam tunc ſunt prorſus excuſatæ ab auditione Miſſæ.

Idem dico quando famulæ, vel famuli non audiant Miſſam, quia eorum Domini tenent eos occupatos in alijs negotijs, nam tunc non peccant famulæ, vel famuli, ſed eorum Domini ſi ſine iuſta cauſa efficiunt amictere auditionem Miſſæ diebus præceptis famulabus, vel famulis eorum, nec tenentur prædicti famuli, inuenire alios Dominos, & relinquere priores, ſi quandoque hoc eis accidit, nempè quod non audiant Miſſam diebus præceptis; Si verò quaſi ſemper Domini eorum ſunt cauſa, vt dicti famuli amictant Miſſam diebus feſtiuis, tenentur famuli inuenire alios Dominos, ſi poſſunt, ſi non poſſunt ſunt excuſati; quoad laborem in die feſto. Dico quod confeſſarius debet interrogare pœnitentes, an vi-

uere poſſint, ſi non laborant in die feſto, ſi reſpondent pœnitentes ſe non poſſe viuere, ſi non laborant in die feſto, & tunc debet confeſſarius docere pœnitentem, & dicere ei, quod non peccat poſita tali cauſa, ſed procurare debet, vt in ſecretò laboret ad euitandum ſcandalum, & ſi ab aliquo videbitur, debet qui laborat, monere illum vt ne ſcandalum patiatur quia ex licentia confeſſarij laborat.

Idem dicitur de famulabus, vel famulis, qui iuſſu heri laborant in die feſto, nempè eſſe excuſatos à peccato, dummodo eorum Domini hoc non præcipiant eis ex contēptu fidei, nam in hoc nedum obedire non tenerētur, ſed etiam teneretur potius mori, quam laborare in die feſto, vt docent DD.

Non tenentur verò inuenire alios Dominos ſi aliquando ab eorum Dominis ad laborandum ſunt præcepti, ſecus eſt dicendum ſi quaſi ſemper iuſſu eorum Dominorum laborant in die feſto, nam in hoc caſu tenentur inuenire alios Dominos, ſi poſſunt, ſi non inueniunt alios Dominos, ſunt omninò excuſati ſi laborant in die feſto, debent verò, ſi laborant coram alijs, dicere eis, vt non patiantur ſcandalum quia iuſſu dominorum laborant.

Qua-

Quæritur quintò. Multi pœnitentes blaſphemant diem Paſchatis, vel diem ſimpliciter quomodo ſe gerere debeat confeſſarius cum iſtis pœnitentibus?

RESPONDETUR, quod debet confeſſarius interrogare pœnitentes, an quando blaſphemauerint diem Paſchatis, vel diem ſimpliciter putabant ſe grauiter peccare, ſolent reſpondere, quod grauiter putabant ſe peccare, licèt non habuerint intentionem blaſphemandi illum diem tanquam factum à Domino, vel tanquam dedicatum Domino.

Quæritur ſextò. Multi pœnitentes quando fuerunt pueri pollentes vſu rationis commiſerunt multa peccata mortalia, qui tunc non putabant eſſe peccata mortalia, ſed nunc ſciunt eſſe peccata mortalia, an teneantur nunc illa ſubijcere clauibus ſi de illis nunquam ſe accuſauerunt?

RESPONDETUR, ex communi Doctorum ſententia, teſte *Sanchez in ſumma lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 76. quemlibet non teneri fateri peccatum quod probabili opinione credit non eſſe mortale quia poteſt quiſpiam licitè operari ſequendo probabilem ſententiam, & hoc eſt verum, etſi hic iudicet tanquam Sanchez.

quam

quam probabilius, illud eſſe peccatum mortale, quia non tenetur quis ſequi probabiliorem opinionam, ſed ſatis eſt, vt ſequatur opinionem probabilem.

Idem dicendum eſt, quando pœnitens probabiliter opinatur ſe id peccatum faſſum fuiſſe, quamuis probabilius credat oppoſitum, ſic tenent *Suarez*, *& Nauarr*. cit. à *Sanchez* loc. cit. Ergo à fortiori dicẽdum eſt, non teneri confiteri peccata mortalia quando inuincibiliter, non putabat eſſe peccata mortalia, cum ipſe illa patrauit. hoc intelligitur de illis rebus quarum poteſt dari ignorantia inuincibilis.

Suar. *Nau.* *Sanchez.*

Henriq. *Henriquez lib 5. de pœnit. c. 4. in fine*, limitat & dicit, niſi pœnitens ſit in mortis articulo, tunc enim ait teneri illum conteri de illo peccato, quamuis probabiliter credat non eſſe mortale, quia, & ſi opinio probabilis excuſet à culpa, non ſupplet tamen neceſſarium remiſſioni peccatorum medium, ſi fortè hoc coram Deo fuit mortale. Quare ſi poſt id peccatum, ait *Sanchez* loc. cit. ſed *num.* 77. eſt facta aliqua confeſſio aliorum peccatorum, nec tunc teneretur de illo cõteri, quia virtute illius confeſſionis fuit iam indirectè remiſſum, inſtar peccatorum oblitorum, & ratione probabilis opinionis excuſatur, ne teneatur hoc peccatum fateri.

Sanchez.

Quæ-

Quæritur ſeptimò. An pœnitens, qui confeſſus eſt de peccato dubio ſi poſtea ſciat certò, vel probabiliter illud peccatum commiſſiſſe, vel fuiſse mortiferum teneatur iterum illud confiteri?

RESpondetur, ex *Sanchez in ſumma lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 69. teneri iterum confiteri ſub certò peccatum mortale, ſi confeſſus eſt ſub dubio, & poſtea recordatur eſt, nempè poſt confeſſionem quod certum eſt, cõmiſiſſe peccatum mortale, vel probabiliter credit commiſſiſſe. *Sanchez.*

At ſecus eſt dicendum, ait *Sanchez* loc. cit. citans *Cordubam*, quando quis integrè factus eſt peccatum, quod fecit dubitabat tamen, an eſset mortale, & quamuis confeſſor ſimili dubio teneretur, non eſt iterum confeſſio illius peccati repetenda, ſi poſtea alteruter doctior factus, aut alijs conſultis norit id peccatum eſse mortale: niſi aliundè confeſſio fuerit irrita, vt quia data opera quæſiuit illum confeſsorem ignarum, ac inſufficientem ad eius confeſſionem excipiendam; quia iam plenè in confeſſione ſuum peccatum detegit, nec noua circumſtantia explicanda occurrit, nec ad confeſſionis valorem eſt neceſsarium, vt pœnitẽs, aut confeſsor ſciat determinatè peccatum de- *Sanchez. Corduba.*

detectum eſſe mortale. Quippè in omnibus id ſcire eſt impoſſibile,

Idem dicendum eſt, ſi pęnitens, vel confeſſarius putabat eſſe veniale, & poſtea alteruter doctior factus, vel alijs conſultis norit peccatam fuiſſe mortale, nempè non teneri iterum confiteri; modò dixerit quoties in illud inciderit; nam ſi credebat pœnitēs, vel confeſſarius non fuiſſe peccatum mortale, facilè contigere potuiſſet, vt peccatum à pœnitente non fuiſſet explicatum quoties in illud incidit, & conſequenter ſi poſt confeſſionem ſcit fuiſſe peccatum mortale quod commiſit, & non aperuit confeſſori, quoties illud incurrit, tenetur iterum confiteri, & dicere confeſſori quoties illud cōmiſit, ſed

Petes, ſi quis dubitet, an deſiderio fœminæ conſenſerit teneatur explicare ſuum ſtatum, ac illius ſtatum.

Sanchez. RESpondet *Sanchez* loc. cit. teneri explicare ſuum ſtatum, v. g. ſi eſt ordinis ſacri, vxoratas, &c. etiam tenetur explicare ſtatum mulieris concupitæ ſub dubio, nēpè ſi eſt ei affinis, nupta, &c.

Quæ-

Digitized by Google

Quæritur octauò. Multi pœnitentes ſe accuſant feciſse iudicium temerarium quomodo in hoc ſe gerere debeat confeſsarius?

RESpondetur; quod confeſsarius interrogare debet, an pro certò tenebant illum commiſiſſe tale peccatum mortale, an verò tantum dubitabant, communiter ſolent reſpondere pœnitentes non pro certò tenuiſſe, ſed tantũ habuiſſe ſuſpitionem ſimpliciter, nec credebant tunc commiſiſſe peccatum, ſed poſt tranſactam illam cogitationem, ſed dubio, putabant iam commiſiſſe peccatum, vnde confeſsarius debet colligere nõ fuiſſe peccatum commiſſum, tum quia iudicium ad hoc, vt ſit temerarium debet eſſe certum de re graui, quæ infamet notabiliter hominem, & ſine ſignis ſufficientibus, tum quia cogitatio peccati commiſſi poſt tranſactam illam cogitationem etiam ſi ſit ex conſcientia erronea non eſt cauſa peccati mortalis, ſicut eſſet cauſa, ſi fuiſſet ante factum, nam ſi quis ex conſcientia erronea putaret ſuſpitionem malis grauis proximi eſſe culpam mortiferam, & ante factum, ex tali conſcientia erronea ſuſpicaretur aliquod malum graue de proximo, vtique peccaret mortaliter.

Dixi de re graui, quæ infamet notabiliter

ter hominem, nam non omne malum graue, licèt ſit peccatum mortale, infamat notabiliter hominem, & conſequenter etiam ſi ſit iudicium temerarium certum contra illum hominem non ob id peccabit mortaliter, vt ſi de iuuene mundano iudicet eum eſſe deditum à moribus mulierum, vel de milite eum vlciſci iniurias, &c. vt rectè docent DD. teſte *Filijuccio tom. 2. tract. 4. c. 1. nn. 17.*

Filijucc.

Dixi ſine ſignis ſufficiẽtibus, nam ſi cum ſignis ſufficientibus iudicaret etiã malum graue de proximo, quod malum notabiliter infamaret proximum, non peccaret mortaliter.

Dixi, quod iudicium debet eſſe certum, nam ſi quis tantum ſuſpicaretur malum graue de proximo, non ob id incurreret peccatum iudicij temerarij.

Verum quando ſuſpitio eiuſmodi eſſet orta ex maleuolentia, etiam peccaret mortaliter, vt docui cum DD. à me citat. *petit. 5. in tract. de iudicio temerario.*

Quæritur nonò. Multi pœnitentes in actu confeſſionis, vel ex ſeipſis, vel ex interrogatione confeſſarij recordantur multa peccata, quæ antequam incæperunt confeſſiones non habebant in memoria, quomodo in hoc ſe gerere debeat confeſſarius, an poſſit illum abſoluere, antequam melius recorden-

den,

dentur quoties illa peccata commiſerunt; Ratio dubitandi eſt, quia ſuper illis peccatis non fuit factum examen.

Reſpondetur, ſi moraliter pœnitens recordetur certum numerum peccati commiſſi poteſt confeſſarius illum abſoluere, & pœnitens non tenetur amplius examinare ſuam conſcientiam ſuper illis peccatis; Si verò pœnitens non pro certò habet fuiſſe tot peccata commiſſa, & ſperat præuio examine, ſcire certum numerum, tunc non debet confeſſarius abſoluere pęnitentem, donec melius examinet ſuam cõſcientiam, ſi autem pœnitens non pro certò habet numerum peccatorum, tamen ſcit moraliter non amplius ſcire, niſi quod nunc ſcit, etiam ſi adhiberet magnam diligentiam in examinanda conſcientia, puta ſi illa peccata fuerunt commiſſa multis annis elapſis, poteſt etiam confeſſarius abſoluere pœnitentem abſque eo, quod pœnitens examinet ſuam conſcientiam, quia nemo eſt obligatus ad opus inutile.

Quæritur decimò. Multæ Meretrices accedant ad ſacramentum pœnitentiæ, quæ ſingulis annis ſunt confeſſæ, & die Paſchatis ſumpſerunt communionem, quomodo confeſſarius ſe gerere debeat cum iſtis cum denuò volunt ſubijcere peccata clavi-

uibus, & oſtendunt non ordinarium ſignum pœnitentiæ.

RESpondetur in primis debere confeſſarium examinare dictas mulieres, an rectè confeſſæ ſint, cum multoties accidit confeſſiones fuiſſe inualidas, vel ob defectum doloris, vel propoſiti non peccandi in futurum, vel quia tacuerũt aliquod peccatum mortale ſine cauſa, vel quia noluerunt euitare occaſionem proximam peccandi, dum ſine vllo incommodo, & infamia poterant à ſe tollere eiuſmodi occaſionem.

Secundò debere cõfeſſarium antequam incipiat excipere earum confeſſiones, examinare, an verum dolorem habeant de offenſis Deo commiſſis, & habeant verum propoſitum non peccandi in poſterum.

Tertiò debere confeſſarium inſpicere, an dictæ mulieres velint perſeuerare in occaſione proxima peccandi ſine iuſta cauſa.

Quartò debere confeſſarium aduertere, an propoſitum non peccandi in futurum ſit ſimpliciter, & abſolutum, an conditionatũ, puta ſi matrimonium ſequetur cum tali perſona, puta cum ſuo concubino.

Quintò debere confeſſarium aduertere, quando audit confeſſiones mulierum virum habentium, & fuerunt concubinatæ

cum

Digitized by Google

cum eorum Amaſijs,cum quibus nunc intendunt contrahere matrimonium, quia defuncti ſunt earum mariti,an viuente viro eius promiſerit concubino inire matrimonium cum ipſo ſi eueniret mors ſuo marito, & rem habuit cum illo viuente viro eius, nam in hoc caſu debet cōfeſſarius monere illos ne contrahant matrimonium ſine diſpenſatione Summi Pontificis, quia adeſt impedimentum dirimens; quod ſi eſt occultum, nempè promiſſio mutua de ineundo matrimonio poſt mortem primi viri mulieris, licèt ſit publica copula, poteſt impetrari breue ſacræ pœnitentiariæ, & confeſſarius graduatus poteſt in foro conſcientiæ tantum diſpenſare ſuper illo impedimento dirimente.

Sextò debere confeſſarium poſt completam confeſſionem dictarum mulierum meretricum, antequam impendat abſolutionem diſponere illas ad verum dolorem peccatorum; nam parum refert quod confeſſarius fuerit diligens in præſcrutanda conſcientia pœnitentis, diſtinguens ſpecies peccatorum,quæ audiuit,ſi non ſtuduerit, vt reipſa pœnitens, media ſua repræſentatione grauitatis offenſæ commiſſæ contra Deum elicuerit actū doloris peccatorum, ac proinde neſcio quomodo audire confeſsiones multorum annorum, præſertim

P mu-

Digitized by Google

mulierum fieri poſſit breui temporis ſpâtio.

Septimò debere confeſſarium, quando excipit cõfeſſionem, tàm hominum, quàm mulierum, quę ex aſpectu videntur eſſe pauperes interrogare, ſi laborant die feſtiuo, vel ſi diebus præceptis ab Eccleſia ieiunant, nam multi laborant die feſto, & non ieiunant diebus præceptis ab Eccleſia, & putant commičtere peccatum læthale, & tamen excuſantur, quia ſi nõ laborant, non manducant, & alij non habent cibum ſufficientem ad ieiunium, & idcircò ſi confeſſarius monet illos, eſſe excuſatos ab illis duobus præceptis, euitabuntur multa peccata, me teſte, vnde concilium do confeſſarijs, vt non ſe curant multoſſum confeſsiones excipere, quandoquidẽ melius eſt paucos audire exercendo officium recti confeſſarij, quam audire multorum confeſſiones, ſine vtilitate pœnitentis, & non exercendo rectè officium confeſſarij, non ſine damno ſalutis ſpiritualis pœnitentis.

Vtinam omnes, qui accedant ad ſacramentum pœnitentiæ recipiant gratiam, nam non eſt ſatis ſolum confiteri peccata, & recipere abſolutionem, ſed etiam oportet haberem verum dolorem de offenſis factis contra Deum, & propoſitum non peccandi de cœtero, & vtinam omnes, qui

acci-

accipiunt onus audiendi confeſsiones benè agerent eorum officium, multoties enim humanum intereſſe eſt cauſa, vt confeſſarius non rectè agat ſuum officium, vnde ait *Bartholomæus à Medina in instructione confeſſariorum, in prologo, ſeù præfatione*, quod Sacerdotes magis ignari accipiunt onus excipiendi confeſsiones, & Theologi, & Caniſtæ ſpernunt audire confeſsiones, & idcirco populus Dei eſt infirmus, ac debilis, quia in Iſrael non inuenit medicum, qui ſciat applicare pharmacum, & ob id peccatores non emendantur, & peccata multiplicantur, quia non adeſt ſcientia curandi animorum; Hæc *Medina* loc. cit. & concludit, quod ruina Chriſtianitatis oritur ex ignorantia confeſſarium, *Caietan. verbo confeſſio*, hæc formalia verba, ait multa apparet multitudo confeſſorum ignorantium, ſed hoc non eſt intelligendum pro Ciuitate Neapolis, in qua examinatores confeſſariorum ſunt bonitate, ac litteris præditi, & omni laude digni.

Barthol. Med.

Med.

Caietan.

Octauò debet confeſſarius aduertere, quando audit confeſsionem perſonæ idiotæ accuſantis ſe blaſphemaſſe, ſed non ex animo, quia ſtatim fecit pœnitẽtiam, nempè immediatè poſtquam eructauit illa verba, quod re vera commiſit huiuſmodi peccatum, quia non eſt ſignum ſufficiens, non

commiſſum eſse peccatum pęnitentia poſt factum; nam multoties accidit, quod dictæ perſonæ dum blaſphemant, ex animo blaſphemant, & cum aduertentia plena rationis, & pleno conſenſu voluntatis, ac proinde cenſendæ ſunt incurriſſe peccatum blaſphemiæ etiam ſi immediatè poſt fecerunt pœnitentiam.

Nonò confeſsarius debet monere pœnitentes, dum confitentur, in eadem domu commiſiſse peccatum fornicationis, adulterij, &c. ne cum tali perſona cum qua peccauit, in poſterũ moretur ſeorſum ab alijs; Suppono, quod non poſsit quis diſcedere, ab illa domu ad alibi habitandum, puta ſi filius rem habuit cum famula ſui Patris, & ipſo inſcio.

Decimò confeſsarium debere imponere pœnitentiam ſæpè cõfitendi recidiuis, quia eſt magnum remedium præſeruatiuum, ne in futurum labatur. Ego etiam in praxi poſui, & vltra hoc ſæpè impoſui ſequentem pœnitentiam, vel per menſem, vel per annum, iuxta quantitatem peccatorum, nempè pœnitentiam peccatorum, & amorem Dei ſupra omnia.

Decimoprimò ſæpenumero expedit, quod confeſsarius dicat pœnitenti, quod ſi incurrat aliquod peccatum mortale præſertim carnis, ſtatim ſubijciat clauibus, ne

in-

incurrat aliud; peccatum enim quod per pœnitentiam non diluitur, mox ſuo pondere ad aliud trahit iuxta oraculum *D. Gregor.* *D. Greg.*

Vtinam peccatores recidiui amplecterentur hoc remedium, cum ex hoc orireretur ſalus, & non tot peccata commicterentur; Interdum videtur aliquibus, non eſſe remedium euitandi peccata in futurum continua confeſſio, & arguunt hoc ex experientia quia ſæpè incidunt poſt confeſſionem in eadem peccata, quod falſum eſt, nam etſi peccent, tamen pluries in peccatum inciderent, ſi ſæpè non confeſſi eſſent, ſcio quendam hominem hoc remedio confeſſionis vſum eſſe, & à Deo recipiſſe multas gratias, & præcipuè per multos annos non incidiſſe in lethale peccatum.

Decimoſecundò, expedire quandoque, vt confeſſarius, ſtatim impendat abſolutionem, quando excipit confeſſionem hominis, vel mulieris, qui diù, & per multos annos, vixerunt in peccato mortali, abſque eo quod experientiam faciat de eorum pœnitentia, & perſeuerantia in benè operando, ſuppono Ego, terminis habilibus, hoc fieri debere à confeſſario, nempè, vt pœnitens integrè faſſus ſit peccata ſua, & ſatisfecerit quod tenebatur facere, antequam recepiſſet abſolutionem, & oſtendit habere

verum dolorem, quandoquidem cum abſolutione, quaſi ligantur, & vim accipiunt contra diabolicas tentationes. Scio verò hoc fuiſſe in vſu poſitum ab homine ſanctiſsimæ vitæ, & litteris prædito; Verum hoc non paſsim eſt faciendum, ſed cum prudentia, & ſecundum quod Deus illuminabit; Fateor verò in rigore, & in doctrina ſemper licitè fieri poſſe, quandoquidem ſemper Deus condonat peccata pœnitentibus, & conſequenter ſemper poteſt confeſſarius impendere abſolutionem rectè diſpoſito.

Decimotertiò confeſſarius debet aduertere, quod quando pœnitentes, ſe accuſant deſideraſſe alicui malum graue, ſed non cum deſiderio, vt illud ei eueniat etiam quando proferebat illa verba deſiderij, ſcilicet extrinſeci mali grauis, an coram illa perſona illa verba protulerit; nam licèt ex ſe non eſſent peccata mortalia, ſi abſente illo, fuiſſent dicta illa verba, ſed non ex animo, vt dictum eſt, tamen quia fuerunt prolata illa verba coram dicta perſona, ideò cenſenda ſunt peccata mortalia, niſi ex defectu libertatis, & inaduertentia fuiſſet excuſatus.

Decimoquartò debere confeſſarium aduertere, quando audit confeſsiones hominis vxorati, & mulieris nuptæ, an filij eorum à completo ſeptennio curauerint, vt

ſa-

ſatisfacerent præceptis Eccleſiæ;cum à tali ætate incipiat obligatio audiendi ſacrum, diebus præceptis, non edendi carnes die Veneris, & Sabbati, & dierum in quibus adeſt ieiunium pręceptum ab Eccleſia,&c.

Præterea debere confeſſarium monere pœnitentes pauperes ligatos vinculo matrimonij, & habentes filios, ne dormiant cum ſuis filijs in eodem lecto præſertim quando ſunt ætatis in qua poſſunt habere cognitionem peccati mortalis, ne ex cōpula coniugali oriatur ſcandalum ipſis,& ſi non habent alium lectum nō debere exercere matrimonium quoad copulam, niſi quando moraliter non adeſſet periculum, vt eorum filij,audirent copulam matrimonialem,puta ſi dormirent ſopore graui.

Decimoquintò debere confeſſarium aduertere,quando audit confeſsionem mulierum nobilium, vt non dent occaſionē ſuis famulabus, vt rem habeant cum famulis, vel cum ſuis filijs, alioquin grauiter peccarent, vndè debent curam habere prædictæ nobiles mulieres,quæ in domo habet apud ſe famulas, & famulos, vt ne dent aditum famulis,vt poſsint cum fęminis loqui præſertim ſeorſum ab alijs.

Præterea debet interrogare confeſſarius dictas mulieres nobiles, an faciant ſuis famulabus præcipuè ſatisfacere præceptis Eccleſiæ.

Decimoſextò debere confeſſarium aduertere, quando excipit confeſſionem famulorum, interrogare eos, an ſurripierint aliquid eorum Dominis, vel fuerint nuncij, ac medij ad aliquod peccatum patrandum à ſuo Domino.

Idem dico de famulabus erga ſuas Dominas.

Quæritur decimoprimò. Multi pœnitentes ſe accuſant alicui furatum eſſe aliquid, quomodo in hoc ſe gerere debeat confeſſarius?

RESpondetur, debere interrogare confeſsarium, præſertim idiotas, cur id fecerunt, quandoquidem multi reperiuntur, qui non tenentur ad reſtitutionem, puta quia poſſunt licitè compenſare, vel ex alia cauſa iuſta non tenentur reſtituere, ac proinde diligens cônfeſſarius, antequam imponat onus pœnitenti reſtituendi, debet rectè examinare cauſam ſi ſint obligati ad reſtitutionem; vt plurimum peccant mortaliter dictæ perſonæ idiotæ, quia non hoc titulo iuſtæ compenſationis ſurripierunt rem, & putauerunt ſe mortalirer peccare; ad licitam verò compenſationem, debet primò concurrere iuſta cauſa, puta ſi alia via res recuperari non poteſt ex impotentia creditoris. Secundò, abſque ſcandalo de-

Digitized by Google

debet fieri, ne aliquis ſcandalum patiatur, videns aliquem furari, & eſt ignarus iuſtæ compenſationis. Tertiò debet verò, qui furatur, ſeù, qui vendicat ſibi rem propriam, non accipere maiorem quantitatem nummorum, quæ ei debetur. Quartò debet aduertere cui ſurripuit, ipſum eſſe ſatisfactum de ſuo credito, ne perſeueret illum in peccato, & ne accidente morte creditoris, & ipſo volente reſtitutionem facere hæredibus creditoris patiatur damnum, cum iam fuerit ſatisfactus creditor.

Quæritur decimoſecundò. Multi pœnitentes ſe accuſant vendidiſſe contra aſſiſam, ſeù contra pretium legale, vel non ſeruaſse menſuram aſſignatam à Iudice in venditione vini, vel adulteraſſe vinum, quomodo in hoc ſe gerere debeat confeſsarius.

RESpondetur, ſi dicti pœnitentes reliquerunt dictum officium, & apprehenderunt aliam artem, facilè eſt eis præbere medicamentum pro præterito, & ſatis eſt, ſi quando habent nummos, reſtituant.

Si verò non reliquerunt officium, difficilè eſt remedium, nam moraliter eſt quaſi impoſſibile, vt non habeant animum iterum incidendi in idem peccatum, ac proinde confeſſarius, cum magna cautela debet eis impendere abſolutionem etiam ſi dictæ per-

perſonæ promictant in poſterum non amplius id facere.

Interdum expedit, vt confeſſarius aliqualem faciat experientiam, & interim non abſoluat, niſi poſt tranſactos aliquos dies, quibus tranſactis, ſi videtur confeſſario emendatos fuiſſe, poteſt ſine ſcrupulo eos abſoluere, & debet imponere, pro pęnitentia, ſi id commodè fieri poteſt, confeſſionem ſingulis menſibus per aliquod tempus iuxtà prudentiam confeſſarij.

Quæritur decimotertiò. An expediat excipere confeſſionem reciduorum, & an proſit illis talis confeſſio, etiamſi ſtatim poſt confeſſionem incident in peccatum, modò cum recipiant abſulutionem habeant verum dolorem de peccatis præteritis, & propoſitum non peccandi in futurum.

REſpondetur, iuuare illos talem confeſſionem etiam ſi reincident in idem peccatum poſt abſolutionem receptam, modò habeant verum dolorem, & propoſitum firmum non peccandi in poſterum, tùm quia non eſt certum, vt illi iterum incurrent peccatum, quia media gratia Dei, poteſt reſiſti contra omnes diabolicas tentationes, tùm quia nõ facit vulnus illa perſeuerantia, quando eſt interpolata, & non eſt continua.

Digitized by Google

Aduertendum tamen erit, quod ſi recidiuitas proueniret ex occaſione proxima peccandi, tunc vel differenda eſſet abſolutio, vel opportuna remedia applicanda.

Quæritur decimoquartò. Multi pœnitentes emiſcrunt votum caſtitatis, & poſt emiſſum votum, inciderunt in delectationes moroſas, ſed non in ordine ad habendam copulam cum aliqua muliere, quomodo in iſtis pœnitentibus ſe gerere debeat confeſſarius?

RESpondetur primò, ex *Suarez tom. 1. de Religion. lib. 3. cap. 3.* quem ſequitur Le- *Suar.*
zana c. 5 fol. mihi 38. nu. 3. per caſtitatem promiſſam quemlibet teneri ab omni actu venereo, ſiuè interno, ſiuè externo abſtinere, qualiſcunque ille ſit, vt à turpibus cogitationibus, delectationibus moroſis conſenſu actibus externis, &c. *Lezana.*

Hinc

SEquitur, quod pœnitens ligatus voto caſtitatis, non ſolum tenetur explicare confeſſario peccatum delectationis moroſæ, opus externum, &c. ſed etiam tenetur explicare circūſtantiā voti, cū ſit circūſtantia mutās ſpeciē, nempè ſacrilegium, etiam ſi illud votū emiſſum caſtitatis fuerit ſimplex, & non ſolemne, nam votum ſimplex,

&

Digitized by Google

& ſolemne non differunt ſpecie.

Sed petes primò. Quando voto caſtitatis ligatus non deliberatè conſenſijt in copulam, ſed tantum peccauit venialiter, & in omnibus rebus veneris, in quibus poteſt interdum commicti culpa venialis, an teneatur confeſſario dicere ſuum ſtatum, nempè ſi eſt vxoratus, Sacerdos, Religioſus, voto caſtitatis ligatus, &c. an etiam teneatur explicare ſtatum perſonæ concupitæ, puta ſi eſt monialis, nupta, affinis, conſanguinea, &c.

Sanc. Reſpondetur, ex *Sancio in ſelectis diſput. 6. num. 7.* non teneri, quia ſicut non eſt neceſſarium huiuſmodi peccata venialia confiteri, ſed ſunt materia voluntaria, ita etiam erit circumſtantia voluntaria, & idcirco non tenetur ſuum ſtatum aperire, puta ſi eſt Sacerdos, vxoratus, ligatus voto caſtitatis, &c. nec tenetur circumſtantiam perſonæ concupitæ explicare, nempè ſi eſt nupta, monialis, affinis, &c.

Petes ſecundò. An ſi laicus ligatus voto caſtitatis, rem habuerit cum aliqua muliere, ſed quando cōmiſit huiuſmodi peccatum non fuit recordatus voti quod emiſit, teneatur in confeſſione, dicere eiuſmodi circumſtantiam nempè, quia dum commiſit peccatum carnis erat ligatus voto caſtitatis.

Sanch. Reſpondetur, ex *Sanchez in ſumma lib. 4. cap. 22 num. 14.* Si pœnitens eſt prorſus im-

immemor voti, licèt non ſit excuſatus à mortali, probabilius eſt, eſſe excuſatum à voto, & non egiſſe contra votum quando rem habuit cum muliere, & proinde ſequitur, dum non peccauit mortaliter contra votum, ſed tantum materialiter, non teneri in confeſſione eiuſmodi circumſtantiam aperire, nimirum quia habebat votum caſtitatis.

Quæritur decimoquintò. Multi pœnitentes inueniuntur feciſſe confeſſionem inualidam. puta quia dum occurrebant in memoria omnia peccata mortalia ab ipſo patrata, ſine iuſta cauſa, tacuerunt vnum peccatum mortale in confeſſione, vel non habuerunt verum dolorem de peccatis præteritis, &c. Quomodo confeſſarius ſe gerere debeat in iſtis pœnitentibus, & quomodo debeat facere repetere confeſſionem ſupradictis pœnitentibus?

RESpondetur primò, certiſſimum eſſe apud omnes Doctores ſi pęnitens nō confiteatur eidem confeſſario, cum quo fecit cōfeſſionem inualidam, teneri iterum confiteri omnia, & ſingula peccata mortalia, quæ fuit confeſſus in illa confeſſione, quam ipſe fecit inualidam.

Reſpondetur ſecundò, ſi pœnitens confiteatur eidem confeſſario cum quo fecit confeſſionem inualidam, & ipſe confeſſarius

Digitized by Google

rius aliquo modo ſaltem in confuſo, & in generere recordetur ſtatus pœnitentis, vel ſaltem recordetur pœnitentiæ iniũctę, ſufficit pœnitentem dicere, *Confiteor tibi omnia peccata*, quæ antea dixeram, ſubiunctis tamen peccatis in prima confeſſione prætermiſſis, & alijs poſt illam confeſſionem commiſſis.

Secus eſt dicendum ſi confeſſarius oblitus ſit ſtatus pœnitentis, vel pœnitentiæ antea iniunctæ, tunc enim pœnitens tenetur ſingula peccata repetere, cum præcedens confeſſio perindè ſe habeat, ac ſi facta non fuiſſet, ita communiter affirmant DD. teſte *Bonac. tom. 1. diſp. 5. q. 5. ſect. 3. punt. 3. nu. 15. in tract. de ſacram. pœnit.* **Bonac.**

Hinc

PRimò colligitur validam eſſe confeſſionem, quam pœnitens non potuit vnica vice perficere, ſed eam iteratis vicibus perficit ſpatio multorum dierum, & in fine obtinuit abſolutionẽ à Sacerdote cui erat notus ſtatus pœnitentis, quamuis Sacerdos tempore abſolutionis non recordaretur omnium peccatorum in particulari. ita DD. teſte *Bonac.* loc. cit. **Bonac.**

Secundò colligitur, eum qui prius confeſſus eſt peccata Sacerdoti non habenti facultatem abſoluendi, ſi confeſſionem repetat coram eodem Sacerdote, poſtquam idem

Digitized by Google

idem Sacerdos obtinuit facultatem abſol-uendi, ſatisfacere, accuſando ſe in genere de peccatis aliàs eidem confeſſis, modò con-feſſarius aliquo pacto recordetur ſtatus pœ-nitentis, quia idcircò confeſſio ſigillatim repetitur, vt confeſſarius in ſacramentali foro veniat in cognitionem ſtatus pœni-tentis, ſufficienter autem venit in cognitio-nem ſtatus pœnitentis, ſi prædicto modo peccata explicentur confeſſario cognoſcē-ti in confuſo ſaltem ſtatum ipſius pœnitē-tis. ita DD. teſte *Diana* loc. cit. *Diana.*

Quæritur decimoſextò. An confeſsarius poſſit licitè imponere leues pœnitentias pro peccatis grauibus intercedente iuſta cauſa?

RESpondetur affirmatiuè, nempè inter-cedente iuſta cauſa poſſe cōfeſſarium imponere leues pœnitentias pro pec-catis grauibus. Prima cauſa eſt, infirma pœ-nitentis diſpoſitio, ſeù corporis, ſeù animi, ob quam timetur maiorem non adimple-turum eſſe, vt ſæpè hoc contingere poteſt in peccatoribus, qui diù non fuerunt con-feſſi, quandoquidem peccatores huiuſmo-di non habent habitum ad benè operan-dum, cum ſemper, vel ferè ſemper vixerunt in peccato, & conſequenter maximam dif-ficultatem patientur in adimpletione diu-tur-

Digitized by Google

peri, vel filiofamilias eleemoſynam; operarijs, vel debilibus perſonis ieiunia: mulieribus longas peregrinationes: valdè occupatis, multas preces.

Item debet aduertere conſſarius, vt non imponat talem pœnitentiam, v.g. grauia ieiunia, &c. publicas diſciplinas, &c. ne coniux, aut alij domeſtici ſuſpicionem commiſſi criminis concipere poſſint.

Rudibus, & obliuioſis, ac valdè occupatis conſultum nō eſt imperare preces quotidianas vnius anni, aut menſis; ſed interdum ſub conditione quotieſcunque in hanc peccati ſpeciem inciderit, recites talem orationem.

Hominibus verò ſtudioſis, & quibus oradi tempus ſuppetit, interdum expediens eſt, quotidianam orationem, vel Miſſæ auditionem, præſertim vſque ad ſequentem confeſſionem præcipere, ita docent DD. teſte *Layman.* loc. cit. ſed *n.* 11. *Laym.*

Sed petes primò. An confeſſarius peccet ſi ſine cauſa iuſta imponat leues pœnitentias, pro magnis peccatis?

RESpondetur, ex communi DD. ſententia confeſſarium peccare ſi ſine iuxta cauſa pro magnis peccatis leues pœnitentias imponat, ſed

Digitized by Google

Diana. Aduertunt DD. teſte *Diana tom. 2. tract. 4. de ſacram. reſol. 97.* quod ſi poſt peccatorum abſolutionem confeſſarius apponat clauſulam illam quidquid boni feceris, aut mali, &c. excuſari à peccato, ſi fortè paruas pœnitentias impoſuiſſet.

Homines autem, vt plurimũ bona multa faciunt, & mala plurima ſubſtinent, quæ ſic applicata rationem habent ſatisfactionis ſacramentalis, ita etiam affirmant DD. apud Bonac. *Bonac. de ſacram. pœnit. diſp. 5. q. 5. ſect. 3. punt. 2. num. 13.*

Petes ſecundò. Vtrum in ſacramento pœnitentiæ iniungi poſſit opus publicè faciendum, ideſt pœnitentia publica?

RESpondetur pro peccatis occultis non eſſe iniungendam pœnitentiam publicam non quia frangatur ſigillum, cum de conſenſu pœnitentis iniungatur, & acceptetur, ſed quia ſine ſufficienti cauſa periculo exponitur fama penitentis, pro peccatis verò publicis iniungenda eſt publica pœnitentia; Ratio eſt, tum quia hoc expedit ad aliorum ædificationem, & ſatisfactionem Eccleſię, vt qui alios ad malos mores ſuo exemplo prouocauit, ſuæ emendationis teſtimonio ad rectã reuocet vitam: tùm quia expreſsè cautum eſt in noſtris cõ-

ci-

cilijs, nimirum, vt confeſſarij publicè peccantibus publicam imponant pœnitẽtiam, iuxta *Trident. ſeſſ.* 14.*c.*8. ita etiam DD. apud *Bonac.*loc.cit. ſed *nu.*14. *Concil. Trid.*

Aduertit *Zerola de pœnit. c.*26. *q.*31. quod confeſſarius pro peccatis occultis poteſt imponere pœnitentiam publicam quando alij ſunt ſoliti abſque præcepto confeſſoris id facere, vt ſero die Iouis Sancti pro deuotione ſolent aliqui ſe verberare, ita etiam affirmat *Nauar. in c.*1.*§. diligens nu.*106. *& de pœnit. diſt.*6. *Bonac. Zerola. Nau.*

Petes tertiò. Vtrum confeſſarius poſſit, vel teneatur iniungere pœnitentiam per modum præcepti?

RESpondetur, ex *Suarez in* 3.*p. tom.*4. *diſp.* 38.*ſect.*3.*&* *Nauar.c.*26.*nu.* 20. quos ſequitur *Bonac.* loc.cit. ſed *nu.*6 per ſe loquẽdo teneri confeſſarium ſatisfactionem imponere per modum præcepti regulariter, ſed non tenetur ſemper confeſſor imponere pœnitentiam per modum præcepti, ſed poteſt interdum applicare pęnitentiam, ſi pœnitens velit illam aſſumere, vel ſolum conſilium, vt faciat, ita *Suarez* loc.cit. & citat DD. & ait præterea ſæpè poſſe teneri ad imponendam hoc modò ſatisfactionem, ſi cauſa, & pœnitentis conditio hoc requirat. Vnde poteſt confeſſarius conſulere pęni- *Suar. Nau. Suar.*

tentiam, vel imponere ſub forma conditionata, hoc modò, ſi talè opus feceris ſeruiat tibi in ſatisfactionem, vel ſi reincideris in tale peccatum, ieiunabis, aut recitabis tales orationes, &c. ita DD. apud *Bonac. diſp. 5. de pœnit. q 5. ſect. 3. punt. 2. nu. 6.* Bonac.

Petes quartò. An ſint aliqui alij caſus in quibus confeſſor excuſatur ab iniungenda pœnitentia?

Reſpondetur affirmatiuè. Primus caſus eſt, quando pœnitens, ita eſt proximus morti, vt nihil percipiat; tunc enim impendenda eſt abſolutio abſque ſatisfactione, cum in tanta neceſſitate non ſit omictenda abſolutio, & ſatisfactio non ſit de eſſentia. Immo ſi pęnitens proximus mortis ſit ſui compos, ſed non ſperetur fore, vt pęnitentiam poſſit adimplere, Sacerdos non tenetur illam imponere; quia nullus obligatur ad opus inutile. ita DD. apud Bonac. loc. cit ſed *n. 1. & 2.* Bonac.

Secundus caſus eſt, quando ſcrupuloſus intra eandem horam frequenter accedit ad confeſſarium aliquid noui ſemper confitẽs in quo caſu Sacerdos poteſt iniungere pęnitentiam iam aliàs iniunctam, nam opus alijs debitum poteſt in ſatisfactionem ſacramentalem iniungi, ſed hoc non eſt propriè non pęnitentiam iniungere.

Pe-

Petes quintò. An in ſatisfactionem iniungi poſſit à confeſſario opus aliàs præceptum, vt Miſſæ auditionem in die Dominico, aut ieiunium in Quatrageſima, &c.

RESpondetur, ex communi DD. ſententia, teſte *Bonac.* loc cit. ſed *nu.* 11. Hoc poſſe fieri, nam hæc ſunt opera pęnalia, & pendent à voluntate confeſſarij, & conſequenter pęnitens poteſt aliquando eodem actu ſatisfacere obligationi qua tenetur ex pęnitentia, & ex alia obligatione. *Bonac.*

Obſerua tamen confeſſarium imponentem pęnitentiam ſi nihil exprimat, non cẽſeri iniungere opus aliàs debitum ex præcepto, conſequenter pęnitentem cui iniũctum eſt, v. g. ieiunium non ſatisfacere pęnitentiæ ieiunando eodem die, quo tenetur ieiunare ex præcepto Eccleſiæ, niſi fortè aliter conſtet de confeſſarij voluntate, ita DD. teſte *Bonac.* loc. cit. ſed *nu.* 12. *Bonac.*

Ex quo

FIt, vt ſi confeſſarius dicat pęnitenti, vt duplicem Miſſam audiat in die feſto, pęnitens ſatisfacit tàm obligationi præcepti Eccleſiaſtici, quàm confeſſionis duas Miſſas audiendo, quia confeſſarius ex modo imponendi pœnitentiam videtur vnam Miſſam aliàs debitam ex præcepto Eccleſię

impoſuiſſe, & aliam aliundè non debitam; conſequenter contentus videtur vna Miſſa; præter eam, quæ ex Eccleſiæ pręcepto audienda eſt in die feſto. ita DD. apud *Bonac.* loc. cit. ſed *nu.* 12.

Bonac.

Quando verò dubitatur de mente confeſſarij, adeundus eſt ipſe confeſſarius, ſi adiri poteſt, ſi verò nequeat adiri, ferendum eſt iudicium ex Aequo, & Bono; confeſſarius enim præſumitur velle prudenter, ex æquo, & bono operari. ita DD. teſte *Bonac.* loc. cit.

Petes ſextò. An confeſſarius poſſit imponere pœnitentiam ante, & poſt abſolutionem?

Bonac.

RESpondetur, ex communi DD. ſententia, teſte *Bonac.* loc. cit. ſed *nu.* 19. poſſe confeſſarium ante, & poſt abſolutionem pęnitentiam imponere tùm quia ſatisfactio eſt pars integralis ſacramenti, ſacramentum autem conſtituitur integrum, ſiuè ſatisfactio præcedat, ſiuè ſubſequatur abſolutionem. tùm quia, quæ incontinenti fiunt ineſſe videntur.

Petes ſeptimò. Vtrum pœnitens teneatur ſtatim poſt confeſſionem pęnitentiam adimplere?

RESpondetur primò pęnitentem, cui tempus adimplendę pęnitentiæ pręfi-

Digitized by Google

fixum fuit à confeſſario, debere intrà tempus præfixum pœnitentium adimplere, alioquin grauiter peccaret, valdè diù pœnitentię adimpletionem differendo ita docet *Bonac. tom. 1. diſp. 5. q 5 ſect. 3 punt. 4. n. 5.* *Bonac.*

Aduertit tamen *Suarez in 3. p. to. 4. diſp. 38. ſect. 7.* ob rationabilem cauſam poteſt dilatio pœnitentiæ honeſtari, ac fieri ſine peccato, etiam ſi fuit contra præfixum tempus à confeſſario; dicit præterea idem *Suarez* loc. cit. quod non ſtatim quod non adimpletur pœnitentiam poſt tranſactum præfixum terminum à confeſſario eſt iudicandum peccatum mortale, in quacunque dilatione, ſed quando iudicio prudentis confeſſoris eſſet nimia. *Suar.*

Reſpondetur ſecundò, quando confeſſarius non præfixit terminum adimplendæ pœnitentię, tunc tenetur adimplere quamprimum commodè poteſt. Quamobrem, ſi pœnitens diù iudicio prudentis viri differat pęnitentiam grauem adimplere, grauiter peccat, ſecus ſi non multum differat, vel pęnitentia non ſit grauis. ita DD. teſte *Bonac.* loc. cit.

Petes octauò. Vtrum pœnitens poſſit iniunctæ ſibi pœnitentiæ ſatisfacere per ſuſceptionem Indulgentiæ. exempli gratia. Vtrum pœnitens, cui à Sacerdote iniunctum fuit, vt pro ſatisfactione ſuorum

Digitized by Google

peccatorum recitet circulum B. Virginis, excuſetur ab eo recitando per ſuſceptionem Indulgentiæ plenariæ.

Bonac. RESpondetur, ex communi DD. ſententia, teſte *Bonac.* loc. cit. ſed *nu.* 3. pęnitẽtem ſatisfacere pęnitentiæ impoſitæ à cõfeſſario, ſi ſuſcipiet plenariam Indulgentiã.

Verum ſi pęnitentia fuit iniuncta à confeſſario in remedium, & præſeruationem à peccatis, pęnitens non ſatisfacit per ſuſceptionem Indulgentiæ. Quamobrem ſi pęnitenti luxurioſo iniũctum ſit ieiunium pro remedio, & præſeruatione peccatorũ, pęnitens non ſatisfacit ſuſcipiendo Indulgentiam plenariam. ita DD teſte *Bonac.* loc. Bonac. cit. ſed *nu.* 9. aiunt verò DD. teſte eodem *Bonac.* loc. cit. ſed *nu.* 10. Raro remictendas eſſe pęnitentias ſacramẽtales ob ſuſceptionem Indulgentiarum, vel ob alia opera pia: tùm quia pęnitentię ſæpius imponuntur, vt medicinæ præſeruatiuæ à peccatis in futurũ: tùm quia integritas ſacramenti poſtulare videtur, vt pęnitentia à confeſſario impoſita adimpleatur, niſi moraliter conſtet pęnis debitis ſatisfactum eſſe, puta per ſuſceptionem Indulgentiæ plenariæ.

Digitized by Google

Petes nonò. An qui adimplet pœnitentiam in ſtatu peccati mortalis peccet? an ſatisfaciat?

Reſpondetur, ex communi DD. ſententia, teſte *Bonac.* loc. cit. ſed *nu.* 15. peccare, ſed non mortaliter, & ſatisfacit pœnitentiæ ſibi à confeſſario iniunctæ. Bonac.

Petes decimò. Vtrum pœnitētia facta in ſtatu peccati mortalis, proſit ad remiſſionem pœnæ, ex opere operato ſublato obice peccati mortalis.

Reſpondetur, ex communi DD. ſententia, teſte *Bonac.* loc. cit. ſed *nu.* 17. affirmatiuè, nempè ſublato peccato per pęnitentiam prodeſſe ad remiſſiondem pęnæ pęnitentiam iniunctam à confeſſario, licèt fuerit adimpleta in ſtatu peccati mortalis; ratio eſt, quia pęnitentia cum ſit opus ſacramentale, eſt opus ex ſe viuum licèt quodammodo mortificatum ob mortificationem, & ſtatum peccatoris, & ſicut opera mortificata reuiuiſcunt adueniente gratia. ita ſatisfactio reuiuiſcit quodammodo ſublato obice ad ſuum effectum. Bonac.

Petes vndecimò. An qui nō implet pęnitentiā leuem pro mortalibus impoſitam. peccet mortaliter?

Reſpondetur, ex communi DD. ſententia, teſte *S. Fauſt. in Theologia moral. lib.* 5. S. Fauſt.

quæ-

quæſt. 42. peccare ſolum venialiter.

Petes decimoſecundò. An pœnitẽtiæ grauis impoſitæ pro venialibus peccat mortaliter, qui non ſatisfaciat?

Layman. *Suar.* *Layman.* RESpondetur, ex *Layman tract.* 6. *cap.* 15. *num.* 7. & ante ipſum *Suarez* cit à dicto *Laym.* peccare tantum venialiter

Petes decimotertio. An poſſit confeſſarius imponere pœnitentiam grauem pro mortalibue ſub veniali tantum peccato?

Suar. *Med.* RESpondetur, ex *Suarez in* 3. *p. tom.* 4. *diſp.* 38 *ſect.* 7. *nu.* 5. cit. *Medin.* poſſe confeſſarium imponere pęnitentiam grauem pro mortalibus ſub pęna peccati venialis tantum ad quod neceſſarium eſt, vt pęnitenti ſuam intentionem declaret.

Petes decimoquarto. An pœnitens poſſit ſatisfacere pœnitentiæ per alium?

Suar. *Facund.* *S. Fauſt.* RESpondetur affirmatiuè. ita *Suarez in* 3. *p. tom.* 4. *diſput.* 38. *ſect.* 9. *Facundez præcept.* 2. *lib.* 9. *cap.* 4. *nu.* 12. *S. Fauſt. in Theologia moral. lib.* 5. *q.* 45. & alij, modo adſit licẽtia confeſſarij expreſſã, & in hoc omnes cõueniunt. dicunt verò DD. nõ debere licentiam

tiam confeſſarium concedere pęnitenti, vt ſatisfaciat per alium, niſi interueniat iuſta, & rationabilis cauſa; addit verò S. *Fauſtus* loc. cit. ad hoc, vt pęnitens poſſit pęnitentiam ſibi impoſitam implere per alium, neceſſarium eſſe, vt adſit charitas, tam in eo qui ſatisfacit, quàm in eo pro quo ſatisfacit. S. *Fauſt.*

Suarez loc. cit. & *Facundez* loc. cit. & alij DD. cenſent quando pęnitens ſatisfacit per alium, etiam gaudere ſatisfactione ex opere operato, & non tantum ſatisfacere præcepto confeſſarij. Sed *Suar.* *Facund.*

S. *Fauſt.* loc. cit. ſed *q.46.* probabilius tenet ſecundum ipſum non habere fructum ſatisfactionis ex opere operato, quando ſatisfacit pęnitentiæ etiam ſi hoc fit ex licentia confeſſarij. S. *Fauſt.*

Petes decimoquintò. An confeſsarius poſſit obligare pęnitentem ad implendum pęnitentiam, priuſquam eum abſoluat?

RESpondetur, per ſe loquendo non poſſe, quia nullum ius habet confeſſarius ad obligandum eo modo.

Dixi conſultò per ſe, quia per accidens poteſt obligare, antequam eum abſoluat, puta ſi probabilis credulitas eſſet, illum nõ impleturum, quia nimirum cognouit pęnitentem ſæpiùs prætermiſiſſe pęnitẽtiam

præ-

Digitized by Google

turnæ pœnitentiæ, ac proinde operepretium eſt non imponere ſupradictis diuturnas, ac aſperas pęnitentias, tùm quia incurritur periculum, vt dicti peccatores non ſatisfaciant pœnitentiæ impoſitæ à confeſſario, tùm quia poteſt fieri odioſum ipſis ſacramentum pœnitentiæ.

Secunda cauſa eſt magnitudo contritionis, quippè, quæ per ſeipſam pœnam peccati abolere poteſt.

Tertia cauſa eſt tempus Iubilæi, vel alterius Indulgentiæ plenariæ: tunc enim non cogitur pœnitens, niſi leuiorem pœnitentiam acceptare, quæ ſe habeat per modum medicinæ ad tollendas peccatorum reliquias.

Quarta cauſa eſt, propter infirmitatem, in qua tamen pœnitentia iniungi debet præſtanda ab infirmo ſi conualuerit, ſin deſperata ſalus ſit, vt plus à morituro præſtare nō poſſit, expedit tunc ei ſaltē hoc imperare, vt Ieſu nomen benedictum ore proferat, vel ſi id non poſsit mente concipiat. Deinde moneat illum confeſſarius, vt pœnitentiæ loco, ipſam infirmitatem, & mortem impendentem à Deo offerat in ſatisfactionem pro peccatis, ita docent DD.

Laym. teſte *Layman tract. 6. de ſacram. pœnit. c. 15. n. 13.*

Cauere autem debet confeſſarius, ne incongruas pœnitentias imponat; v. g. pau-

pe-

peri, vel filiofamilias eleemoſynam; operarijs, vel debilibus perſonis ieiunia: mulieribus longas peregrinationes: valdè occupatis, multas preces.

Item debet aduertere conſſarius, vt non imponat talem pœnitentiam, v.g. grauia ieiunia, &c. publicas diſciplinas, &c. ne coniux, aut alij domeſtici ſuſpicionem commiſſi criminis concipere poſſint.

Rudibus, & obliuioſis, ac valdè occupatis conſultum nō eſt imperare preces quotidianas vnius anni, aut menſis; ſed interdum ſub conditione quotieſcunque in hanc peccati ſpeciem inciderit, recites talem orationem.

Hominibus verò ſtudioſis, & quibus oradi tempus ſuppetit, interdum expediens eſt, quotidianam orationem, vel Miſſæ auditionem, præſertim vſque ad ſequentem confeſſionem præcipere, ita docent DD. teſte *Layman.* loc. cit. ſed *n.* 11. *Laym.*

Sed petes primò. An confeſſarius peccet ſi ſine cauſa iuſta imponat leues pœnitentias, pro magnis peccatis?

Reſpondetur, ex communi DD. ſententia confeſſarium peccare ſi ſine iuxta cauſa pro magnis peccatis leues pœnitentias imponat, ſed

Diana. Aduertunt DD. teſte *Diana tom.2. tract.4. de ſacram.reſol.97.* quod ſi poſt peccatorum abſolutionem confeſſarius apponat clauſulam illam quidquid boni feceris, aut mali, &c. excuſari à peccato, ſi fortè paruas pœnitentias impoſuiſſet.

Homines autem, vt plurimũ bona multa faciunt, & mala plurima ſubſtinent, quæ ſic applicata rationem habent ſatisfactionis ſacramentalis, ita etiam affirmant DD. apud

Bonac. *Bonac. de ſacram. pœnit. diſp.5. q.5 ſect.3. punt.2. num.13.*

Petes ſecundò. Vtrum in ſacramento pœnitentiæ iniungi poſſit opus publicè faciendum, ideſt pœnitentia publica?

RESpondetur pro peccatis occultis non eſſe iniungendam pœnitentiam publicam non quia frangatur ſigillum, cum de conſenſu pœnitentis iniungatur, & acceptetur, ſed quia ſine ſufficienti cauſa periculo exponitur fama penitentis, pro peccatis verò publicis iniungenda eſt publica pœnitentia; Ratio eſt, tum quia hoc expedit ad aliorum ædificationem, & ſatisfactionem Eccleſię, vt qui alios ad malos mores ſuo exemplo prouocauit, ſuæ emendationis teſtimonio ad rectã reuocet vitam; tùm quia expreſsè cautum eſt in noſtris cõci-

cilijs, nimirum, vt confeſſarij publicè peccantibus publicam imponant pœnitētiam, iuxta *Trident. ſeſſ.* 14.*c.*8. ita etiam DD. apud *Bonac.*loc.cit. ſed *nu.*14. *Concil. Trid.*

Aduertit *Zerola de pœnit. c.*26. *q.*31. quod confeſſarius pro peccatis occultis poteſt imponere pœnitentiam publicam quando alij ſunt ſoliti abſque præcepto confeſſoris id facere, vt ſero die Iouis Sancti pro deuotione ſolent aliqui ſe verberare, ita etiam affirmat *Nauar. in c.*1.*§. diligens nu.*106. *& de pœnit. diſt.*6. *Bonac.* *Zerola.* *Nau.*

Petes tertiò. Vtrum confeſſarius poſſit, vel teneatur iniungere pœnitentiam per modum præcepti?

RESpondetur, ex *Suarez in* 3.*p. tom.*4. *diſp.* 38.*ſect.*3.*&* *Nauar. c.*26.*nu.* 20. quos ſequitur *Bonac.* loc.cit. ſed *nu.*6 per ſe loquēdo teneri confeſſarium ſatisfactionem imponere per modum præcepti regulariter, ſed non tenetur ſemper confeſſor imponere pœnitentiam per modum præcepti, ſed poteſt interdum applicare penitentiam, ſi pœnitens velit illam aſſumere, vel ſolum conſilium, vt faciat, ita *Suarez* loc.cit. & citat DD. & ait præterea ſæpè poſſe teneri ad imponendam hoc modò ſatisfactionem, ſi cauſa, & pœnitentis conditio hoc requirat. Vnde poteſt confeſſarius conſulere peni- *Suar.* *Nau.* *Suar.*

Digitized by Google

tentiam, vel imponere ſub forma conditionata, hoc modò, ſi talè opus feceris ſeruiat tibi in ſatisfactionem, vel ſi reincideris in tale peccatum, ieiunabis, aut recitabis tales orationes, &c. ita DD. apud *Bonac. diſp. 5. de pœnit. q 5. ſect. 3. punt. 2. nu. 6.*

Bonac.

Petes quartò. An ſint aliqui alij caſus in quibus confeſſor excuſatur ab iniungenda pœnitentia?

RESpondetur affirmatiuè. Primus caſus eſt, quando pœnitens, ita eſt proximus morti, vt nihil percipiat; tunc enim impendenda eſt abſolutio abſque ſatisfactione, cum in tanta neceſſitate non ſit omictenda abſolutio, & ſatisfactio non ſit de eſſentia. Immo ſi pęnitens proximus mortis ſit ſui compos, ſed non ſperetur fore, vt pęnitentiam poſſit adimplere, Sacerdos non tenetur illam imponere; quia nullus obligatur ad opus inutile. ita DD. apud *Bonac.* loc. cit ſed *n. 1. & 2.*

Bonac.

Secundus caſus eſt, quando ſcrupuloſus intra eandem horam frequenter accedit ad confeſſarium aliquid noui ſemper confitēs in quo caſu Sacerdos poteſt iniungere pęnitentiam iam aliàs iniunctam, nam opus alijs debitum poteſt in ſatisfactionem ſacramentalem iniungi, ſed hoc non eſt propriè non pęnitentiam iniungere.

Pe-

Digitized by Google

Petes quintò. An in ſatisfactionem iniungi poſſit à confeſſario opus aliàs præceptum, vt Miſſæ auditionem in die Dominico, aut ieiunium in Quatrageſima, &c.

RESpondetur, ex communi DD. ſententia, teſte *Bonac.* loc cit. ſed *nu.* 11. Hoc poſſe fieri, nam hæc ſunt opera pęnalia, & pendent à voluntate confeſſarij, & conſequenter pęnitens poteſt aliquando eodem actu ſatisfacere obligationi qua tenetur ex pęnitentia, & ex alia obligatione. *Bonac.*

Obſerua tamen confeſſarium imponentem pęnitentiam ſi nihil exprimat, non cēſeri iniungere opus aliàs debitum ex præcepto, conſequenter pęnitentem cui iniūctum eſt, v.g. ieiunium non ſatisfacere pęnitentiæ ieiunando eodem die, quo tenetur ieiunare ex præcepto Eccleſiæ, niſi fortè aliter conſtet de confeſſarij voluntate, ita DD. teſte *Bonac.* loc. cit. ſed *nu.* 12. *Bonac.*

Ex quo

FIt, vt ſi confeſſarius dicat pęnitenti, vt duplicem Miſſam audiat in die feſto, pęnitens ſatisfacit tàm obligationi præcepti Eccleſiaſtici, quàm confeſſionis duas Miſſas audiendo, quia confeſſarius ex modo imponendi pœnitentiam videtur vnam Miſſam aliàs debitam ex præcepto Eccleſię im-

Digitized by Google

impoſuiſſe, & aliam aliundè non debitam, conſequenter contentus videtur vna Miſſa; præter eam, quæ ex Eccleſiæ pręcepto audienda eſt in die feſto. ita DD. apud Bonac. loc. cit. ſed nu. 12.

Bonac.

Quando verò dubitatur de mente confeſſarij, adeundus eſt ipſe confeſſarius, ſi adiri poteſt, ſi verò nequeat adiri, ferendum eſt iudicium ex Aequo, & Bono; confeſſarius enim præſumitur velle prudenter, ex æquo, & bono operari. ita DD. teſte Bonac. loc. cit.

Petes ſextò. An confeſſarius poſſit imponere pænitentiam ante, & poſt abſolutionem?

Bonac.

RESpondetur, ex communi DD. ſententia, teſte Bonac. loc. cit. ſed nu. 19. poſſe confeſſarium ante, & poſt abſolutionem pęnitentiam imponere tùm quia ſatisfactio eſt pars integralis ſacramenti, ſacramentum autem conſtituitur integrum, ſiuè ſatisfactio præcedat, ſiuè ſubſequatur abſolutionem. tùm quia, quæ incontinenti fiunt ineſſe videntur.

Petes ſeptimò. Vtrum pænitens teneatur ſtatim poſt confeſſionem pęnitentiam adimplere?

RESpondetur primò pęnitentem, cui tempus adimplendę pęnitentiæ pręfi-

Digitized by Google

fixum fuit à confeſſario, debere intrà tempus præfixum pœnitentium adimplere, alioquin grauiter peccaret, valdè diù pœnitentię adimpletionem differendo. ita docet *Bonac. tom. 1. diſp. 5. q 5 ſect. 3 punt. 4. n. 5.* *Bonac.*

Aduertit tamen *Suarez in 3. p. to. 4. diſp. 38. ſect. 7.* ob rationabilem cauſam poteſt dilatio pœnitentiæ honeſtari, ac fieri ſine peccato, etiam ſi fuit contra præfixum tempus à confeſſario; dicit præterea idem *Suarez* loc. cit. quod non ſtatim quod non adimpletur pœnitentiam poſt tranſactum præfixum terminum à confeſſario eſt iudicandum peccatum mortale, in quacunque dilatione, ſed quando iudicio prudentis confeſſoris eſſet nimia. *Suar.*

Reſpondetur ſecundò. quando confeſſarius non præfixit terminum adimplendæ pœnitentię, tunc tenetur adimplere quamprimum commodè poteſt. Quamobrem, ſi pœnitens diù iudicio prudentis viri differat pęnitentiam grauem adimplere, grauiter peccat, ſecus ſi non multum differat, vel pęnitentia non ſit grauis. ita DD. teſte *Bonac.* loc. cit.

Petes octauò. *Vtrum pœnitens poſſit iniunctæ ſibi pœnitentiæ ſatisfacere per ſuſceptionem* Indulgentiæ. *exempli gratia. Vtrum pœnitens, cui à Sacerdote iniunctum fuit, vt pro ſatisfactione ſuorum*

peccatorum recitet circulum B. Virginis, excuſetur ab eo recitando per ſuſceptionem Indulgentiæ plenariæ.

Bonac. REſpondetur, ex communi DD. ſententia, teſte *Bonac.* loc. cit. ſed *nu.* 3. pęnitẽtem ſatisfacere pęnitentiæ impoſitæ à cõfeſſario, ſi ſuſcipiet plenariam Indulgentiã.

Verum ſi pęnitentia fuit iniuncta à confeſſario in remedium, & præſeruationem à peccatis, pęnitens non ſatisfacit per ſuſceptionem Indulgentiæ. Quamobrem ſi pęnitenti luxurioſo iniũctum ſit ieiunium pro remedio, & præſeruatione peccatorũ, pęnitens non ſatisfacit ſuſcipiendo Indulgentiam plenariam. ita DD teſte *Bonac.* loc. cit. ſed *nu.* 9. aiunt verò DD. teſte eodem *Bonac.* loc. cit. ſed *nu.* 10. Raro remictendas eſſe pęnitentias ſacramẽtales ob ſuſceptionem Indulgentiarum, vel ob alia opera pia: tùm quia pęnitentię ſæpius imponuntur, vt medicinæ præſeruatiuæ à peccatis in futurũ: tùm quia integritas ſacramenti poſtulare videtur, vt pęnitentia à confeſſario impoſita adimpleatur, niſi moraliter conſtet pęnis debitis ſatisfactum eſſe, puta per ſuſceptionem Indulgentiæ plenariæ.

Bonac.

Digitized by Google

Petes nonò. An qui adimplet pœnitentiam in ſtatu peccati mortalis peccet? an ſatisfaciat?

RÉſpondetur, ex communi DD. ſententia, teſte *Bonac.* loc. cit. ſed *nu.* 15. peccare, ſed non mortaliter, & ſatisfacit pœnitentiæ ſibi à confeſſario iniunctæ. *Bonac.*

Petes decimò. Vtrum penitẽtia facta in ſtatu peccati mortalis, proſit ad remiſſionem pœnæ, ex opere operato ſublato obice peccati mortalis.

RÉſpondetur, ex communi DD. ſententia, teſte *Bonac.* loc. cit. ſed *nu.* 17. affirmatiuè, nempè ſublato peccato per pęnitentiam prodeſſe ad remiſſiondem pęnæ pęnitentiam iniunctam à confeſſario, licèt fuerit adimpleta in ſtatu peccati mortalis; ratio eſt, quia pęnitentia cum ſit opus ſacramentale, eſt opus ex ſe viuum licèt quodammodo mortificatum ob mortificationem, & ſtatum peccatoris, & ſicut opera mortificata reuiuiſcunt adueniente gratia. ita ſatisfactio reuiuiſcit quodammodo ſublato obice ad ſuum effectum. *Bonac.*

Petes vndecimò. An qui nõ implet pęnitentiã leuem pro mortalibus impoſitam. peccet mortaliter?

REſpondetur, ex communi DD. ſententia, teſte *S. Fauſt. in Theologia moral. lib.* 5. *S. Fauſt.*

quæ-

quæſt. 42. peccare ſolum venialiter.

Petes decimoſecundò. An pœnitētiæ grauis impoſitæ pro venialibus pecca mortaliter, qui non ſatisfaciat?

Layman. Suar. Layman.

Reſpondetur, ex *Layman tract. 6. cap. 15. num. 7.* & ante ipſum *Suarez* cit à dicto *Laym.* peccare tantum venialiter

Petes decimotertio. An poſſit confeſſarius imponere pœnitentiam grauem pro mortalibue ſub veniali tantum peccato?

Suar. Med.

Reſpondetur, ex *Suarez in 3. p. tom. 4. diſp. 38 ſect. 7. nu. 5.* cit. *Medin.* poſſe confeſſarium imponere pęnitentiam grauem pro mortalibus ſub pęna peccati venialis tantum ad quod neceſſarium eſt, vt pęnitenti ſuam intentionem declaret.

Petes decimoquarto. An pœnitens poſſit ſatisfacere pœnitentiæ per alium?

Suar. Facund. S. Fauſt.

Reſpondetur affirmatiuè. ita *Suarez in 3. p. tom. 4. diſput. 38. ſect. 9. Facundez præcept. 2. lib. 9. cap. 4. nu. 12. S. Fauſt. in Theologia moral. lib. 5. q. 45.* & alij, modo adſit licētia confeſſarij expreſſa, & in hoc omnes cōueniunt. dicunt verò DD. nō debere licentiam

tiam confeſſarium concedere pęnitenti, vt ſatisfaciat per alium, niſi interueniat iuſta, & rationabilis cauſa; addit verò S. *Fauſtus* loc. cit. ad hoc, vt pęnitens poſſit pęnitentiam ſibi impoſitam implere per alium, neceſſarium eſſe, vt adſit charitas, tam in eo qui ſatisfacit, quàm in eo pro quo ſatisfacit. S. *Fauſt.*

Suarez loc. cit. & *Facundez* loc. cit. & alij DD. cenſent quando pęnitens ſatisfacit per alium, etiam gaudere ſatisfactione ex opere operato, & non tantum ſatisfacere præcepto confeſſarij. Sed *Suar.* *Facund.*

S. *Fauſt.* loc. cit. ſed *q. 46.* probabilius tenet ſecundum ipſum non habere fructum ſatisfactionis ex opere operato, quando ſatisfacit pęnitentiæ etiam ſi hoc fit ex licentia confeſſarij. S. *Fauſt.*

Petes decimoquintò. An confeſſarius poſſit obligare pęnitentem ad implendum pęnitentiam, priuſquam eum abſoluat?

RESpondetur, per ſe loquendo non poſſe quia nullum ius habet confeſſarius ad obligandum eo modo.

Dixi conſultò per ſe; quia per accidens poteſt obligare, antequam eum abſoluat, puta ſi probabilis credulitas eſſet, illum nō impleturum, quia nimirum cognouit pęnitentem ſæpius prætermiſiſſe pęnitētiam

præ-

præcedentium confeſſionum. ita affirmant
Suar. *Suarez de pœnit. diſp. 38. ſect 7. nu. 7.* & alij DD.
S. Fauſt. teſte S. *Fauſt.* loc. cit. ſed *q.* 49.

Sed dices. *An pœnitentia adimpleta ante abſolutionem, ſtatim habeat ſuum effectum ex opere operato?*

Suar. RESpondetur, ex *Suarez diſp. 38. de pœnit. ſect. 2. nu. 5.* quod non quia ſacramentum non producit ſuum effectum, niſi in vltimo inſtanti in quo eſſentialiter eſt perfectum, at ſacramentum pœnitentiæ non eſt eſſentialiter perfectum ante abſolutionem, ergo.

Præterea remiſſio pęnæ non remictitur, niſi prius ſit remiſſa culpa, ſed remiſſio culpæ ante ſacramentalem abſolutionem non obtinetur, ergo neque remiſſio pœnæ ante abſolutionem obtinetur.

Petes decimoſextò. *Quis eſt abſolutus à confeſſario, & acceptauit pœnitentiam faciendam poſt abſolutionem quæritur quo tempore conferatur illi effectus ſatisfactionis ex opere operato, an ſtatim, ac ipſa ſatisfactio imponitur à confeſſario, acceptatur à pœnitente, & ipſe pœnitens à confeſſario abſoluitur, an poſt illam ſatisfactionem expletam, atque perfectam?*

Alenſis. RESpondetur ſecundum *Alenſ. in 4. par. q. 8. nu. 2. art. 3.* Ipſum effectum incipi,

ac

Digitized by Google

ac conferri ſtatim, ac ipſa ſatisfactio imponitur, & à pœnitente acceptatur. perfici verò omninò cùm pœnitens abſoluitur, quia tunc totum ſacramentum perficitur.

Sed cõmunis DD. ſententia, teſte *S. Fauſt. in Theolog. morali lib. 5. q. 7.* docet hunc effectum non produci, nec conferri, niſi impleta tota ſatisfactione impoſita à confeſſario. *S. Fauſt.*

Petes decimoſeptimò. An cõfeſſarius poſſit imponere pœnitentiam nimirum illam, quæ conſiſtit tantum in opere interno?

RESpondent *Alexander Alenſ. & Alm.* citat. à S. *Fauſt. in Theolog. moral. lib. 5. q. 30.* non poſſe, quia cum opera interna non ſint ſenſibilia, non poſſunt eſſe pars ſacramenti, quod eſt ſignum ſenſibile. *Alex. Alenſis.* S. *Fauſt.*

Communis verò DD. ſententia, teſte eodem *S. Fauſt.* loc. cit. docet cõfeſſarium poſſe imponere pœnitentibus opus merè internum pro ſatisfactione ſuorum peccatorum, quia dicti actus poſſunt eſſe ſenſibiles, & ſunt etiam ſenſibiles per acceptationem ipſius pœnitentis. S. *Fauſt.*

Hinc

SI pœnitens ita ægrotet, vt nihil poſſit externum facere iniungi ei poteſt à Sacerdote, vt actum amoris, vel contritionis eli-

eliciat, vel ter mente proferat Sanctum Ieſu nomen, aut quid ſimile.

Petes decimo octauò. An confeſſarius poſſit commutare pœnitentiam præſeruatiuam ab alio confeſſore impoſitam?

Zerula. RESpondetur, ex *Zerola in praxi pœnit. capit. 25. q. 12.* Hoc non poſſe fieri, ſed
Bonac. *Bonac. diſp. 5. q. 5. ſect. 3. punt. 3. nu. 5. & Diana*
Diana. *tom. 2. tract. 4. de ſacram. reſol. 137.* docent probabiliter poſſe confeſſarium ex iuſta, & rationabili cauſa commutare pœnitentiam præſeruatiuam in aliam præſeruatiuam an confeſſarius poſſit illam commutare non audita priori confeſſione eorundem peccatorum, etiam ſi peccata, pro quibus fuit impota pœnitentia eſſent reſeruata docet
Diana. *Diana* hoc poſſe fieri, & citat ſeipſum in *tractat. prim. miſcell. reſol. 54.* & ego etiam dixi ſupra, & poteſt poni in praxi, iuxta ea, quæ dixi.

Verum addo ego non poſſe fieri circa commutationem pœnitentiæ præſeruatiuæ, niſi de nouo audiantur peccata ſuper quibus fuit impoſita pœnitentia præſeruatiua, & ratio mihi eſt, quia pœnitentia præſeruatiua non debet imponi æqualis ſuper omnibus peccatis; nam aliud medicamentum debet applicari luxurioſis, & aliud ira-

cun-

cundis,& conſequenter eſt neceſſarium, vt ſciantur peccata ad hoc, vt poſſit commu- ri pęnitentia præſeruatiua in aliam præſer- uatiuam.

Petes decimononò. An confeſſarius poſſit licitè imponere ſub pœnitentia officium mortuorum, vel alias orationes recitandas pro animabus Purgatorij.

REſpondent *Vega*, & *Sancio* cit. à *Diana* *tract.4. de ſacram. reſol.54. tom.2.* hoc non poſſe fieri, ſed *Turrianus doctiſſimus de pęnit. diſput.37. dub.4.* & valdè inclinat *Diana*, hoc poſse fieri, nempè poſſe imponi pęnitenti pro ſatisfactione ſacramentali opus pęnale applicandum pro animabus Purgatorij, & hæc ſententia ponitur in vſu hodie à confeſſarijs.

Vega. Sanc. *Diana.* *Turrian.* *Diana.*

Petes vigeſimo. An teneatur pęnitens ſatisfacere pęnitentiæ, quando fecit confeſſionem inualidam?

REſpondetur, ex *Facundez præcept.2. lib.9. cap.4. nu.4.* & Henriquez *lib.5. de pęniten. cap.22. nu.7.* non teneri pęnitentem ob confeſſionem inualidam quam fecit adimplere pęnitentiam ſibi iniunctam à confeſſario, quia caret fructu pęnitentiæ nempè ſatisfactionis, cum per confeſſionem inuali-

Facund. Henriq.

dam non fuerit remiſsum peccatum.

Quæritur decimoſeptimò. Titius fecit teſtamentum, dum erat in ſtatu peccati mortalis, & fecit multa pia legata pro anima ſua adimplenda poſt ſequutam ſuam mortem, quomodo ſe gerere debeat confeſsarius, dum excipit in articulo mortis confeſsionem dicti Titij?

Antequam reſpondeam.

SVppono bona opera facta ab homine carente gratia Dei, puta ieiunium, eleemoſynam, propter Deum noſtrũ vltimum finem ſupernaturalem, &c. non eſſe meritoria vitæ æternæ, quia fuerunt facta ab inimico, & conſequenter non ſunt digna huiuſmodi præmio, iuxta illud Scripturæ *Reſpexit Deus ad Abel, & ad munera eius*, vndè primò Deus reſpicit perſonam, deinde munera, & in hoc conueniunt Theologi, vndè appellantur huiuſmodi opera patrata ab homine deſtituto gratia Dei opera mortua, non mortificata.

Dixi mortua, & non mortificata, quia opus mortuum nunquam poteſt reuiuiſcere, ſecus eſt quando opus eſt mortificatum; dicitur opus mortificatum, quando, opus bonum ſupernaturale fuit facta ab homine prædito diuina gratia, & per peccatum mortale commiſſum à dicto homine

ne fuit mortificatum illud opus bonum ſupernaturale à ſe factum, ſed, vt dictum eſt, poteſt reuiuiſcere, ſcilicet quando homo de nouo ſe ponit in gratia, vel media actuali confeſſione, vel medio actu contritionis, & in hoc etiam conueninnt Theologi.

His poſitis.

RESpondetur, quod confeſſarius debet conſulere pęnitenti, vt poſtquam cõfeſſus eſt, & recepit abſolutionem ratificet ea, quæ legauerat ad pias cauſas, cum diſpoſuit, & erat expers gratiæ Dei, & de nouo offerat Deo in ſatisfactionẽ ſuorum peccatorum, vt benè aduertit *Layman in tract. de ſacram. pœnit. tract. 6. cap. 15. nu. 13.* & ante ipſum *Nauarr. in ſumm. cap. 26. nu. 36.* **Laym.** **Nau.**

Quæritur decimo octauo. Quis ſcienter peccauit mortaliter, & ſcienter illud non confeſſus eſt, putans ſe non teneri ad ſubijciendum illud clauibus, deinde fecit multas confeſſiones, & nunquam confeſſus eſt illud peccatum, licèt quando confitebatur illius non erat oblitus quomodo in hoc ſe gerere debeat confeſſarius?

RESpondetur, quod confeſſarius debet interrogare pęnitentem cur putabat ſe non teneri ad confitendum illud peccatum mortale, & ſi inuenit ex conie-

ɛturis pęnitentem tunc laborauiſse ignorantia inuincibili, debet iudicare illas confeſſiones factas, ſine manifeſtatione illius peccati mortalis fuiſse validas, & non eſse repetendas, ſed tantum teneri manifeſtare pęnitentem confeſſario illud peccatum quod tacuit in confeſſione. Quamobrem pueri, & puellæ, vel rudis nouiter cognoſcentes obligationem, quàm habebant cōfitendi ea, quæ tunc commiſerunt, non tenentur modo iterare, ac repetere præteritas confeſsiones; ſed ſufficit ipſum peccatū non confeſsum, confiteri. ita docet *Henriq. lib. 2. de pœnitent. cap.* 12. & eſt communis DD. ſententia, teſte *Facundez præcept.* 2. *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 8.

Henriq.

Facund.

Sed petes. Quæ ſint iuſtæ cauſæ legitimè excuſantes ab integritate confeſſionis.

RESpondetur, ex communi DD. ſententia, teſte *Suarez tom.* 4. 3. *par. diſp.* 23. *ſect.* 2. Primò certum eſse non teneri hominem ad confitendum aliquod peccatum cum morali periculo alicuius grauis nocumenti proprij; Ratio eſt, quia præcepta poſitiua non obligant cum tanto diſpendio, & periculo, & ideò qui non poteſt aliter confiteri illud peccatum, pro tunc cenſetur moraliter impotens ad confitendum illud,

Suar.

lud, & ideò excuſatur, vt ſi timeret graue ſcandalum in propria ſalute ſpirituali; idem dicitur ſi quis timeret probabile periculum mortis corporalis, nempè poſſe tacere illud peccatum in confeſsione.

Secundò, eſt etiam certum ex DD.cit.ab eodem *Suarez* loc.cit. idem dicendum eſſe, quando ſimile periculum timetur ex parte ipſius confeſſoris, vel alterius tertiæ perſonæ, nempè poſſe tacere peccatum in confeſsione, vt ait rectè *Bernardus lib. de præcepto* relato à *Suarez* loc.cit. Quod propter charitatem introductum eſt, contra eandem charitatem exerceri non debet: Vnde ſi ego timeam confeſſorem non ſeruaturum ſigillum, & ex mea confeſsione ſumpturum occaſionem ad infamandum proximum, nec teneor, nec licitè poſſum tale peccatum cõfiteri, quia eſſet contra charitatem, & iuſtitiam. Similiter ſi dicendo aliquam circumſtantiam probabiliter timeo confeſſorem eſſe ſcandalizãdum, & ad aliquod graue peccatum inducendum, ex charitate obligor ad tacendum, puta quia confeſſor eſt fragilis. *Suar.* *Bernard.* *Suar.*

Addit præterea *Suarez* loc. cit. oportere in his caſibus timorem eſſe probabilem cadentem in virum prudentem. *Suar.*

Digitized by Google

Sed inſtabis. An in his his caſibus omictendum, vel differendum omninò ſit ſacramentum confeſſionis, donec confeſſio poſſit integrè fieri ſine vllo incommodo, vel poſſit, aut debeat ſtatim ſuſcipi confitendo alia peccata, & tacendo illud in quo eſt periculum.

Suar. Reſpondetur, ex communi Doctorum ſententia, teſte *Suarez* loc. cit. poſſe, & aliquando debere confeſſionem fieri, tacendo tale peccatum, conſideranda eſt ergo occaſio, vel neceſſitas, aut vtilitas ſuſcipiendi ſacramentum. Et prima neceſſitas eſt articuli mortis. Secunda neceſſitas eſt ſeruandi præceptum annuæ confeſſionis, & tunc cenſeo non ſolum poſſe, ſed debere fieri talem confeſſionem, quia impletur ſubſtantialiter illud præceptum, & poteſt fieri ſine iniuria ſacramenti, vel alio incommodo graui.

Tertia neceſſitas ſuſcipiendi Euchariſtiam, aut faciendi ſacrum, quando ſine graui ſcandalo, aut alio incommodo prætermicti id non poteſt: nam tunc etiam eſt præceptum diuinum, præmictendi confeſſionē, quando eſt conſcientia peccati mortalis, & poteſt impleri dicto modo.

Suar. Limitat *Suarez* hunc caſum, vt ſolum procedat quando homo habet conſcien-

tiam

tiam alterius peccati mortalis, quod confiteri poteſt, pręter illud, quod confiteri non poteſt: nam ſi illud tantum haberet, non obligaretur, quia non obligatur homo ad confitenda venialia: neque etiam poſſet tũc mortale in generc confiteri, vt in caſu obliuionis, quia non poſſet veram cauſam taccendi ſpeciem peccati declarare.

At in articulo mortis, ait *Suarez* loc. cit. ſatis probabile eſſe obligari tunc hominem ad ſuſcipiendum ſacramentum, vt potuerit ſaltem ex charitate propria, propter periculum, quod imminet æternæ damnationis. *Suar.*

Quarta neceſſitas erit vitandi aliquam infamiam propiam, vel aliud ſimile incommodum, quod quis timet, niſi confiteatur eo modo quo poteſt: & tunc etiam eſt ſufficiens ratio, vt homo poſſit licitè ſic confiteri, non tamen obligatur ſaltem ſub mortalo, quia illud incommodum eſt temporale, & proprium, & poteſt homo cedere iuri ſuo.

Secus verò erit, ſi ſcandalum aliorum ex dilatione, vel omiſſione confeſſionis timeatur; tunc enim non ſolum licebit, ſed etiam neceſſarium erit eo modo confiteri iuxta qualitatem ſcandali, quod ſemper ex charitate vitandum eſt.

Quinta cauſa poteſt, nempè, vt nulla ſit

Digitized by Google

confeſſionis neceſſitas ſimpliciter, ſit tamen magna vtilitas; quam per ſe affert ſacramentum, & augetur ex frequentia illius; vnde ſi propter eam occaſionem multo tempore differendum ſit, conſultius erit ita confiteri, licèt non ſit ſub obligatione.

Denique quando nulla cauſa huioſmodi interuenit, ſed poſt breue tempus ſperatur commoditas integrè confitendi, tunc melius erit differre confeſsionem: immo ſi ceſſaret omnis cauſa rationabilis, eſſet præceptum. quia tunc commodè poteſt ſeruari integritas confeſsionis etiam materialis; quod per ſe neceſſarium eſt, quando moraliter fieri poteſt.

Quæritur decimonono. Multi pœnitẽtes ſe accuſãt cõmiſiſſe peccatum iudicij temerarij, habuiſſe malas cogitationes, &c. Quomodo in iſtis ſe debeat gerere confeſſarius?

RÉſpondetur, confeſſarium debere interrogare pœnitentes, an fecerint iudicium certum de re graui de illa perſona ſine ſignis ſufficientibus, ita vt illa res iudicata ſine ſignis ſufficientibus notabiliter infamabat illam perſonam, & ſi fortaſse non fecerint huiuſmodi certum iudicium, an habuerint ſuſpicionem de re graui, quæ notabiliter infamabat illam perſonam,

nam,ſed illa ſuſpitio oriebatur ex odio.

Dixi,ſi fecerint iudicium certum; nam ad iudicium temerarium, ſecundum DD. & vt ſit peccatum mortale requiritur certum iudicium.

Dixi de re graui; nam ſi fit iudicium temerarium de re leui regulariter non eſt peccatum mortale.

Dixi ſine ſignis ſufficientibus, nam qui cum ſignis ſufficientibus iudicat non incurrit peccatum iudicij temerarij.

Dixi,ita vt illa res iudicata ſine ſignis ſufficientibus notabiliter infamabat illā perſonam, quia ſi quis ſine ſignis ſufficientibus ferret iudicium de re peccaminoſā mortali, quæ tali homini non infamat notabiliter, puta ſi de iuuene, qui non vitam ſpiritualem agit feratur iudicium,quod ſit deditus amoribus mulierum, vel de milite quod commictit duellum non peccat mortaliter, quia ex huiuſmodi iudicio non infamantur, vt rectè docent *Salõnius*, *&* *Sayrus* cit. à *Filijuccio to. 2. tract. 4. c. 1. n. 17.* *Salon.* *Sayr.* *Filijucc.*

Dixi, & ſi fortaſſe non fecerint iudicium certum, an habuerint ſuſpicionem grauē, quæ notabiliter infamabat illam perſonam, ſed illa ſuſpicio oriebatur ex odio, quia ſi ſuſpicio oritur ex maleuolentia erga illum, de quo eſt ſuſpicio,qua fiat,ſi aduertat illa indicia non eſſe ſufficientia; velit nihilomi-

nus perſeuerare in ſua ſuſpicione, tunc erit peccatum mortale, quando malum eſt graue: Si verò ſuſpicio temeraria procedat ex errore intellectus, etiam ſi ſit voluntaria in materia graui, eſt ex ſuo genere peccatum veniale, vt ſupra docui *petit. 4. tract. de iudicio temerario*.

Sed regulariter pœnitentes ignari, ſe accuſant incurriſſe peccatum iudicij temerarij, & re vera non commiſerunt peccatum iudicij temerarij.

Verum aliquando pœnitentes peccant mortaliter ex conſcientia erronea, quia putant etiam ſuſpicionem non ortam ex maleuolentia eſſe peccatum mortale, & conſequenter tenentur de illa ſuſpicione confiteri; Interdum verò, quando habuerunt illam ſuſpitionem in mente, non putabant ſe peccare, ſed poſt tranſactam illam cogitationem, putant commiſiſſe peccatum, & in hoc caſu non tenentur confiteri de illo peccato tanquam mortali, quia peccatum non fuit putatum in fieri, ſed poſt factum.

Quæritur vigeſimo. Meretrix publica accedit ad ſacramentum pœnitentiæ cum ſignis contritionis quomodo erga dictam Meretricem ſe debeat gerere confeſſarius?

RESpondetur, quod confeſſarius debet aduertere antequam abſoluat, vt dēt pu-

publicum ſignum fuiſſe emendatam, alioquin rationabiliter quis ſcandalizaretur, ſi eam confeſſam, & abſolutam fuiſſe ſciret, priuſquam illam emendatam videret, ſed tenetur Meretrix, non amplius habitare in lupanari, non amplius habere conuerſationem mulierum Meretricum, & geſtare talē habitum veſtimenti, vt appareat ipſa eſſe emendata, puta non amplius geſtare habitum laſciuum more Meretricum, vt rectè docet *Megala prim. part. inſtit. confeſſar. in appendice nu. 1. in tract. de audiendis confeſſionibus Meretricum.* *Megala.*

Quæritur vigeſimoprimò. Multi pœnitentes ſe accuſant alicui odio habuiſſe, & deſideraſſe illi malum graue, vel deſideraſſe fœminam ad fornicandum, an teneantur confeſſarius interrogare pœnitentes ſi cum plena aduertentia intellectus, & pleno conſenſu voluntatis id fecerunt?

Reſpondetur de iure communi, teſte *Nauarr. in cap. conſideret de pœnit. diſtin. 5. num. 59* præſumi eum, qui peccauit, ſcienter peccaſſe; tamen addo Ego hanc praxim, ſi confeſſarius excipit confeſſionem hominis docti, non debere interrogare, an commiſerit illud peccatum cum plena aduertentia rationis, & pleno conſenſu voluntatis, nam præſumitur commiſiſſe cum ſufficienti ad- *Nau.*

uer-

Digitized by Google

uertentia, & conſenſu voluntatis, alioquin dixiſſet non habuiſſe plenum conſenſum ad peccatum, ſed fuiſſe negligens ad repellendam illam cogitationem malam.

Si autem audit confeſſionem hominis ſpiritualis debet interrogare, an habuerit plenam aduertentiam, & plenum conſenſum ad commictendū peccatum, quia qui benè viuit, non præſumitur facilè peccare.

Si verò excipit confeſſionem peccatoris, qui eſt ſolitus commictere peccata mortalia, non debet interrogare confeſſarius, ſi cum plena aduertentia, & pleno conſenſu voluntatis id fecerit, quia præſumitur, ſciēter peccaſſe, & cum plena aduertentia id feciſſe.

Quæritur vigeſimoſecūdo. An cōfeſſarius, qui nouit pœnitentem eſse Sacerdotem, vel Religioſum, vel coniugatum, teneatur interrogare, quando excipit confeſſionem dictorum, ſi ſint coniugati Sacerdotis, &c. quando confitentur peccatum luxuriæ?

Nauarr. RESpondetur, ex Nauarr. *in cap. conſideret de pœnit. diſt. 5. num. 59.* & eſt communis

S. Fauſt. DD. ſententia, teſte S. *Fauſto in Theolog. mora-*

Sotus. *li lib. 4. q. 30. & Soto in 4. diſt. 18. q. 2. art. 4. nu. 8.* non teneri confeſſarium interrogare hoc neque pœnitentem teneri hoc aperire cōfeſſario, quando ſcit confeſſariū ſcire ſuum ſtatum.

Quæ-

Digitized by Google

Quæritur vigeſimotertio. An mulier nupta teneatur reddere marito adultero debitum coniugale; ante ſententiam diuortij? & quid dicendum, ſi de facto mulier reddat debitum ſuo marito? quod dubitatur de muliere, idem dicitur de viro.

Ad primum.

RESpondetur, ex communi DD. ſententia, teſte *Sãchez de matrim. lib.* 10. *diſp.* 12. *num.* 5. coniugem innocentem certum de alterius adulterio, non tenetur ad reddendum debitum; nec ad id deſideratur adulterium eſſe publicum, aut Eccleſiæ ſententiam, quia cum res hæc, quæ eſt debitum negare, intra priuatos parietes, & occulta ſit agenda, & non publicitatem poſtulet inſtar expulſionis à propria habitatione conſequenter non eſt neceſſaria iudicis ſententia ad hoc, vt publicè conſtet, alias cogeretur innocens condonare iniuriam ſibi ab adultero illatam, nam reddens debitum condonat ſaltem in foro externo, vt infra dicam. *Sanchez.*

Nec coniux innocentes tenetur reddere debitum alteri coniugi adultero ob periculum incontinentiæ adulteri coniugis, vt docet *Sanchez de matrim. lib.* 9. *diſp.* 6. *num.* 13. quia lex charitatis obligat ad ſubueniẽdum *Sanchez.*

ne-

Digitized by Google

neceſſitati proximi, abſque proprio diſpendiſpendio at per copulam cum adultero;, incurrit innocens graue damnum, amictit enim ius celebrandi diuortium, vtdocet *Sanchez* loc. cit. ſaltem in foro externo, vt infra dicam, & patet ex *Sanchez lib.*10. *diſp.*14. *num.* 21.

Sanchez.

Ad ſecundum.

Sanchez.

Reſpondetur, ex *Sanchez lib.*9. *de matrim. diſp.*6. *nu.*13. *&* 14. Si de facto coniux innocens reddit debitum coniugi adultero, cum animo condonandi iniuriam, non amplius poſſe illi negare debitum, nec diuortium petere, cum ſit extinctum ius innocentis ad diuertendum ratione illius adulterij, & accuſandum criminaliter, & ciuiliter, per copulam coniugalem habitam cum coniuge adultero, etiam occultò, ſiuè petendo, ſiuè reddendo debitum, vt communiter docent DD. teſte *Sanchez lib.*10. *de matr. diſp.*14. *nu.*6.

Sanchez.

Hoc intelligitur, nempè quod copula petita, aut reddita ſit condonatio adulterij, modo adſint duæ conditiones. Prima eſt, vt alter coniux innocens ſit conſcius adulterij; quia nulla eſt remiſſio, vbi eſt ignorãtia iniuriæ eſt communis DD. ſententia, teſte *Sanchez* loc. cit. ſed *nu.*9. & addit præ-

Sanchez.

te-

terea *Sanchez* idem dicendum eſſe, ſi tempore copulæ coniux innocens fuit prorſus immemor adulterij, quoniam perinde eſt, ac ſi ignoraret. Nec cenſetur quiſquam ius remittere, cuius omninò eſt oblitus. *Sanchez.*

Si tamen vir non ſit omninò certus, ſed habeat præſumptiones probabiles adulterij vxoris, modo non ſint violentæ, ait *Sanchez* loc.cit. ſed *nu.*10. non præiudicari iuri diuortij, nec accuſandi, reddendo debitum, ſecus eſt exigendo. *Sanchez.*

Quod ſi præſumptiones non ſunt probabiles, in neutro ſibi præiudicat, ſiuè reddat, ſiuè petat.

Secunda conditio requiſita, vt copula cenſeatur condonatio eſt, vt ſpontè habita ſit, & cum animo condonandi iniuriam, vt infra dicam. Quare innocens debitum reddens compulſus Eccleſiæ præcepto, non videtur remittere, ac proindè minimè amittit ius diuortij, & accuſandi criminaliter, aut ciuiliter, quia hæc donatio proficiſci debet ex liberali innocentis voluntate, at in neceſſitate nemo liberalis præſumitur eſt. communis DD. ſententia apud *Sanchez* loc.cit ſed *nu.*13. *Sanch.*

Si tamen innocens compulſus à iudice reddere debitum, illud aliquando exigat ab adultero, iam ex tunc cenſetur condonare: ſaltem in foro externo, vt infra dicam, nam

ſi deficit animus condonandi; in foro conſcientiæ poteſt celebrare diuortium, & accuſare adulterum. ita DD. apud *Sanchez* loco cit.*nu.*13.*& lib.*10.*disp.*14.*nu.*21.

Sanch.

Non autem eſſe condonationem, ſi coniux innocens reddat adultero, eo quod exiſtimabat ſe teneri, aut deceptus eſt ab aliquo id docenti, aliàs tamen non redditurus, quia deficit ſpontanea voluntas. ita DD. cit. à *Sanchez nu.*16.

Sanchez.

Hinc

COlligitur, quod ſi coniux innocens ſpōtè, & ſcienter retinet adulterum, cenſetur illi parcere, ac ſubindè ius diuortij, & accuſandi perdit; quoniam eſt manifeſtum amicitiæ ſignum. ita DD cit. à *Sanch.n.*17.

Sanch.
Palud.

Ait verò *Paludan.in* 4.*diſt.*35. *q.*1. *art.*2. *caſu* 6.*nu.*17. non cenſeri reconciliationem, dum non ſtatim adulterum expellit ab habitatione, cum non poſſit propria authoritate id efficere.

Immo nec ſufficit adulterium eſſe publicum, ſed exigitur, ita notorium eſſe, vt nulla tergiuerſatione celari poſſit ad hoc, vt poſſit propria autoritate diuertere ab adultero.

Soto.

Hoc intelligit *Sotus in* 4.*diſt.*36.*q.vnica artic.*1.ad finem corp.*cap.*6. niſi breui tempore retineat expectans opportunitatem petendi diuortij.

Præ-

Præterea intelligitur modo innocẽs non retineat in conſortio maritali. ita *Sanchez* loc. cit. vnde ſi eſſent in eadem domo non ſe alloquentes, diuiſique à menſa, & à lecto, quaſi duo vicini extranei, non cenſeretur condonatum adulterium; quia retentio illa non eſt ſignum amicitiæ coniugalis, quin potius capitalis inimicitiæ. *Sanch.*

Secundò reconciliatio cenſetur facta, ac adulterium condonatum, ſi innocens ſciẽter, & ſpontè, nulla inquã, neceſſitate etiam honeſtatis compulſus, familiarem ſe exhibeat adultero: vt ſimul ludendo, ridendo, & comedendo. ita DD. cit. à *Sanchez nu.* 18. vnde oſcula, & complexus ſcienter, & ſpontè habita cum coniuge adultero, eſſe à fortiori condonationem adulterij. *Sanchez.*

Sed difficultas eſt. Vtrum copula, & alij actus familiaritatis ſpontè, & ſcienter cum coniuge adultero habita, ex quibus tacitam adulterij condonationem induci diximus ſint eo ipſo condonatio, itaut quamuis coniux innnocens habeat animum, tunc non condonandi, cenſeatur in vtroque foro adulterium condonatum, & illicitum diuortium? an potius ea condonatio innitatur præſumptione, ac ſubinde exiſtente animo contrario non ſit in foro conſcientiæ condonatio, liceatque adhuc innocenti diuertere?

Re-

Sanch. REſpondetur, ex communi DD. ſententia, teſte *Sanchez de matrim. lib.* 10. *diſp.* 14. *nu.* 21. Si deeſt animus condonandi re vera non erit in foro conſcientiæ condonatio, etiam ſi rem habuit cum coniuge adultero, etiam ſi coniux innocens petijt debitum, in foro externo per ſupradictos actus, & copulam iudicabitur vera condonatio.

Sed quid dicendum. Si innocens in ijs actibus, nec habeat poſitiuum actum condonandi, nec etiam actum contrarium, nempè non condonandi, ſed negatiuè ſe habeat, ſcilicet neutrum actum eliciendo?

Sanch. REſpondetur, ex *Sanchez lib.* 10. *de matrim. diſp.* 14. *num.* 21. ad veram condonationem adulterij ſufficere, vt innocens negatiuè ſe habeat, quare dum non habuerit animum expreſſum non condonandi, dum vtitur copula adulteri, vel alijs actibus amicitiæ erit vera condonatio, & ceſſat in vtroque foro ius diuortij, & accuſandi.

Ex his

Sanch. INfert *Sanchez* cum DD. à ſe cit. l. cit. coniugem innocentem petentem debitum ab adultero, aut ipſi reddentem, & alijs condonationis ſignis vtentem, animo non cõdonandi iniuriam adulterij, poſſe in foro cõſciẽtiæ diuortium celebrare, & accuſare adulterum.

Ex

Digitized by Google

Ex occaſione verò huius tractatus oritur pulchrum dubium, & eſt, an voto caſtitatis ligatus poſſit tuta conſcientia remictere iniuriam adulterij alteri coniugi?

Antequam reſpondeam.

SVppono primò, ex certa doctrina ſupra explicata, innocentem coniugem remictentem iniuriam alteri coniugi adultero, amictere ius petendi diuortium, nedum quoad thorum, ſed etiam quoad habitationem, nec poſſe eam neque ciuiliter, neque criminaliter accuſare, & non poſſe negare ei debitum.

Suppono ſecundò, coniux, qui vouit caſtitatem poſt conſumatum matrimonium non poſſe petere debitum, ſed teneri reddere debitum; idem dicitur de eo, qui fecit votum ſimplex caſtitatis, & deinde contraxit matrimonium, nempè licèt peccauerit mortaliter, contrahendo matrimonium, tamen matrimonium valet, & tenerit reddere debitũ ſaltem tranſacto bimeſtri poſt contractum matrimonium, vt docet *Sanchez lib.2.diſp.24. nu.27.*

Dixi tranſacto bimeſtri poſt contractum matrimonium quia, vt rectè docet *Sanchez lib.9.de matrim.diſp.6.num.*14. & probat cum alijs DD.*lib.2, diſp.24.num.25.* coniux eſt in *Sanchez.*

S ſua

ſua libertate reddendi, & non reddendi debitum, antequam tranſeat bimeſtre poſt contractum matrimonium. nam illud tempus eſt conceſſum coniugibus, ex *cap. ex publico de conuerſion. coniugator.* ad deliberandum de ingreſſu religionis, & quamuis neuter coniux ingredi religionem intendat, poteſt tamen propoſitum in melius commutare, & proinde licet id tempus expectare, vt docent DD. cit. à *Sanchez lib. 2. de matrim. diſput. 24. num. 25.* Sed non tenetur ingredi religionem, qui vouit caſtitatem ante, vel poſt contractum matrimonium, & transacto bimeſtri poteſt licitè debitum reddere, vt docent DD. apud *Sanchez lib. 9. diſp. 29. num. 2. & diſp. 34. nu. 3.*

Sanch.

Sanch.

Suppono tertiò, ex communi DD. ſententia, teſte *S. Fauſto de tribus votis lib. 2. q. 71.* non poſſe virum irritare vota ſuæ vxoris emiſſa ante matrimonium, quia quando mulier emiſit vota erat ſui iuris, nec vllo pacto erat ſubiecta voluntati viri.

S. Fauſt.

Dixi, vota ante matrimoniū emiſſa, nam votum caſtitatis, v. g. emiſſum ab vxore, poſt conſumatum matrimonium implendum tempore matrimonij poſſe virum irritare huiuſmodi votum, etiam ſi ſit votum integræ caſtitatis, vt rectè docent Doctores citati à *S. Fauſt. de tribus votis lib. 2. q. 55.*

S. Fauſt.

Vn-

Vnde ſi ea irritatione facta, vxor adulterium commictat, non erit voti rea, nec ſoluto matrimonio tenebitur ab alijs nuptijs abſtinere, ad quæ ex vi voti tenebatur, quia irritatione eſt extinctum, vt docet *D.Thom.* & alij DD. cit. à *S.Fauſt.* loc. cit. Et hoc eſt verum, nempè poſſe virum irritare vota ſuæ vxoris, etiam ſi adhuc non conſumauit matrimonium, ſi vouit vxor caſtitatem implendam tempore matrimonij, vt docet idem *S.Fauſt.* loc. cit. ſed *q.58.* & citat *Sayrus lib.6 c.5.nu.12.* D.Thom. S. Fauſt. S. Fauſt. Sayr.

Suppono quartò, quando vnus coniux commictit adulterium, alter innocens non tenetur reddere debitum, ſed ſi coniux innocens incidit in peccatum adulterij, tenetur tunc reddere debitum priori coniugi, qui commiſit adulterium, quia datur compenſatio, & licèt prior coniux amiſerit ius petendi debitum ſaltem quoad hoc, vt aliquis teneatur reddere, tamen ex adulterio alterius coniugis, reuiuiſcit ius petendi debitum alteri coniugi, qui primo commiſit adulterium, ita vt teneatur alter reddere debitum, vt docet *Sanchez lib.9. diſp.6. nu. 14. in fine.* Sanchez.

Suppono quintò, qui eſt ligatus voto caſtitatis, & vxorem habet tenetur, ſoluto matrimonio, perfectè ſeruare huiuſmodi votum, & non poſſe tranſire ad ſecunda

Digitized by Google

vota, & durante matrimonio ſolum tenetur reddere debitum, nec poſſe rem habere cum alia fœmina ſine violatione voti, & quotieſcunque habet iuſtam cauſam non reddendi debitum ſuæ vxori, tenetur non reddere, alias peccaret contra votum, vt docet *Sanchez* cum DD. à ſe cit. *lib. 9. diſpu. 6. num. 14.* Sanch.

His poſitis.

Reſpondetur, coniungem innocentem remictentem iniuriam alteri coniugi adulterij à ſe commiſſi peccare mortaliter, idem dicitur, ſi commiſiſſet adulterium, & tripliciter peccare, nempè vnum peccatum contra caſtitatem, alterum contra iuſtitiã, quia iniuriam facit alteri coniugi diuidendo carnem ſuam alteri, & alterum contra votum caſtitatis, quia dum erat potens ad ſeruandum votum caſtitatis potens licitè negare debitum, ex commiſſione adulterij euaſit impotens ad ſeruandum votum, quia ex tali peccato, alter coniux iterum acquiſiuit ius petendi debitum, cum adulterio alterius coniugis detur compenſatio, & conſequenter, ipſe tenetur reddere, vt rectè docet *Sanchez* loc. cit. cum DD. à ſe citat. Sanchez.

Hoc intelligitur, ſi aduertit per illud adulterium ſe reddi impotentem ſeruandum votum.

Sed

Sed quid dicendum, ſi fœmina ſit, quæ tenetur non reddere iuxta prædicta, & vir inſtanter petat?

REſpondetur, ex DD. quos citat *Sanchez lib.9.diſp.6.nu.*15. mulierem poſſe reddere debitum, quando aliàs non poteſt, cauſa nimirum conſeruandi pacem matrimonij, puta quando vir inſtanter, & quaſi cogens petit, & hoc intelligitur etiam ſi à viro non poteſt irritari votum caſtitatis; hoc intelligitur quando non poteſt Conſuli Prælatus, vt diſpenſet. *Sanchez.*

Sed petes. Quando conceditur bimeſtre poſt matrimonium ratum ad eligendam religionem, vel matrimonium à quo tempore menſis incipi debeat, & ex quot diebus mẽſis conſtare debeat?

REſpondetur, ex communi DD. ſentẽtia, teſte *Sanchez lib.2.de matrim.diſp.24. num.*15. & 21. Incipere à tempore contracti matrimonij, & numerus dierum accipitur, prout occurrit in Kalendario, v.g. ſi incipitur ab octo menſis Ianuarij, deficiunt, ergo vſque ad numerum triginta vnius dierum, quibus cõſtat Ianuarius, ſeptem dies, & ſic de alijs, puta ſi incipitur à primo menſis Februarij, menſis erit numeri uiginti octo *Sanchez.*

Digitized by Google

dierum quando non eſt bixeſtis.

Quæritur vigeſimoquarto. Vtrum coniux cui debiti petitio interdicta eſt, non tamen redditio, vt contingit ratione voti caſtitatis, cognationis, vel affinitatis poſt matrimonium contractæ, poſſit aliquando, & teneatur petere?

Sanch. REſpondetur, ex communi DD. ſententia, teſte *Sanchez lib. 9. de matrim. diſp. 7. num. 1.* quod poteſt vir cui interdictum eſt petere debitum ratione uoti, cognationis, aut affinitatis, aliquoties ſe inſinuare uxori, & ab ea petere debitum, nõ in gratiã ſui, ſed gratia uxori complacendi, & nõ reddẽdi matrimonium ei graue, & oneroſum, quia hoc petendi genus, eſt quodammodo reddere, cum in ſolius vxoris gratiam ſit, quæ verecundia ſolet ab exactione debiti id optans arceri.

Non poteſt verò dari certa Regula, nẽpè quoties in anno, vel menſe ſit licitum viro impedito petere debitum, vt rectè Sanch. docet *Sanchez* loc. cit. ſed hoc eſt remictendum arbitrio prudentis, vt docet etiam *Victoria* Victoria. cit. à *Sanchez.* Quare cum quædam fe- Sanch. minæ alijs in venerem propenſiores ſint, atque ita frequentius concubitum viri appetant: ab alijs ſæpius, quàm quater, ab alijs verò, rarius in menſe exigere licebit; Vnde

ad

Digitized by Google

ad hoc deliberandum, attendenda eſt conditio natiua vxoris, ac eius in venerem propenſio.

Excipit *Sanchez* cit. *Angelum verbo matrim. 4. nu. 7.* niſi vxor vouendi caſtitatem licentiam viro conceſſiſſet: cum enim ſuo iuri in hoc ceſſerit, vt permictat matrimonium ſibi fore oneroſum, marito obligante ſe ad non petendum, conqueri iure nequit de hoc onere, & quod concubitum appetens, cogatur expreſſè, aut interpetratiuè petere. Sanchez

Si verò vxor ſit cui petitio debiti interdicta eſt ob votum caſtitatis, vel ob affinitatem, aut cognationem cum uiro, non poteſt regulariter ipſa aliquoties petere debitum, ut dictum eſt de uiro; quia non eſt indecens uiro petere debitum, ſi tamen maritus talis eſſet, ut more fœminæ non audeat petere, tũc poteſt ſe aliquoties marito ad eum uſum offerre, ab eoque petere debitum. ita DD. teſte *Sanchez lib. 9. diſp. 7. num. 4.* Sanchez.

Hinc

PRimò deducitur, licitum eſſe uiro. ita impedito ad petendum, exigere, quoties uoluntatem petendi in uxore non accedente præ uerecundia, coniecerit. ita DD. cit. à *Sanchez nu. 3.* Sanchez.

Secundò deducitur, licere coniugi ita impedito exigere ab altero, ubi in ipſo peri-

Digitized by Google

culum incontinentiæ ſentiret quia uotum non obligat ad non petendum cum diſpẽdio ruinæ alterius coniugis, & hoc intelligitur generaliter de omni impedimento ad petendum.

Quæritur vigeſimoquintò. An actus coniugalis quoad petitionem, & redditionem debiti ſit ſub præcepto?

Sanchez. Reſpondetur primò, ex *Sanchez lib. 8. diſput. 2. nu. 1.* Virum, & uxorem eſſe pares in petendo, & reddendo debitum.

Reſpondetur secũdò, petitio debiti propriè loquendo de petitione, numquam eſt ſub præcepto, dixi propriè loquendo de petitione, nam aliquando altero coniuge minimè petente tenetur alter ob periculum incontinentiæ præuenire, uerum id non eſt propriè petere, ſed quodammodo reddere, quia nullus tenetur uti iure ſuo. ita *Sanchez* loc. cit. qui citat *Riccard.* *[S]anchez. Riccard.*

Reſpondetur tertiò, coniux tenetur reddere coniugi ſiuè expreſsè, ſiuè tacitè, seù interpetratiuè petenti. ita *D. Thom.* cit. à *Sanchez.* loc. cit. *D. Thom. Sanch.*

Cenſetur autem uxor tacitè, & interpetratiuè petere debitum à uiro, dum uir aliquibus ſignis percipit in ea uoluntatem petendi, & præ pudore abſtinere à petitione.

ita

Digitized by Google

ita DD. communiter; teſte *Sanchez* loc. cit. ſed *nn*.4. *Sanchez*.

Reſpondetur quartò, coniuges teneri ſub culpa mortali ſibi mutuo debitum reddere, ſiuè alteruter expreſsè, ſiuè tacitè, & interpetratiuè petat, & in hoc conueniũt omnes DD. teſte *Sanchez* loc. cit. ſed *u*.9. *Sanchez*.

Eſt autem accipienda concluſio regulariter. Nam non ſemper coniux ita exactè petit debitum, ut protinus uelit obligare ad culpam lethalem, ſed ſæpè alliciendo, & mouendo, & non tanquam debitum, ex iuſtitia, ſed tanquam amicitiæ quoddam cõiugale ſymbolum: & tunc non eſt mortale negare debitum. ita DD. teſte *Sanchez lib*.9. *diſp*.2. *nu*.10. *Sanchez*.

Aduertẽdum eſt, quod ſicut in alijs preceptis etiam iuſtitiæ datur paruitas materiæ, quæ à culpa lethali excuſat: ita etiam in hoc, ut ſi coniux, exigenti negat raró debitum, abſque periculo incontinentiæ exigentis, u.g. ſolet uir petere quater in menſe, & petat iterum, nõ erit mortale, uxorem ea quinta uice negare ſine periculo incontinentiæ; leuis enim res cenſetur, ſemel, uel iterum negare, ut ſit culpa lethalis.

Similiter leuis materia cenſetur, quando non ſtatim redditur debitum, ſed per aliquod breue tempus differtur, ceſſante periculo incontinentiæ in petente. ita DD.

cit.

Sanch. cit. à *Sanchez* loco citato, ſed *num* 11.

Inſuper quando coniux nimius eſſet in petendo, & excederet limites rationis, non ſemper teneretur alter reddere, ſed moderatè. ita DD. apud *Sanch.* loc. cit.

Sanch.

Eſſet autem lethale ſcelus, rariſſimè, & magna cum difficultate reddere; quia notabiliter coniuges debito coniugali defraudarentur, ſæpeque incontinentiæ periculum paterentur, nec ob magnam alterius difficultatem auderent petere. ita DD. teſte *Sanchez* loc. cit. ſed *nu.* 14.

Sanch.

Pariter eſſet mortale negare debitum, quando iuſta, ſufficienſque cauſa denegandi abeſſet, & inde coniux petens ſcandalizaretur, graueſque diſcordiæ orirentur. ita DD. apud *Sanchez* loc. cit. ſed *nu.* 15. nec excuſari, tunc coniugem negantem debitum, eo quod dies ſolemnis ſit, aut Euchariſtiam ſit recepturus.

Sanch.

Sed petes primò. Vtrum cum propriæ ſalutis detrimento, teneantur coniuges debitum ſibi reddere, vt ſi alteruter lepra, aliouè morbo contagioſo infectus ſit?

RESpondetur primò, neuter coniux tenetur alteri debitum reddere cum detrimento propriæ ſalutis. eſt communis DD. ſententia, teſte *Sanchez lib. 9 diſp. 24. n. 2.*

Sanch.

hoc

hoc intelligitur quādo eſt graue damnum.

Hinc

PRimò colligitur, ex DD. cit. à *Sanchez lib. 9. diſp. 24. n. 3.* coniugem febribus laborātem, non teneri reddere, quia eſt graue dānum. *Sanchez.*

Secundò, ex probabili DD. ſententia, teſte *Sanchez* loc. cit. ſed *num. 17.* ſanum coniugem non teneri reddere debitum leproſo, ſi ex iudicio medicorum imminet periculum notabilis infectionis, quia ea redditio cedit in notabile damnum reddentis; quando verò non eſſet periculum infectionis, teneretur coniux ſanus reddere debitum coniugi leproſo. *Sanch.*

Idem prorſus eſt dicendum, ſi alter coniux morbo gallico laboret, non enim tenetur coniux ſanus cum periculo notabilis infectionis ei debitum ſoluere, quia eadem eſt ratio, ac de lepra. ita communiter DD. apud *Sanchez* loc. cit. ſed *n.* 18. *Sanchez.*

Monent DD. cit. à *Sanchez num. 19.* certius periculum infectionis imminēre viro accedenti ad mulierem lepra, alioue contagioſo morbo infectam, quam mulieri ſanæ accedenti ad virum infectum. Vnde facilius excuſandum eſſe virum à reddendo debito vxori leproſæ, quam è contra, vbi vxor eſt ſana, vir autem leproſus.

Quandò lepra præceſſit matrimonium, nec

nec ab altero coniuge ignorata fuit tenetur ſanus coniux reddere debitum leproſo, quamuis probabile ſit periculum infectionis: quia ſciens, & prudens ad id per matrimonij cõtractum ſe adſtrinſit. ita DD. apud *Sanchez nu. 22.*

Sed dubium eſt. An teneatur coniux ſanus reddere debitum coniugi laboranti morbo gallico, &c. vel ſi coniux laborat febri, &c. teneatur reddere debitum coniugi ſano cauſa ne ille patiatur periculum incontinentiæ? etiam ſi ex tali redditione debiti oriatur illi graue damnum ſuæ ſalutis corporalis?

Sanchez. Maior. Pet. So.

RESpondetur, ex *Sanchez lib. 9. diſput. 24. nu 12.* & citat *Maior. & Petr. Soto*, non teneri coniugem cum detrimento graui ſalutis corporalis reddere debitum, cauſa euitandi alij coniugi periculum incontinentiæ; ſed licitè poteſt reddere, quia coniux non ſe obligauit præciſè ad debitum reddendum, ſed ſalua incolumitate perſonæ, ſeruatoque ordine naturæ, in cuius officiũ eſt principaliter matrimonium eſt inſtitutum.

Neque dicas ordinem charitatis poſtulare de neceſſitate preferri bonum ſpirituale vitæ, nam hoc intelligitur, vbi eſt extrema neceſſitas in patiente ſpirituale periculum,

Digitized by Google

lum,vel ſi eſt grauis neceſſitas:is,qui ſubuenire debet eſt Prælatus. Qualis non eſt coniux, nec ea eſt extrema neceſſitas, poteſt enim alijs medijs periculo illi incontinentiæ ſubueniri.

Petes ſecundo. An liceat viro reddere debitum,ſecluſo periculo incontinentiæ alterius coniugis, cum notabili detrimento ſuæ ſalutis?

RESpondetur,ex communi DD.ſententia,teſte *Sanchez lib.9. diſp.24. nu.8.* illicitum eſſe viro reddere debitum cum notabili detrimento ſuæ ſalutis, & ſimiliter vxori:quia vitæ dominium minimè habēt, atque ita curam moderatam illius tuendæ habere obligantur. *Sanchez.*

Poſito verò periculo incontinentiæ reſpectu alterius coniugis, poteſt alter coniux cum notabili damno ſuæ ſalutis reddere debitum,ſed ad reddendum non tenetur,vt ſupra probatum eſt.

Hinc

PRimò colligitur, vbi alteri coniugi conſtaret debiti redditi redditionem eſſe in graue diſpendium ſalutis exigentis,non teneri reddere. Sicut nemo tenetur gladium Domino petenti tradere,ſi illo ſe perimere velit.

Immò peccaret mortaliter, tunc reddē-

do,

do, niſi iuſta aliqua cauſa, aut inaduertentia excuſaret. Sicut ſi redderet in notabile damnum ſalutis propriæ. ita DD. apud Sãchez *lib.9.diſp.24 n 9 & 10.*

Sanchez.

Secundò colligitur, in balneis, vt ſtatim à balneis, non teneri coniugem reddere: quia graue affert periculum eo tempore copula. ita *D. Anton.* quem ſequitur Sanchez loc.cit.ſed *nu.5.*

D. Ant.

Tertiò colligitur, poſt prandium nuper deſumptum ſępè excuſari coniugem à reddendo debito: quia, teſte *Vegha de arte medendi lib.2. c.4.* dicit, qui cibo nuper deſumpto coierit, cruditatem patietur, aut ciborum corruptionem, niſi validus admodum fuerit, & is ſi multoties id ſeruauerit, manifeſtè lædetur. ita Paludanus, quem ſequitur Sanch. loc.cit. ſed *nu.4.*

Vegha. Palud. Sanchez.

Petes tertiò. An peccet lethaliter coniux ſe impotentem reddens ad debitum coniugale perſoluendum.

RE ſpondetur primò, ex communi DD. ſententia, teſte Sanchez *lib.9.diſp.3. n.2.* coniux ſcienter reddens ſe impotentem medijs illicitis ad debitum coniugale perſoluendum, lethaliter peccat, vt ſi vir crebrò ſe polluit, aut accedit ad alias fœminas, & aduertat ſe inde reddi notabiliter impotentem ad ſatisfaciendum moderatè vxori, vl-

Sanchez.

vltra crimen pollutionis, aut adulterij, admictere peculiarem culpam aliam aduerſus legem iuſtitiæ, qua tenetur aptum ſe debito coniugali reddendo præſeruare quare hæc circumſtantia eſt detegenda in confeſſione.

Reſpondetur ſecundò, quamuis media, quibus coniux efficitur notabiliter impotens, ſint aliàs licita, vt ſi ſint immoderata ieiunia, aut vigiliæ indiſcretæ, ſi aduertat, peccat. ita DD. apud *Sanchez* loc. cit. ſed *n*. 4. *Sanchez*.

Reſpondetur tertiò, coniux ſe extenuās, & debilitans abſque fraude, & bona fide, medijs honeſtis, vt ſeruans Eccleſię ieiunia, & alia moderata ex deuotione, & impendēs moderatè tempus honeſtis ſtudijs, & vacat culpa, quia ſic non efficitur impotens, ſed minus potens, nec tenetur cum ſpirituali iactura à ſpiritualibus operibus abſtinere, vt ſe potentiorem, & robuſtiorem conſeruet: ſicut nec tenetur deſiſtere ob eam cauſam à cæteris corporalibus exercitijs. ita DD. teſte *Sanchez* loc. cit. ſed *nu*. 5. *Sanchez*.

Quando autem abſtinentiæ, & vigiliæ cenſeantur limites prudentiæ excedere, atque immoderata eſſe, penſandum eſt, attēta viri conditione, alij enim alijs robuſtiores ſunt: & attenta vxoris conditione, quædam enim parcæ ſunt, aliæ verò venerem frequenter appetunt. Denique id pro regula

gula ſeruandum eſt, vt vir eas vires conſeruet, non extenuans eas abſtinentijs, & vigilijs, quibus indiget ad moderatè reddēdum vxori debitum, attenta eius conditione, & ne eam incontinentiæ periculo exponat. Similiter etiam non licet vxoribus. ita ſe abſtinentijs, & vigilijs dare, vt deformes, ac viris exoſæ reddantur; quia ipſis anſam prębent turpes alios amores quęrendi. ita DD. cit. à *Sanchez* loc. cit. ſed *nu.* 5.

Sanchez.

Reſpondetur quartò, non tenetur maritus vti calidis, vt potens ad copulam efficiatur, ſed ſuæ obligationi ſatisfacit ſi ſe impotentem minimè reddat: quia lex matrimonij tantum ipſum aſtringit, vt moderatè attentis ſuis viribus reddat, & ne huic obſtaculo ſit, nimijs vigilijs, & abſtinentijs: non ergo tenetur medijs aliquibus vti, vt potentior efficiatur. ita DD. apud *Sanchez* loc. cit. ſed *nu.* 6.

Sanchez.

Hoc intelligitur de rigore iuſtitiæ, aliquando verò tenetur vir lege charitatis vti medijs, vt potentior efficiatur: nempè dum ſine notabili detrimento corporeæ ſalutis id poteſt efficere, & vxor graue periculum patiatur incontinentiæ, niſi frequentius ſibi coniugali copula ſubueniatur. ita DD. cit. à *Sanchez lib. 9. diſp. 4. n. 6.*

Sanchez.

Pe-

Petes quartò. An quoties peccat coniux debitum exigens, peccet ſimiliter illud reddens, vel ſaltem iure poſſit debitum negare.

RESPONDETUR, ex communi DD. ſententia, teſte *Sanchez lib. 9. diſp. 6. nu. 4.* non quoties peccat coniux petens, delictum eſt alteri reddere. & eximitur à reddēdi obligatione, vt ſi vir affectu fornicario velit vxorem cognoſcere, & ita exigat lethaliter peccabit, at vxor tenebitur reddere; idem dicitur ſi vir exiſtimans matrimonium eſſe irritum ob impedimentum dirimens, petat, reus eſt culpæ mortalis, at vxor certò ſciens illud minimè ſubeſſe, non poteſt debitum negare, quia reddens debitum non cooperatur peccato exigentis, formaliter loquendo, quia tantum cooperatur actui ex ſua natura licitò coniugatis, & quē ipſe debet alteri reddere, quamuis aliundè ſit peccatum in altero coniuge exigere, at reddens non cooperatur peccato petitionis alterius, ſed ea ſuppoſita, cooperatur copulæ, quæ licita eſt, & à ſe debita. Confirmatur quia nec cooperatur directè, cum non incitet alium coniugem, vt peccat, nec indirectè, cum nec poſſit, nec teneatur vitare peccatum exigentis, quæ ambo deſiderantur ad indirectam cooperationē. *San. hez.*

Digitized by Google

Sanch. Verum ait *Sanchez*, præterea cum DD. à ſe cit. *lib.9.diſp.6. nu.5.* Quoties coniux exactus poteſt commodè, abſque timore odij, indignationis, & incontinentiæ alterius coniugis peccantis mortaliter in exactione, & abſque ſuo damno, teneri illum præcepto correctionis fraternæ ad auertendum alterum; quia lex charitatis obligat ad retrahendum proximum à peccato, vbi commodè fieri poteſt, ait denique *Sanchez* loco cit. rariſſimè ad hoc obligari vxorem, tùm quia poteſt moraliter uiri indignationem timere; tùm etiam quia moraliter poteſt credere uirum, qui contra uotum eſt ſacrilegus in petēdo, uel aliter admictit culpam lethalem petens, ita ardore carnis incenſum eſſe, ut facilè incontinentiæ periculum patiatur, negata ſibi copula: atque adeo moraliter non eſt ſpes emendæ, quæ deſideratur, ut præceptum correptionis obliget: imo eſt timor maioris damni.

Sanch. Reſpondetur ſecundò, ex *Sanchez* loc. cit. ſed *nu.6.* cum communi DD. ſententia quoties exigens ſolius culpæ uenialis reus eſt exigendo, reddens uacat culpa, & tenetur reddere; quia cum actus ille reddendi non ſit ex ſe, & intrinſecè malus, ob peccatum exigentis, poteſt ex cauſa iuſta excuſari à culpa illa ueniali, qua ad ſummum affici deberet propter cooperationem ad culpam exi-

Digitized by Google

exigentis venialem : ſemper autem in reddente, adeſt cauſa iuſta ad excuſandum à culpa illa veniali, ad quod non grauis cauſa deſideratur, adeſt enim cauſa, ne petenti diſpliceat, vel excitentur odia inter coniuges, & diſcordia.

Ex occaſione huius tractatus oritur pulchrum dubium, & eſt, an coniux qui poſt contractum matrimonium, cognouit conſaguineam ſuæ vxoris in primo, vel ſecundo gradu, amictat ius petendi debitum, itaut alter coniux, non ſolum non teneatur reddere debitum ratione adulterij, ſed etiam quia ipſe cognouit conſanguineam ſuam in primo, vel in ſecundo gradu, & quid dicendum ſi coniux innocens remictat ei adulterium, vel ſimile adulterium commictat, an teneatur in huiuſmodi caſibus debitum reddere?

RESpondetur coniugem cognoſcentem conſanguineam ſuæ vxoris in primo, vel ſecundo gradu amictere ius petendi debitum, vt ex *cap. diſcretionem, & cap. tuæ de eo, qui cognouit conſanguin.* & alterum coniugem nõ teneri reddere; nec tenetur alter coniux reddere debitum, ſcilicet, quãdo ipſe adulterium commictit, nam licèt detur compenſatio inter coniuges quando vterque coniux commictit adulterium, itaut neuter poſſit debitum negare, tamen quãdo con-

iux contraxit affinitatem vltra adulterium; non poteſt dari compenſatio ex adulterio alterius coniugis, nec poteſt condonare alter coniux pœnam delicti affinitatis contractæ etiam ſi nunquam commiſiſſet ipſe alterum adulterium, quia priuatio debiti ex affinitate contracti non eſt in fauorem innocentis, ſed in pœnam delicti, vt patet ex *cap.tranſmiſſæ de eo, qui cognouit conſanguin.* & conſequenter eſt perpetua, nec amictit ius negandi debitum alter coniux, ſi coniux ſciens, & prudens debitum petierit ab inceſtuoſo, quia vt doctum eſt, non poteſt alter coniux condonare delictum inceſtuoſum. Sanch. ita DD. apud *Sanchez lib.9. diſp.9. nu 9.*

Quod ſi coniux impetret diſpēſationem ad petendum debitum ſuper impedimento affinitatis, ſiue altero annuente, ſiuè renuente, iam deinceps non poterit ex hoc capite, illi negare debitum, dixi ex hoc capite ſcilicet ratione affinitatis, nam ratione adulterij poteſt coniux innocens negare debitum etiam impetrata diſpenſatione ad petendum debitum, ſi verò ipſe commiſit adulterium, vel remiſit illi adulterium, tūc tenetur reddere debitum, dum prius fuerit obtenta diſpenſatio ad petēdum debitum.

Reſpondetur tertiò, quando petens delinquit mortaliter ob aliquam circumſtātiam ipſius actus, & non ſolum ob circumſtan-

ſtantiam perſonalem, tunc etiam reddere eſt mortale, v.g. petit coniux in loco ſacro, aut publico, aut cum periculo abortus petitio illa non eſt illicita ob circumſtantiam tenentem ſe ex parte petentis, ſed ob circũſtantiam ipſius actus, qui repugnat ſanctitati loci ſacri, ipſumque polluit: aut ſi eſt in loco publico, aduerſatur honeſtati naturali: aut ſi eſt cum periculo abortus, eſt in dãnum tertij, ad cuius bonum actus ille ſuapte natura ordinatur, ac ſubinde ipſa redditio eandem malitiam habet.

Petes quintò. An ob dotem non ſolutam liceat viro negare alimenta, & cohabitationem vxori? ac proinde ipſam non traducere, ac iam traductam domo expellere?

RESpondetur, ex probabiliori DD. ſententia, teſte *Sanchez lib. 9. de matrim. diſput. 5. num. 17.* non poſſe virum non traducere ſponſam, vel traductam domo expellere ob dotem non ſolutam, & ratio à priori eſt, quia promiſſam dotem non ſolui, nihil ad ius cohabitandi attinet, quod non ex dotis ſolutione oritur, ſed ab ipſa lege naturali, & diuina, & in ipſo contractu matrimonij, ſicut, & obligatio reddendi debitum coniugale, ergo, ſicut non ſolutio dotis minimè eximit virum ab obligatione Sanch.

ne reddendi debitum, ita non eximet ab obligatione cohabitationis.

Confirmatur primò, quia Chriſtus Saluator noſter prohibuit *Matth.* 5. *Vxorem dimiſſi, excepta fornicationis cauſa*: nec hæc inter cauſas diuortij numeratur; ut patet ex *cap. porro de diuortijs*.

Matth. 5.

Confirmatur ſecundò, quia finis cohabitationis; præcipuus non eſt, vt uxor à uiro alatur, quod dos conſtituitur, ſed ut mutua ſibi obſequia præſtent ad prolis generationem, & commodam eius educationem.

Confirmatur tertiò, quia in cæteris contractibus nominatis agere tantum poſſunt contrahentes, ut altera pars impleat, non tamen ob id reſilire poteſt, ut ſi uendidi domum pecunia credita, alterum non ſoluentem termino præfixo, conuenire poſſum, non tamen poſſum recedere à uenditione, ſimiliter, ergo uir, cui promiſſa dos negatur, poterit aduerſus promiſſorem agere, ut ſeruet fidem, non tamen ei licebit pactum cohabitandi ex natura matrimonij infringere.

Ex quo

Sanchez. *Couarr.*

INfert *Sanchez* cum *Couarr.* ab ipſo cit. *nu.* 17. *in fine*, nec iudicis autoritate poſſe uxorem ob hanc cauſam expelli, quia non eſt ſufficiens cauſa.

Scio uerò adeſſe DD. pro contraria ſen-

ten-

Digitized by Google

tentia. Sed omnes Doctores conueniunt, teſte *Sanchez* loc.cit.*lib 9 diſp.5. nu.*1. in hoc, quod vir non poteſt debitum coniugale negare uxori ob dotem non ſolutam. *Sanchez.*

Dicunt etiam multi DD. cit. à *Sanchez* loco cit. ſed *num 6.* quod ſi uxor eſſet in obſequio viri, etiam dote non ſoluta teneretur vir illam alere, ſicut famulum quemcũque ſibi miniſtrantem, quia vxor tenetur, & dotem, & obſequia præſtare viro, quare alterum præſtando non liberatur vir ab illa alenda. *Sanchez.*

Alij DD. cit. à *Sanchez num.*7. quod ſi vir alat vxorem non dum ſoluta dote, nihilque proteſtetur, minimè poſſe petere alimenta ab ipſa vxore, vel à dotis promiſſore, videtur enim quod ſit facta donatio, medio affectu coniugali. *Sanchez.*

Quæritur vigeſimoſextò. Vtrum coniuges teneantur reddere debitum, quando adeſt ſcrupulus, ſuſpicio, dubtum, opinio, fides, ſeù credulitas, vel ſcientia de inualiditate matrimonij?

Antequam reſpondeam.

SVppono primò cum communi DD ſententia, teſte *Sanchez de matrim. lib.*2. *diſp.* 41. *nu.*2. *&c.* differre ſcientiam, fidem, ſeù credulitatem, opinionem, ſuſpicionem, du- *Sanch.*

bium, & ſcrupulum; quia ſcientia dicit cognitionem certam, ſaltem moraliter, itaut non ſit prudentis tunc formidare, fides, ſiuè credulitas, eſt aſſenſus certus, obſcurus tamen, habitus ex auctoritate alicuius illam rem affirmantis.

Opinio eſt aſſenſus vnius partis non firmus, & certus, ſed cum alterius formidine.

Suſpicio eſt quando intellectus in alteram partem magis inclinat, non tamen illi aſſentitur.

Dubium eſt, quando intellectus pendet in æquilibrio in neutram partem potius inclinans.

Scrupulus autem eſt apparentia aliqua contra id, quod aliquis credit, vel opinatur, vel dubitat, vel eſt aſſenſus ex leuibus coniecturis, vel eſt formido ſtans ſimul cum opinione oppoſita, vel eſt formido ita tenuis, vt ſit agendum contra eam, procedit enim ex quadam ignauia, & pauore.

Ad iudicandum autem, non iam attendendum eſt an adſit dubium, vel opinio, vel firmus aſſenſus, quam ad cauſas vnde oritur: poteſt enim aſſenſus ex tàm leuibus rationibus oriri, vt vir prudens potius ſcrupulum indicet, quam aliud, & è contra poſſunt adeo vrgere rationes ſcrupuli, vt potius ſit ſciētia, vel opinio, quam ſcrupulus.

Suppono ſecundò, ſcientiam, fidem, opinio-

nionem, & dubium poſſe eſſe, vel ſpeculatiuè, vel practicè: ſcientia ſpeculatiua eſt, quæ in communi dictat certò, & euidenter aliquid eſſe faciendum, vel eſſe peccatum: verbi gratia, eſſe vſurarium contractum, vel eſſe illicitum accedere ad non ſuam: & opinio ſpeculatiua eſt, quæ in communi dictat nõ certò, ſed ſub formidine, dubium autem eſt, quando in communi dubitatur: dicitur autem dubium rei, aut ſcientia, aut opinio rei ſecundum ſe.

Scientia autem practica eſt, quæ in ſingulari, & perpenſis omnibus circumſtantijs rei, dictat aliquid hic, & nunc eſſe licitum, vel illicitum, & opinio, quando quis opinatur hic, & nunc, an faciendum ſit, & dubium, quando dubitat an hic, & nunc ſit licitum: appellatur autem ſcientia, vel opinio, vel dubium rei in particulari reſpectu operantis, & ſic dicitur practica.

Obſeruandum tamen eſt, ex ſcientia, vel opinione, vel dubitatione ſpeculatiua, quã quis habet, teneri ſimile iudicium practicum formare: vt ſi ſpeculatiuè, & in communi ſciat aliquid eſſe vſuram, vel dubitet, tenetur practicè hic, & nunc ſcire, vel dubitare, niſi ratio aliqua ſpecialis cogat variare iudicium practicum. deuiat enim à recta ratione, me credere omnem hominem teneri reſtituere, & me in eodem caſu, abſque

que aliqua ſpeciali ratione eximere. Quod autem ob aliquam rationem variare poſſit iudicium hoc probatur, quia cum res morales ob circumſtantiam varientur, poteſt aliqua occurrere, quæ licitum mihi efficiat, quod in communi, & ex ſe illicitum eſt; vt poſſum ſcire in communi non licere rem alienam capere, at in particulari hic, & nũc mihi licere, quia extremè indigeo ſic DD. *Sanchez.* teſte *Sanchez lib. 2. de matrim. diſp. 41. nu. 5.*

Sanch. Vnde rectè ait idem *Sanchez* loc. cit. vt voluntas honeſtè operetur, oportere intellectum non eſſe practicè dubium, ſed iudicare determinatè hic, & nunc licere hanc operationem, quare qui dubitans practicè, aliquid operatur, peccat, quia manifeſtò ſe exponit periculo commictendi id peccatum, nam qui amat periculum peribit in il- *Eccleſ. 3.* lo: vt habetur *Eccleſiaſt. 3. Ratio Theologalis eſſe poteſt, quia, vt actus ſit bonus requiritur integra cauſa ex circumſtantijs, & obiecto*, ergo, vt actus bonus ſit, deſideratur cognitio boni: qui autem dubitat an ſit malum, non habet cognitionem boni, ergo, &c.

Hinc infertur operari contra dubium, reduci ad eam ſpeciem peccati, de qua dubitatur: vt ſi practicè dubitem an ſit furtum, & id commictam, erit furtum, vt ele- *Sanchez.* ganter tradit *Sanchez* loc. cit.

Secus eſt dicendum, quando quis proba-

bili-

biliter opinatur alteram partem minus tutam, tunc enim poteſt eam amplecti, & in hoc ſenſu tantum conſilium eſt amplecti id quod tutius eſt. ita communiter affirmāt DD. teſte *Sanchez* loc. cit. ſed *nu.9.*

His poſitis.

Alij verò DD. oppoſitum tenent, & primo quoad contractum commodati, quando commodatum eſt in gratiam ſolius cõmodantis, tunc ſi res pereat, aut deterior reddatur tenetur commodatarius ſolum de dolo, & lata culpa, vt in *l. ſi certo, §. interdum, ff. commodati.* Quando verò commodatum eſt, tàm in gratiam cõmodatarij, quàm commodantis, tũc commodatarius ſolum tenetur de dolo, lata culpa, & leui non au-

tem

Digitized by Google

tem leuiſſima, vt habetur in *l.in rebus,ff.commod.* & alij DD. quos citat *S. Fauſt in ſpeculo diſp.*12. *q.*7. *S. Fauſt.*

Quando verò commodatum eſt in gratiam ſolius commodantis communiter docent DD. teſte S.*Fauſt.in ſpeculo q* 12 *q.*7. *in fine*, teneri ad reſtitutionem etiam de leuiſſima culpa. *S. Fauſt.*

Non autem tenetur de caſu fortuito, niſi in tribus caſibus primo ſi id ab initio in pactum ſit. Secundò, ſi mora præcepit caſum fortuitum hoc eſt ſi tempore pręfinito cōmodatum non eſt redditum, & deinde caſu fortuito perijt apud commodatarium.

Vt autem commodatarius dicatur eſſe in mora in reddenda re commodata ſufficit, quod non reddat eam in termino aſſignato, tacitè, vel expreſſè, vt quando commodatur liber, vt tranſcribatur, tacitè intelligitur eſſe commodatus pro tanto tempore, quantum exigitur ad tranſcribendum. Tertiò, ſi culpa præceſſit caſum, hoc eſt, ſi commodatarius aliter, aut ad aliud, vſus eſt re commodata, quam ad id quod fuit conceſſa, idque fuit occaſio quod res periret, aut deterior redderetur, v. g. commodaui tibi equum, vt equitares per Vrbem, tu verò duxiſti in villam, ibique caſu perijt, vt rectè docet S.*Fauſt.*loc.cit. ſed *q.*9. *S. Fauſt.*

In præcario non tenetur ad reſtitutio-

nem, niſi de dolo, quia præcarium ſemper poteſt reuocari non autem commodatum. Panorm. ita *Panorm. c.1. de commodat.* & docet S. *Fauſt.* S. *Fauſt.* *quæſt.* 8.

Quoad contractum depoſiti teneri ad reſtitutionem ſi fiat in gratiam ſolius deponentis, vt regulariter fieri ſolet, ſolum de S. *Fauſt.* dolo, & lata culpa. ita DD. teſte S. *Fauſto in ſpeculo diſp.* 11.*q.*6. aliquando verò depoſitarius tenetur etiam de leui culpa, tribus de cauſis.

Primò, quando depoſitio cedit in commodum vtriuſque, vt ſi ob cuſtodiam depoſitarius aliquam mercedem accipiat, vt patet ex *l.* 1.*ff.de poſiti.*

Hinc ſartores, fullones, & ſimiles artifices, quibus res aliqua traditur pullienda, vel immutanda: & nautæ, aurigæ, caupones, & ſimiles apud quos res deponitur, tenentur ex culpa leui, quia depoſitum in ipNauarr. ſorum commodum vergit. ita docet *Nauar.* S. *Fauſt.* *cap.*4.*nu.*19.*& cap* 17.*nu.*182. ſic cit. à S. *Fauſt. in ſpeculo diſp.*11.*q.*8.

Secundò, quando pactum eſt, vt ex leui etiam culpa, tenetur, nam contractus ex cōS. *Fauſt.* uentione legem accipiunt. ita S. *Fauſt.* loco citato.

Tertiò, quando depoſitarius ſponte ſe offert ad cuſtodiam depoſiti, ob quod qui depoſuit, alteri diligentiori commictere omi-

Digitized by Google

omiſit. ita Rodriq. & Nauar. cit. à S. Fauſt. loco citato. Rodriq. Nau.

Petes tertiò. An aliquando depoſitarius teneatur ex culpa leuiſſima?

RESpondetur, teneri ex tribus cauſis.

Primò, quando ab initio contractus pactum fuit, vt ex culpa leuiſſima teneatur. ita *Nauarr. c. 17. n. 181.* Nauarr.

Secundò, quando præceſſit mora, seù culpa in reſtituendo depoſito. ita *Nauarr.* loco citato. Nau.

Tertiò, quando deponens diligentiſſimum depoſitarium inquirebat, & ipſe depoſitarius ſe obtulit cuſtodem, quare in cauſa fuit, quod deponens alteri diligentiſſimo committere omiſit. ita *Nau.* loc. cit. Nau.

Idem dicitur de caſu fortuito, nempè, tunc teneri depoſitarium ad reſtitutionem ex caſu fortuito, quando pactum interuenit de caſu fortuito, vel quando mora reſtituendi caſum fortuitum præceſſit. ita *Nau.* loc. cit. Nau.

Petes quartò. Quid ſit culpa lata, leuis leuiſſima, & caſus fortuitus?

RESpondetur, ex S. *Fauſto diſp. 5. q. 8. in ſpeculo*, culpa lata eſt deuiatio inconſide- S. Fauſt.

Digitized by Google

rata ab eâ diligentia quam homines eiuſdem conditionis in tali re communiter adhibere ſolent, vel lata ſecundum *Nauar. capit.* 17. *nu.*178. eſt illa quam regulariter omnes communiter vitant.

Nauar.

Nau. Culpa leuis ſecundum *Nauarr.* loc.cit.eſt illa quam regulariter homines illius artis, vel profeſſionis euitant, vt ſi librum accomodatum in cella, oſtio tamen aperto reliqui, qui liber inde furto eſt ſublatus, hoc furtum dicitur factum eſſe ex mea culpa leui, quia non feci, quod diligens feciſſet in eo ſeruando.

Nau. Culpa autem leuiſſima ſecundum *Nauarr.* loc.cit. eſt illa quam homines diligentiſſimi vitare ſolent, vt ſi librum accomodatum intra domum reliqui, quam claue obſeraui, ſed tamen non tentaui manu, an benè eſſet obſerata, deinde accidit, vt veniens fur apertam inueniens domum, librum furatus fuit: hoc furtum dicitur accidiſſe ex mea culpa leuiſſima, quia non feci quod diligentiſſimus, & maximi circumſpertus feciſſet in eo cuſtodiendo.

Caſus verò fortuitus eſt inopinatæ rei euentus, qui prȩuideri etiam per diligentiſſimum non poteſt, vt naufragium, terremotus, grandines, latronum incurſus, & id genus alia.

Quæ

Quæritur trigeſimoſextò. Quidam confeſſbrius non impoſuit pœnitentiam, quando excepit confeſſionem Titij, v.g. quia oblitus fuit, poſt aliquod tempus Titius, qui fuit abſolutus ab illo confeſſario, recordatur non fuiſſe illi impoſitam pœnitentiam à confeſſario, an teneatur, repetere confeſſionem, ad finem recipiendi pœnitentiam, an verò teneatur adire illum confeſsarium, qui audiuit eius cōfeſſionem, ad hoc, vt ſibi faciat imponere pœnitentiam, & an poſſit confeſsarius extra confeſſionem imponere pœnitentiam? & quid dicendum, ſi confeſsarius non recordetur peccata, quæ audiuit?

REſpondetur, non teneri repetere peccata ad finem, vt adimpleat pœnitentiam, cuius confeſſarius fuit oblitus ei imponere, tùm quia ſatisfactio non eſt pars eſſentialis ſacramenti pœnitentiæ, ſed tãtum eſt pars integralis, tùm quia medijs alijs operibus ſtudioſis poteſt pœnitens ſatisfacere ſuis peccatis, hoc colligo à ſimili, nempè quando pœnitens oblitus eſt pœnitentiæ impoſitæ à confeſſario antequam illam impleat, quandoquidem DD. teſte Suarez *Suar.* *tom. 4. 3. part. diſp. 22. ſect. 7. num. 5.* dicunt non teneri pœnitentem iterum peccata confeſſa confiteri, quando oblitus eſt pœnitentiæ impoſitæ à confeſſario, etiam ſi in dilatione executionis pœnitẽtiæ peccauerit mor-

taliter, ex qua dilatione orta eſt obliuio pęnitentiæ, nec tenetur aliud inſtituere, vel ſuſcipere loco illius, quia humana præcepta ad hoc non obligant. vt ſupra dixi, & docet *Suarez* loc.cit.

Suar.

Addo ego, ſi commodè poteſt, teneri pęnitentem adire confeſſarium cui aperuit peccata ſua, ad hoc, vt accipiat ab ipſo pœnitentiam, cuius confeſſarius fuit oblitus ei imponere; quod ſi confeſſarius ex diuturnitate temporis, nullam confuſam ſpeciem habet peccatorum, quæ audiuit, non mihi videtur confeſſarium teneri imponere illi pęnitentiam, tùm quia moraliter eſt completum iudicium, tùm quia, non poteſt imponere condignam pœnitentiam, dum, eſt immemor peccatorum, quæ audiuit.

Quod ſi confeſſarius in mente habeat ſpecies peccatorum, ſaltem confusè, teneri imponere pœnitentiam, ad hoc, vt fiat integrum ſacramentum pęnitentiæ, ſed quãdo eſt prorſus immemor peccatorum, quę audiuit licèt mihi videatur non teneri imponere eiuſmodi pœnitentiam, tamen benè facere aliquod pęnitentem, quam nihil; hanc doctrinam non inueni tactam à DD. idcirco me ſubijcio doctiori iudicio.

Quæ-

Digitized by Google

Quæritur trigeſimoſeptimò. Quomodo ſe gerere debeat confeſsarius, quando excepit confeſſionem hominis, vel mulieris mutæ, ac lingua carentis?

RESpondetur, ex *Caiet. in ſumma verbo confeſsio*, quod mutus à natiuitate confiteri tenetur per nutus, & ſigna, vt melius poteſt. is autem, qui poſtea factus eſt mutus, ſi ſcit legere tenetur confiteri modo quo poteſt. *Caiet.*

Poteſt autem ſine periculo vllo publici ſigni confiteri hoc modo, vt habeat vnum folium, in quo ſint à quocunque ſcripta nomina omnium ſpecierum peccatorum mortalium, & circumſtantiarum neceſſarium, & vnum aliud in quo ſint numeri: & rurſus habeat aliquas ſchedulas: in vna cõtineatur, commiſit, in alia æſtimo, ſeù credo: in alia dubito: in alia non recordor. & ſic poſſet completè confiteri, monſtrando digito in folio peccatum de quo remordet ipſum conſcientia, & ſimiliter eius circumſtantiam, & ſimiliter numerum, & ſi eſt numerus non certus, ſed æſtimatus, poteſt ſimul moſtrando numerum mõſtrare ſchedulam, ęſtimo. & iuxta hunc modum etiam ſi inter loquendum ſubito moreretur, nulla ſequi poteſt manifeſtatio cuiuſque pec-

cati.& propterea non excuſaretur à præcepto confitendi mutus negligens ſic, vel alio modo confiteri, ſi per nutus impotens eſt confeſſionem perficere integram. hæc *Caiet.*loc.cit.

Quæritur trigeſimo octauo. An confeſſarius poſſit licitè abſoluere à vinculo excommunicationis pœnitentem abſentem? puta, quando confeſſarius malè, ac inualidè abſoluit pœnitentem à vinculo excommunicationis?

RESpondetur primò, certiſſimum eſſe, non poſſe confeſſarium pœnitētem abſentem abſoluere à peccato annexo excommunicationi, vt prohibuit *Clem. VIII.ſub excommunicatione.* *Clem. 8.*

Reſpondetur ſecundò, ſi poteſtas abſoluendi ab excommunicatione, non eſſet reſtricta ad ſacramentum pœnitentiæ, itaut non poſſit confeſſarius impendere abſolutionem erga innodatum eiuſmodi cenſura, niſi eum abſoluat ſimul à peccatis etiam, tunc ferri poteſt abſolutio ab excommunicatione in abſentem, & ignorantem, & exiſtentem in peccato mortali, alioqui, niſi illum abſolueret, eſſet in cauſa, vt pœnitens priuaretur Eccleſiæ ſuffragijs. ita *Bonac. de pœnit.diſp.5.q.7 punt.6.num.1.& 2. Suarez in 3. part.tom.4.diſp.32.ſect.6.nu.2. Nauarr.in ſumma cap.* *Suar. Bonac. Nau.*

*cap.26.num.16. Coninchus diſp.8.dub.17.nu.141. Filijucc.tract.7.c.12.q.6. nu.*370. & alij. *Coninch. Filijucc.*

Addo ego, quando ſuperior habẽs eiuſmodi poteſtatem abſoluendi ab excommunicatione,non audita confeſſione,& homo ſcit ſe eſſe excommunicatum,puta quia fuit per cedolones excommunicatus,non expedire, abſentem abſoluere ab excommunicatione, tùm quia non conſtaret, aliquo modò in foro exteriori, huiuſmodi hominem excommunicatum fuiſſe abſolutum, & conſequenter excluderent illum à conſortio,tùm quia ille licitè diebus feſtis omicteret Miſſam, putans ſe eſſe excommunicatum, dum neſcit fuiſſe abſolutum ab excõmunicatione, ac proinde operepretium eſt coram ipſo abſolutionem ab excommunicatione impendere.

Quando verò moraliter eius præſentia haberi non poteſt,tunc ferri debet abſolutio in abſentem, ne priuaretur Eccleſiæ ſuffragijs, & quando poteſt nuncium micti ad illum, ad hoc, vt ſciat iam fuiſſe abſolutum ab excommunicatione à ſuperiore, hoc fieri debet ne omicteret Miſſas diebus præceptis.

Sed difficultas eſt, quomodo ſe gerere debeat confeſſarius quando abſoluit pœnitentem à reſeruatis, quæ nõ poterat abſoluere,quia carebat autoritate?

Re-

RESpondetur, debere confeſſarium imprimis obtinere autoritatem abſoluẽdi à ſuperiore. Secundò, debet petere prius ab illo licentiam loquendi de peccatis in confeſſione apertis, & deinde debet illum abſoluere, ſi hoc fieri poterit ſine ſcandalo. Secus relinquat illum in bona fide, nam pęnitens conſtituetur in gratia per aliam cõfeſſionem alteri faciendam, per quam ex attrito fiet contritus, & conſequenter non patietur aliquod detrimentum ſpirituale ex abſolutione inualidè collata; & etiam dico ego contingere potuit, vt iam recepiſſet gratiam, puta ex abſolutione aliorum peccatorum, ſuper quibus confeſſarius habebat auctoritatem abſoluẽdi, nam indirectè reſeruata fuerunt abſoluta.

Henriq. Bonac. Ita *Henriquez lib. 4. cap. 12. num. 5.* circa finem, & alij apud *Henriquez*, & apud *Bonac. de pœnit. diſp. 5. q. 7. punt. 6. nu. 2.* & alij. Excuſatur confeſſor, ſi timet probabile ſcandalum, vel graue nocumentum ſibi, nempè non teneri ad monendum pœnitentem de inualida abſolutione.

Quæritur trigeſimonono. Quomodo ſe gerere debeat confeſſarius, erga pœnitentes, qui volunt facere indiſcretas pœnitentias ſuorum peccatorum?

Rodriq. RESpondetur, ex *Rodriq. tract. 5. cap. 7* de obedientia, debere confeſſarium eis oſten-

oſtendere fructum obedientiæ, ac eis perſuadere magis eſſe meritorium obedire ſuperiori, quam v.g. ieiunare ob propriam voluntatem, & ſine meritò obedientiæ, iuxta illud ſcripturæ, & in ieiuniis veſtris inuenitur voluntas veſtra. Ratio eſt, quia qui volũtatem efficacem habet exequendi aliquod opus ſtudioſum propter amorem Dei, & non poteſt illud facere, quia à ſuperiore prohibetur, non ſolum habet meritum apud Deum, de illa efficaci voluntate, quã habebat exequendi, tale opus, ſed etiam habet meritum obedientię, quod meritum non habet is, qui actu, v.g. ieiunat, ſine obedientia Superioris, quandoquidem ſolum habet meritum ieiunij.

Hoc totum patet, ex *libro 4. reuelat. Sanctæ Brigittæ c.26.* & hæc ſunt formalia verba.

[Multa ſunt virtuoſa opera, non tamen omnia merentur mercedem cœleſtem, niſi diſcretę fiant. Nam ieiunare, orare, viſitare loca Sanctorum, virtuoſa opera ſunt, ſed niſi eo animo fiant, vt credat ſe homo humilitate penetrare cœlos, ſeruumque inutilem ad omnia, & diſcretionem habeat in omnibus, modicum valeat ad æterna. Ecce ſi videris duos homines, alius eſt ſub obedientia, alius in libera poteſtate. Si ille, qui liber eſt ieiunat, ſimplicem habebit mercedem. Si autem ille, qui ſub obedientia come-

me-

medit illo die ieiunij carnes ſecundum inſtitutionem regulæ, propter obedientiam, attamen libentius ieiunarent, ſi non obſiſteret obedientia. ipſe habebit mercedem duplicem, vnam propter obedientiã, aliam propter dilationem deſiderij ſui, & non impletionem voluntatis ſuæ.

Ex his.

COlligere poſſumus magis eſſe laudabile, ac meritorium aliquid facere ex voto, quam abſque illo, ſicut enim quis plus alicui donaret, qui largiretur cum fructibus arborem, quam qui tantummodo fructus, vt teſtis *D. Anſelm. lib. 1. de ſimilitudinibus c.* 84. ſic quoque, qui voto aſtrictus eſt Deo aliquid impendit, non ſuæ volũtatis actum ſolum ei confert, ſed, & poteſtatem adiũgit, ſuamque libertatem, ac voluntatem emancipatã Deo tradit, vt nequeat deinceps iure ſecus facere. idem probat *D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 6. & Sotus de iuſt. & iure lib. 7. q. 2. art. 4.*

D. Anſel

D. Thom.

Soto.

Quæritur quatrageſimo. Quidam homo vouit caſtitatem, & deinde commiſit multas fornicationes, adulteria, &c. & dum dicta peccata commiſit erat immemor voti quod emiſerat an duplex peccatum, commiſerit, nempè vnum peccatum fornicationis, alterum ſacrilegij, ac violationis voti caſtitatis?

Re-

REſpondetur, ex *Sanchez in ſumma lib.4. cap.22.nu.*18.non commictere duplex peccatum, nempè vnum fornicationis, vel adulterij, & aliud violationis voti, quando fuit immemor voti, cum commiſit fornicationē,vel adulteriū, quia,ait *Sanch.*lo.cit. naturalis obliuio æquiparatur ignorantiæ inuincibili, & æque excuſant ab eius tranſgreſſione;& dicit præterea *Sanchez*, etiam ſi ſit votum pœnale, ſcilicet ſoluēdi aliquam quantitatem nummorum quoties commictitur adulterium, vel fornicatio, nempè non teneri quemlibet ſoluere eiuſmodi pęnam,quando fuit immemor voti, cum incidit in dicta peccata; & dicit *Sanchez* loco citat. hanc eſſe probabiliorem ſententiam. *Sanchez.* *Sanchez.* *Sanchez.*

Sed maior difficultas eſt,de voto pœnali; ſi adſit memoria voti, non tamen pœnæ an incurrat pœnam violando votum?

REſpondetur, ex *Sanchez in ſumma lib.4. cap.22.num.*19.incurrere pœnam,violando votum, quando quis non eſt immemor voti, ſed tantum eſt immemor ſolius pœnæ; Verum ait idem *Sanchez* loc. cit. quod quando pœna voto promiſſa eſſet grauiſſima, & extraordinaria, qualis eſt religionis,caſtitatis,peregrinationis,hieroſolymitanæ, &c. probabile eſſe eam non in- *Sanchez* *Sanch.*

Digitized by Google

incurri. Secus quando pœna non eſt exorbitans, & extraordinaria.

Quæritur quadrageſimoprimo. An qui emiſit votum caſtitatis, agat contra votum, ſi citra copulam committat alia peccata, puta peccatum tactus, oſculi, &c.

Sanchez. RESpondetur, ex communi DD. ſententia, teſte *Sãchez in ſum. lib. 5. c. 6 n. 9.* quod qui emiſit votum caſtitatis debet abſtineri ab omni actu venereo, ſiuè interno, ſiuè externo, aduerſo caſtitati, vt à turpibus cogitationibus, delectatione moroſa, à pollutione, à turpi contactu, ab impudico aſpectu, & à quocũque coitu, in quo obligationi iuris diuini naturalis, hæc omnia extra coniugium interdicẽtis, addit nouam obligationem, cuius tranſgreſſio circumſtantiam ſacrilegij ſpecie diuerſam neceſſariò explicandam in confeſſione continet. ita tamen vt malitia ſacrilegij ſit mortalis in ijs ſolis actibus, in quibus malitia libidinis eſt in quocunque ſeculari mortalis, venialis verò, in quibus illa eſt venialis.

Quæritur quadrageſimoſecundò. An ſint licita oſcula inter ſponſos conſanguineos, ante impetratam diſpenſationem?

An-

Digitized by Google

Antequam reſpondeam.

PRimò ſupponendum eſt ſponſalia conditionalia, non eſſe vera ſponſalia, ante impletam conditionem, & in hoc conueniunt omnes DD. teſte *Sanchez lib.5. diſp.5. nu.22.* quia deficit conſenſus perfectus conditione non dum impleta, vt conſtat ex *c.1. de ſponſalibus in 6.* vbi, ex ſponſalibus conditionalibus deciditur ante impletam conditionem non oriri impedimentum publicæ honeſtatis, eo quod nondum valida ſint defectu conſenſus. *Sanch.*

Secundò ſupponendum eſt, poſt impletam diſpenſationem, ſeù impleta conditione, eſſe vera ſponſalia, ſaltem ſi contrahentes ratificent ſpõſalia, vt docent multi DD. teſte *Sanchez* loc.cit.ſed *num.23* ſed alij DD. probabilius tenent apud *Sanchez* loc. citat. non eſſe neceſſariam eiuſmodi ratificationem, ſed dicunt impleta conditione abſque alio conſenſu, ſponſalia purificari, & eſſe vera ſponſalia, quod ego intendo poſtquam, ordinarius fecit decretum diſpenſationis; Ratio mihi eſt, quia Summus Pontifex executionem diſpenſationis commictit ordinario, & in diplomate aliud non habetur, niſi mandatum ad diſpenſandum commiſſum ordinario loci. *Sanchez.*

Con-

Digitized by Google

Confirmatur, nam ſi conſanguinei, vel affines, rem haberent inter ipſos, antequam ordinarius executioni mandaret breue Pōtificium, vtique incurrerent peccatum inceſtus, quod non accideret, ſi rem haberent poſt decretum diſpenſationis factum ab ordinario, antequam contraherent matrimonium, licet peccarent mortaliter peccato fornicationis; non autem peccarent peccato inceſtus; vt patet ex communi DD. ſententia, teſte *Sanchez de matrim. lib. 7. diſp. 5. n. 6.* & ratio eſt, quia tota ratio inceſtus dependet à prohibitione matrimonij, ergo ſublata prohibitione matrimonij, inter aliquos conſanguineos, ſiuè diſpenſatione ſpeciali pontificia, ſiuê derogatione legis dirimentis in illo gradu, iam amplius coitus in illo gradu non eſt inceſtus.

Sanchez.

Supponendum eſt tertiò promiſſionem matrimonij inter affines, vel conſanguineos non expreſſa ea conditione ſi Pontifex diſpenſauerit, non intelligi, perinde, ac ſi expreſſa eſſet, vt probabilius docēt DD. quos ſequitur *Sanchez lib. 5. de matrim. diſp. 5. nu. 26.* quia ea conditio non expreſſa, eſt aduerſa bonis moribus; alij verò DD. teſte eodem *Sanchez* loc. cit. ſed *num. 25.* docent, etiam ſi non exprimatur conditio ſi Papa diſpenſauerit intelligi.

Sanchez.

Sanchez.

Sed re vera quando inita promiſſione

ab-

abſoluta inter conſanguineos, tractant de impetranda diſpenſatione, iam tacitè ineſt ea conditio, & obligabit promiſſio, cum in ea promiſſione adhuc perſeuerent, vt rectè docet *Sanchez* loc. cit. ſed *nu.* 27. *Sanchez*

Hinc

HAbes, quod aliud eſt promiſſio contrahendi matrimonium, alia ſunt ſpōſalia, ſponſalia enim includunt promiſſionem mutuam, ſed promiſſio etiam acceptata de contrahendo matrimonio non habet vim ſponſalium, vt patet in ſponſalibus conditionalibus, quandoquidem ante impletam conditionem, quis tenetur ſeruare promiſſionem ex vi promiſſionis, non autem ex vi ſponſalium.

Præterea ex veris ſponſalibus oritur impedimentum publicæ honeſtatis, non autem ex ſponſalibus conditionalibus, vt dictum eſt ſupra, & patet ex *cap.* 1. *de ſponſalib. in 6.* nec ex promiſſione ſimpliciter oritur impedimentum publicæ honeſtatis, in hoc ſenſu, nempè non ſemper quod quis tenetur ſeruare promiſſionem cōtrahendi matrimonium ſemper contrahere poteſt impedimentū publicæ honeſtatis ex tali promiſſione etiam acceptata ab alio contrahente, vt liquet in ſponſalibus conditionalibus, nam in dicto caſu, ſponſalia nō tenent ante impletam conditionem, ſed tenet pro-

 miſ-

Digitized by Google

miſſio,non ex vi ſponſalium, quia ſponſalia conditionata non ſunt vera ſponſalia, ſed ex vi promiſſionis.

Præterea per ſponſalia, vt infra dicitur, acquiritur ius tangendi, & oſculandi, non autem ex vi promiſſionis, etiam acceptatæ ab alio contrahente, oritur ius tangendi, & oſculandi. nam vt dictum eſt ſupra, poteſt obligare promiſsio, de contrahendo matrimonio ex vi promiſsionis, non autem ex vi ſponſalium.

Supponendum eſt quartò, ex communi Sanchez. DD. ſententia. teſte *Sanchez de matrim. lib. 9. diſp. 46. nu. 48. & 49.* ſponſis eſſe licita oſcula, amplexus, alioſque actus non impudicos, ratione contractus ſponſalium inter ipſos initi, quamuis ſponſi intenderent eam delectationem ſenſitiuam, quæ ex ipſis amplexibus, & oſculis oritur; modò abſit periculum pollutionis, vel conſenſus in eam.

Si verò ſponſi intenderent eam delectationem ſenſitiuam, quæ ex ipſis amplexibus oritur, non peccarent mortaliter, ſed tantum venialiter, ſed ſi ad fouēdum amorem in ordine ad matrimonium contrahēdum id facerent, nullum peccatum com-Sanch. mitterent. ita DD. cit. à *Sanchez*.

Tactus verò impudicos nullatenus eſſe licitos ſponſis de futuro, quia proximiores ſunt copulæ. Vnde aduerti debere, non eſ-
ſe

ſe permictendum, vt ſponſi ſoli remaneant in aliquo cubiculo, ſeorſum ab alijs, tum cauſa euitandi periculum copulæ, vel tactum impudicorum.

Similiter licere ſponſis aſpectus, & colloquia mutua, vt ait *Nauar.* cit. à *Sanchez lib. 9. c. 46. nu. 54.* & licere frui voluptate, quæ inde naſcitur, ſecluſo periculo pollutionis, vel conſenſus in eam, vt ait idem *Nauarr.* cit. Si voluptas ſit finis, erit culpa venialis, ſi adſit finis honeſtus nullum peccatũ erit. *Nau. Sanch.*

His poſitis.

Reſpondetur, ex communi DD. ſententia, nemine diſcrepante, teſte *Sanchez lib. 5. de matrim. diſp. 5. nu. 38.* non licere tactus & oſcula inter impeditos promictentes ſibi matrimonium præmiſſa diſpenſatione, ante diſpenſationem impetratam à Summo Pontifice, & exequutam ab ordinario. *Sanchez.*

Idem dicendum eſt, impetrata diſpenſatione, & exequuta ab ordinario, dum non eſt ratificatus prior ille conſenſus iuxtà opinionem quam retuli ſupra, at retenta contraria opinione, nempè non eſſe neceſſarium nouum conſenſum, eſſe vera ſponſalia exequuta diſpenſatione ab ordinario, & cõſequenter dicendum eſt licere illis amplexus, & oſcula, eo modo quo licent ſponſis de futuro.

Idem dicendum eſt in quibuſcunque

ſponſalibus conditionalibus.nimirum,ante impletam conditionem, non licere hos actus, & oſcula: benè autem impleta conditione.

Quæritur quatrageſimotertiò. Qui actus ſunt liciti coniugibus, itaut fieri poſſint ab ipſis ſine peccato mortali, & non in ordine ad copulam? & primo petitur. Vtrum liceat coniugibus moroſè delectari, ſecluſo periculo pollutionis, in copula cogitata tamquam præſenti, dum abſentes ſunt, aut eo tempore, & in loco, in quo copulam exercere non poſſunt?

Sanch. REſpondetur, ex communi DD. ſententia, teſte *Sanchez lib. 9. de matrim. diſp. 44. nu.* 3. non eſſe culpam læthalem quidquid dicant alij in oppoſitum, quia conſenſus in delectationem nequit grauior eſſe, quam conſenſus in actum de quo capitur. teſte *D. Auguſt. lib.* 12. *de Trinit. c.* 12. *tom.* 3. ſic cit. à *Sanchez*, ſed copula, de qua eſt ea delectatio, eſt licita inter coniuges. ergo ex hac parte non eſt culpabilis delectatio, ſed quia talis delectatio nõ eſt propter bonum prolis, idcircò quaſi ſemper, committitur peccatum veniale ex tali delectatione de copula tamquam præſenti cogitata, dum alter coniux eſt abſens, vel non fit in ordine ad copulam exercendam. *D. Aug. Sanchez.*

Idem

Digitized by Google

Idem aſſerendum eſt, quamuis ex ea delectatione conſurgeret commotio, & alteratio, abſque pollutionis periculo, nempè non eſſe culpam læthalem conſenſum in illam, eſt autem culpa venialis conſenſus in eam delectationem: quia caret debito ſine, ad quem actus coniugalis à natura ipſa dirigitur. ita DD. apud *Sanchez* loc. cit. ſed *n.* 5. *Sanchez.*

Petitur ſecundò. An tactus, aſpectus, & verba turpia inter coniuges ſint licita, ſecluſo periculo pollutionis, quando fiunt ob ſolam voluptatem in ipſis captandam, abſque animo perueniendi ad copulam?

Reſpondetur, ex communi DD. ſententia. teſte *Sanchez lib. 9. de matrim. diſp. 44. num. 12. & 13.* eſſe culpam venialem ratione indebiti finis, ſcilicet ratione delectationis nō in ordine ad copulam, & quoad tactus etiam ſi ſint in partibus pudendis nō excedere culpam venialem ſecluſo pollutionis periculo, vt docet *Sāchez* cum DD. à ſe cit. *lib. 9. diſp. 44. nu. 12. & diſp. 13. nu. 5.* *Sanchez.* *Sanchez.*

Si tactus, aſpectus, & verba turpia fiant in ordine ad copulam exercendam, cauſa iuuandi naturam vacare culpa, vt rectè docent DD. teſte *Sanchez lib. 9. diſp. 44. nu. 8.* adduntpræterea *Zanardus, Sylvius, Salas, & Filiuc-* *Sanch.* *Zanard.* *Sylu.*

Iuuccius cit. à *Diana tom. 2. tract. 4. de ſacram. reſol. 225.* non eſſe peccatum mortale ſi coniuges inter ſe tangant, & oſculentur pudēda propter ſolam voluptatem, & non in ordine ad copulam hoc intelligitur ſecluſo periculo pollutionis. quicquid dicant alij in oppoſitum.

Petitur tertiò. An quando vir poſt matrimonium in eam impotentiam incidit, vt intra vas fœmineum ſeminare nequeat: vel fœmina, ita arcta effecta eſt, vt ſemen recipere non valeat, vel receptum minimè retineat, liceat illis coniugalis acceſſus cum periculo illius externæ ſeminationis?

Sanch. RESpondetur primò, ex communi DD. ſententia. teſte Sanchez *lib. 9. de matrim. diſp. 18. num. 20.* Si de poteſtate ſeminandi intra vas, ſiuè ex viri imbeccilitate, alioue morbo, vt quia membro virili truncatus eſt, aut foramen habet in ſuperiori membri parte, qua vrina, ſemenque exeunt, aut ex ſuperuenienti ſemine arctitudine, prorſus deſperatum ſit, nequaquam licitus erit coniugalis acceſſus cum hoc periculo.

Reſpondetur ſecundò, his coniugibus licitos eſſe tactus, ſi pollutionis periculum abſit: quia ſunt veri coniuges, talibus autem copula, & tactus permiſſa ſunt, & licèt ad copulam coniugalem, tamquam impoſſi-

ſi-

ſibilem eos referre nequeant, at poſſunt ad concupiſcentiam carnis, ſedandam, & ad amoris mutui ſigna præbenda referre. eſt communis DD. ſententia apud *Sanchez* loc. cit. ſed *nu.* 21. *Sanchez.*

Reſpondetur tertiò, vbi probabilis ſeminandi intra vas ſpes ſubeſt, licitum eſt ad id conari, quamuis per accidens, ac pręter intentionem ſequatur externa illa effuſio: quia *cap. laudabilem de frigidis*, & maleficiatis conceditur triennalis experientia coniugibus dubitantibus num impotentia perpetua ſit, ac ſubinde, an matrimonium valuerit, & tamen illo ſpatio conſtat, aut ſemper, aut ſæpè fore, vt ſemen extra vas decidat, & ſtante tali periculo eſt licitum conari ad copulam, iureque approbatur: quia eo manente dubio coniuges ius habent in matrimonio perſeuerandi, idque impedimētum inueſtigandi, quod fieri ſufficienter nequit, niſi operi coniugali vacando. Fortius ergo in noſtro caſu id licebit, vbi valor matrimonij eſt certus, ac proinde certius, & fortius ius coniuges habent coniugali copulæ vacandi, experiendique, num impotentia illa ſeminandi intra vas, perpetua ſit. eſt cōmunis DD. ſententia. teſte *Sanchez lib. 9. diſp.* 18. *nu.* 22. *Sanchez.*

Docet *Caietan. Nauarr.* & alij cit. à *Sanchez* loc. cit. cuidam accidiſſe, vt per multos an- *Caiet. Nau. Sanch.*

Digitized by Google

nos intra vas effundere ſemen minimè potuerit, ac ſex annis tranſactis potuiſſe, & interim, aiũt, conando minimè deliquiſſe.

Idem dicendum eſt de ſenibus, quibus vires, & poteſtas ſeminandi intra vas deficiunt; ſi enim conſtat impotentiam eſſe perpetuam, tactibus citra pollutionis periculum vti poterunt iuxta ſupradicta, non autem copula cum eo periculo fundendi ſemen extra. Si autem ſubſit aliqua ſpes intra ſeminandi, aut aliquando, licèt vix intra ſeminent licebit copula vti cum eo periculo iuxta reſponſionem tertiam, & quamuis, vbi non conſtat impotentiam eſſe perpetuam, ſi vir ſibi perſuadeat fore, vt illa vice qua congreditur, non poſsit intra vas ſeminare, poteſt depoſita conſcientia accedere ad vxorem tum quia certus eſſe nequit, fieri enim poterit, vt præ voluptate coitus, membrum vires aſſumat, erigaturque, atque ita poſsit vas penetrare, & intra effundere. Tùm etiam quia vir potens ſeminare intra, poteſt etiam conari, alioqui grauiſsimis vrgebitur ſcrupulis, ac in magnas anguas anguſtias redigeretur, ſi tunc ſibi cõgrediendi nefas ſit, vt rectè docet *Sanchez* loc. cit. ſed *nu.* 23. *Sanchez.*

Idem videtur prima fronte dicendum, vbi fœmina intra vas, receptum ſemen retinere non poſſet, ſed prorſus expelleret,

nec

nec ſpes retinendi ſupereſſet. Quod perinde ſit ſemen intra vas non recipere, ac receptum non retinere. at cenſet *Pater Sanch.* loc.cit. ſed *num.24.* nullatenus interdicendum eſſe coniugij vſum, ſed idem de his dicendum, ac de coniugibus verè potentibus, quod perfecta copula coniugalis habeatur intra vas, atque per accidens eueniat ſeminis legitimè recepti expulſio, quia ſæpè matrix retinet neceſſarium ad generationem, ſuperfluo expulſo, vt docent DD. cit.à *Sanchez* loc.cit.ſed *nu.25.* *Sanchez.*

Petitur quartò. Quanto temporis ſpatio liceat conari ad copulam, & experiri, vbi dubium eſt de prædicta impotentia?

RESpondetur, tamdiù id licere, quamdiù eſt probabilis ſpes ſeminandi intra vas. ita DD. teſte *Sanchez* loc. cit. ſed *nu.26.* vbi citat *Caiet.* ſequutum ab alijs DD. vbi dicit impotentem, qui per ſex annos expertus fuit, & tandem potuit, eo medio tempore conando ad copulam minimè deliquiſſe. Quando autem non eſſet ea probabilitas, ſed omnibus circumſtantijs conſideratis eſſet omninò dubium de impotentiæ perpetuitate, nullam aliã moram præſcribi poſſe, quam eam, quæ præſcripta eſt, *cap. laudabilem, & maleſic.* nempè, vt trien- *Sanchez. Caiet.*

nalis

nalis experientia concedatur. & quamuis in eo ſermo ſit, vbi eſt dubium de impotentia pręcedenti matrimonium, & conſequēter de eius valore. in præſenti autem certum eſt matrimonium, & ſolum dubitatur de impotentia ſuperuenienti: cum tamen vtrobique dubitetur de impotentiæ perpetuitate, in priori caſu ad dirimēdum matrimonium, in poſteriori autem ad diſſoluendum ſolum quoad copulam, meritò legitima, ac ſufficiens, illo triennij ſpatio capietur experientia in vtroque caſu, perpetua neſſit impotentia, an temporalis.

Sanchez. An verò idem tempus in ſenibus expectetur, ait *Sanchez lib.7. diſp.*108. *num.*21. eſſe tempus arbitrandum à iudice, quia quotidie debilior natura redditur, ac vires deficiunt.

Petitur quintò. An quis ſit reus culpæ læthalis ſi tactibus irritat venerem, ſciens ſe ob id præmaturius fœmina ſeminare?

Sanchez. Reſpondetur, ex DD. quos citat, & ſequitur *Sanchez lib.9. de matrim. diſp.*17. *num.*10. non eſſe reum culpæ mortalis. quia concurſus vtriuſque ſeminis minimè ad generationem deſideratur.

Pe-

Digitized by Google

Petes ſextò. An peccet mortaliter fœmina, quæ ſtatim poſt coitum vrinam effundit, aut ſe erigit, aut quicquam aliud facit, quo ſemen receptum expellat.

RESpondetur, ex communi DD. teſte *Sanchez lib.9. diſp.20. num.3.* peccare mortaliter, quia fruſtrat ex intentione ſemen ſuo debito fine. *Sanchez.*

Petitur ſeptimò. Num vbi vir ſemine intra vas emiſſo, membrum virile extraxit, liceat fœminæ, quæ nondum effudit, tactibus excitare donec ſeminet?

RESpondetur, ex *Sanchez lib.9. diſp.17. nu.* 12. *Bonacina, Filiuccio,* Leſſio, Homobono, & *Zanardo* cit. à *Diana tom.1. tract.3. miſcellan. reſolut* 38. hoc fieri poſſe ſine peccato, quia aliàs euidentiſſimo periculo peccati mortalis exponerentur fœminę, cum frequenter viri prius ſeminent; & cum illico recedant, manet in illis valdè irritata libido, nec tunc illa prouocatio eſt illicita, quia eſt actus coniugalis perfectio, ac conſumatio. nam licèt ſemen mulieris, non ſit ad generationem neceſſarium, valde tamen confert. hoc tamen nō valet in viro, qui tactibus ſe polluit poſtquam fœmina ſe retraxit. ita *Bonac.* *Sanchez. Bonac. Filiuuc. Leſs. Homob. Zanard. Diana.*

tom.

Digitized by Google

Rodriq. *tom.1.q.4 punt.6.nu.15.Rodriquez in ſumma p.3. c.88.nu.4.*dicit peccare mortaliter.

Petitur octauò. Quidam vir vxoratus ponebat mẽbrum virile intra vas naturale ſuæ vxoris ob delectationem captandam non intendens emictere ſemen, & cum morali periculo pollutionis ſuæ vxoris ſolum ex tali concubitu, an peccauerit mortaliter?

REſpõdetur primò peccare mor. verum ſi non dum vxor ſeminauerit, nec ſeminandi in ipſa, nec in viro extra vas, periculum ſubſit, nec ipſa diſſenſiat, minimè eſt lethale crimen, virum ante ſeminis proprij emiſſionem ſe retrahere, quia in nullius iniuriam cedit. & illa penetratio vaſis fœminei abſque ſeminatione, reputatur inſtar actuum partium verendarum, qui inter coniuges, ceſſante periculo pollutionis, minimè lethales ſunt, ſed permiſſi, nec efficitur mortale, quamuis nullus alius finis adeſſet, quam impediendi generationem: quia eam impedire ſemine emiſſo, manifeſta culpa mortalis eſt contra naturam, quæ ad ſolam generationem ſemen deſtinauit: at vbi ſeminis iactura non fit, nulla eſt ratio lethalis culpæ nõ enim tenentur coniuges, prolis generationi vacare, & ſicut ad illam impediendam poſſunt communi placito à co-

copula abſtinere, ita ab incœpta neutrius ſemine emiſſo reſilire. ita DD. teſte *Sanchez de matrim. lib. 9. diſp. 19. num. 3.* *Sanch.*

Item iuſta cauſa eſſet, v. g. ne ſeminatio noceat ſaluti, vel coniuges ſunt pauperes, & prole abundant, quam non ſunt alendo, & habeat ſimilem copulam abſque ſeminationis periculo, quo concupiſcentiam ſedent, & in hoc nulla reperitur culpa. ita DD. cit. à *Sanchez* loc. cit. *Sanchez.*

Quando autem iuſta cauſa abeſſet, erit veniale, ait *Veraeruz* cit. à *Sanchez* loc. cit. & ſubdit, ac rectè frequenter eſſe mortale ratione periculi effuſionis ſeminis in alterutro coniuge, quod in eo actu communiter inuenitur, atque adeo arcendos eſſe coniuges à ſimilibus actibus. Si tamen experti ſunt id periculum non inueniri, damnandi minimè ſunt. *Veraer.* *Sanch.*

Reſpondetur ſecundò, ſi fœmina iam ſeminauerit, vel ad id excitata ſit, itaut probabile periculum ſeminandi adſit, læthaliter delinquit maritus, data opera à copula deſiſtens ante emiſſionem proprij ſeminis: quia eſt peccatum contra naturam, cum ſit conſumatus coitus ex parte fœminæ, ex quo ſequi nequit generatio, atque adeo eius ſemen prodigitur.

Confirmatur quia naturalis concubitus, deſiderat non ſolum vas naturale, quod eſt in-

inſtrumentum permanẽs generationis ſeruari,ſed etiam inſtrumẽtum fluidum,quod eſt ſemen. ita DD. teſte *Sanchez* loc. cit. ſed *num.*4. Secus eſſet, vbi vir ſeminis effuſioni quantum in ſe eſt daret operam,nec poſſet, tunc enim vacat culpa ſit *Caietan.* & alij cit, à *Sanchez*.

Sanchez. *Caietan.* *Sanch.*

Non autem eſt mortale ſi è contra accidat, ſed ſolum veniale, nempè ſi viro ſeminante ante effuſionem ſeminis fœminæ deſiſtat à copula,vel data opera nitatur ſemina non ſeminare, quia ſemen fœmineum non eſt neceſſarium ad generationem.ita DD.teſte *Sanchez lib.9.diſp.17.n 9. & diſp.19, num.5.*

Sanch.

Addit verò *Sanchez lib.9.diſp 19.nu 6.* non eſſe adeo contra naturam,fœmina ſeminãte,virum non ſeminare, vt in nullo prorſus euentu liceat:ſicut de voluntaria pollutione, & de fornicatione tradunt omnes, ſed ex grauiſſima, & vrgentiſſima cauſa poſſe honeſtari:qualis eſſet,ſi poſt fœminæ ſeminationem aduerteret vir periculum graue vitæ ſibi imminere,ſi ſeminet. Simile eſſet ſi fera,aut hoſtis ſuperueniret, vel ſi aduerſaretur naturali honeſtati: quia coniugibus inhoneſtè coeuntibus, ſubitò adeſſent aliqui,non enim damnandus eſſet vir,qui poſt fœminæ ſeminationem, ante propriam ex his vrgentiſſimis cauſis recederet, quamuis

Sanchez.

ita

Digitized by Google

ita venus in eo irritata eſſet, vt membro virili è vaſe fœmineo extracto, fore animaduerteret, vt ipſo inuito ſemen extra flueret.

Nec obſtat, ait *Sanchez* loc. cit. periculum illud, ac moralis certitudo effuſionis ſeminis extra vas, ad quod nulla eſt adminiſtratio: quia id verum eſt, vbi effuſio illa eſſet volita, at in noſtro caſu præter voluntatem accidit, & dãdo operam rei licitæ, ad vitam naturalemque honeſtatem tuendam. *Sanchez.*

Petitur nonò. Num in coito fornicario poſtquam fœmina ſeminauit, aut eſt in ſeminandi periculo ineuitabili, liceat viro ſe retrahere ante ſeminationem?

Reſpondetur, ex Sanchez *lib.9.diſp.19.n.7.* *Bonac.tom.1.q.4 punt.10. num.17.* & alij, non ſolum teneri virum non ſeminare, ſed nouam ſeminãdo admictere culpam, eamque in confeſſione detegendam, niſi in copula intelligeretur. *Sanch.* *Bonac.*

Nec culpæ reus erit is fornicans, ſi à fœmina recedens ſeminet inuoluntariè extra vas: quia pollutio inuoluntaria ex iuſta cauſa, & neceſſaria orta, culpa prorſus vacat:

Similiter culpæ immunis eſt mulier fornicans, quæ pœnitentia criminis admiſſi du-

ducta, corpus ſubtrahit, ne virile ſemen ſuſcipiat fornicationemque cœptam conſumet. Nec ipſi tribuetur culpa, ſi vir extra fundat: quia id non intendit, datque operam rei licitæ, ab incœpto crimine reſiliẽs,

Sanch. Probabile dicit eſſe *Sanchez* loc.cit. teneri fornicarium ſeminare, quia non ſeminare cederet in damnum prolis, quæ ius habet, vt generetur, vbi fœminæ ſeminatio adfuit, ne illius diſpendium fiat, tenetur verò vir ſecundum dictam opinionem relatam à *Sanchez*, ſeminare, vt maius malum vitet, compleatque actum non animo libidinoſo, & ita ſeminatio illa non eſt formaliter fornicaria, ſed materialiter tantum.

Sanch.

Petitur decimò. An mulier reddens debitum ſuo viro peccet, ſi ſciat ſuũ virum eſſe ſolitum, retrahere membrum, & extra vas decidere ſemen?

Sanchez. Reſpondetur, ex *Sanchez lib.9.diſp.17.n.3.* in fine, nõ peccare, quia dat operam rei licitæ reddens debitum legitimè exactum, & malitia viri eſt omninò extrinſeca, nec vxor illi aſſentiens fit particeps, quia non conſenſit retractioni, ſed tantum copulæ.

Sanch. Addit verò *Sanchez lib.9.diſp.6.num.5.* cum communi DD. ſententia quoties coniux

exa-

Digitized by Google

exactus poteſt commodè, abſque timore odij, indignationis, & incontinentiæ alterius coniugis peccantis mortaliter in exactione, & abſque ſuo damno, teneri illum præcepto correctionis fraternæ ad auertẽdum alterum quia lex charitatis obligat ad retrahendum proximum à peccato, vbi cõmodè fieri poteſt. credit tamen *Sanchez* loc. cit. & ego ſupra dixi rariſsimè ad hoc obligari vxorem, tùm quia poteſt moraliter viri indignationem timere, tùm etiam quia moraliter poteſt credere virum. ita ardore carnis incenſum eſſe, vt facilè incontinentiæ periculum patiatur, negata ſibi copula: atque adeo non eſt ſpes emendæ, quæ deſideratur, vt præceptum correctionis obliget. *Sanch.*

Addit verò *Baſilius Pontius de matrim. lib.* 10. *c.* 11. *num.* 3. & 8. ſic cit. à *Diana to.* 1. *tract.* 1. *miſcell. reſol.* 64. non ſolum vxorem poſſe reddere debitum ſupradicto viro, qui eſt ſolitus effundere extra vas, ſed etiam poſſe petere debitum, quia vtitur iure ſuo, nec ipſa præbet conſenſum effuſioni ſeminis extra vas, ſed tantum copulæ ad quam ius habet ex vi contracti matrimonij, nec malitia viri debet priuari vxor iure petendi debitum; Neque dicas peccare vxorem contra charitatem, quia eſt occaſio, vt alter coniux peccet, nam ipſa dat operam rei licitæ, & *Baſ. Põt.* *Diana.*

ſaltem tenetur vxor monere ſuum virum quando eſt ſpes emendæ, vt ne effundat ſemen extra vas naturale, quod ſi vir non emendatur non idcirco puto peccare vxorem petendo debitum contra charitatem, alioqui ex peccato alterius, ipſa pœnam pateretur, nempè non poſſe debitũ petere.

Petitur decimoprimò. An tactus valdè libidinoſi inter coniuges ſint illiciti, ſi fiant cum periculo pollutionis?

Sanchez. Reſpondetur, ex *Sanchez lib.9. de matrim. diſp.45.num.35* eſſe peccatum mortale, ſi fiant cum periculo pollutionis extra vas, vt ſi tales actus ſint, vt ita ad pollutionem tendant, vt ſint quaſi pollutio inchoat, & coniuges in eo loco exiſtant, in quo copulam habere nequeant præuiſo pollutionis periculo, vt ſi vir à fœmina petat, vt eius virilia actrectet, moueatque, aut velit digitos in vxoris vas intromictere, ibique perſiſtere, quaſi copulam exercendo, vtens digitis inſtar membri virilis, quia huiuſmodi tactus ſunt quaſi inchoata pollutio, & proxima via ad ipſum, quando ad propinquam copulam non diſponunt, ſed in eo loco exercentur, vbi non eſt opportunitas copulæ habendæ. Ergo quando adeſt opportunitas copulæ habendæ, & fiant ſupradicti

Digitized by Google

eſti actus in ordine ad copulam habendam, non ad pollutionem, ſaltem non erit peccatum mortale, vt clarè colligitur ex doctrina *Sanchez* loc. cit. & ratio poteſt eſſe, quia tactus inter coniuges ſunt liciti, vt ſupradictum eſt, ergo, &c. *Sanchez.*

Petitur decimoſecundò. An liceant delectationes moroſæ, & tactus coniugatis, quando ob aliquod impedimentum eis non liceat actum coniugalem exercere?

RESpondetur, ex *Sanchez lib. 9. de matrim. diſp. 46. nu. 21.* quoties copula interdicitur coniugibus ob circumſtantiam extrinſecam, quæ per ſe neutrum coniugem arcet ab vſu matrimonij, licita eſt talis delectatio appetitus ſenſitiui de copula cogitata, vt præſenti, liciti ſunt etiam tactus, eo pacto quo liciti eſſent, ſecluſo eo impedimento. vt ſi illicita ſit copula propter notabile ſalutis, aut abortus periculum, vel ſi impotentia coeundi ſuperueniat matrimonio contracto, aut ſi concubitus eſt interdictus ratione alicuius præcepti Eccleſiæ, vt ſi coniux contraxit affinitatem, & cognationem cum altero coniugo, ratione cuius arcetur à debiti petitione, vel ſi vterque ſimiliter eam contraxit, quia adhuc impedimentum eſt extrinſecum, & arcens à copula *Sanchez.*

in pœnam delicti cõmiſſi, & cum res ſit pe-
nalis non eſt extenda ad delectationem, &
Granado. tactus. ita etiam affirmant *Granado in* 1. 2. *D.*
D.Thom. *Thom. concluſ.* 6 *diſp.* 5. *num.* 10. *& Villalabos in*
Villalab. *ſumma tom.* 2. *tract.* 40. *difficult.* 17. *num.* 6. & ſe-
Diana quitur *Diana tom.* 2. *tract.* 4. *de ſacram. reſ.* 224.

Sanchez. Reſpondetur ſecundò, ex *Sanchez* loc. cit.
ſed *nu.* 24. quoties coniugi interdicitur de-
biti petitio, eo quod ſit dubius de valore
matrimonij, eſt delectatio partis ſenſitiuæ
de copula cogitata, peccatum mortale.

Sanchez. Reſpondetur tertiò, ex *Sanchez* lo. cit. ſed
num. 25. quando ratione voti non licet con-
iugi petere, nec reddere, nullo modo eſſe
licitam delectationem partis ſenſitiuæ, aut
tactus, ſed culpam eſſe lethalem aduerſus
votum. Quando autem ſola petitio debiti
interdicitur ratione voti, dicendum etiam
eſt, minimè licere prædictam delectatio-
nem partis ſenſitiuæ, etiam de redditione
concepta ſub conditione, ſi petatur: ſecus
de gaudio, & delectatione voluntatis, ſub
ea conditione, & ſimiliter non licere tactus
niſi ad expreſſam, vel tacitam alterius peti-
tionem: ſed omnia hæc eſſe peccata læthali-
lia contra votum.

Digitized by Google

Tractatus de miſcellaneis pertinentibus, ad munus Confeſſarij.

Quæritur primò. An virtute Iubilæi, in quo datur facultas cuilibet Confeſſori approbato abſoluendi à quibuſcunque caſibus, & cenſuris, licèt Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, poſſit etiam abſoluere pœnitentes à caſibus, & cenſuris, quas Epiſcopi ſibi reſeruarunt? tota difficultas conſiſtit quando in Iubilæo hoc non exprimitur, nempè, vt etiam poſſint approbati Confeſſores abſoluere à caſibus, & cenſuris reſeruatis ordinario loci, vt contingit in Iubilæo præſentis anni 1639. publicato hic Neapoli ſub die 20. menſis Martij 1639.

Reſpondetur, ex *Bonac. de cenſuris diſp. 1. q. 3. p. 1. num. 10. &* Coriolan. *de caſibus reſeruatis p. 1. ſect. 3 art. 15 nu. 7.* non poſſe confeſſarios vigore prædicti Iubilæi abſoluere à caſibus, & cenſuris ordinario reſeruatis, ſed hoc non obſtante; torrẽtes Theologorum, teſte S. *Fauſto de Iubilæo lib. 4 q. 100.* dicunt poſſe confeſſarios approbatos vigore prædicti Iubilæi abſoluere etiam à caſibus, & cenſuris reſeruatis ordinario loci, etiam ſi in illa Bulla Iubilęi hoc non exprimatur, quia cum in Iubilæo expreſsè conferatur facultas abſoluendi à caſibus Ro-

Bonac.
Coriol.
S. Fauſt.

mano Pontifici reſeruatis, à fortiori cenſetur tacitè etiam conceſſa facultas abſoluēdi à caſibus, & cenſuris Epiſcopo reſeruatis absque eius licentia. ita tenet *Nauarr. in manual. c. 27. nu. 261. Graſſius lib. 4. deciſ. cap. 15. nu. 28. Reginald. tom. 2. lib. 8. num. 55. Zenardus p. 1. ſui direct. c. 21. q. 34. Candelabrum aureum c. de abſol. nu. 26. Henriquez lib. 3. c. 14. nu. 9. Vgolin. de cenſuris, Floronus, Homobonus, Suarez,* & alijs cit. à *S. Fauſt.* loc. cit. & dicit idem *S. Fauſt.* loc. cit. non ſolum eſſe veram hanc opinionem, ſed eſſe de ſtylo, & vſu Eccleſiæ.

Nau. *Graſſ.* *Reginal.* *Zenard.* *Henriq.* *Vgolin.* *Floron.* *Homob.* *Suar.* *S. Fauſt.*

Sed dices ſupradicta opinio licèt ſit probabilior, tamen poteſt eſſe falſa à parte rei, cum hoc ſibi vendicet nomen opinionis, nempè dicere formidinem de oppoſito, & conſequenter poteſt quis in abſolutus diſcedere à ſacramento Pœnitentiæ etiam ſi receperit abſolutionem.

RESpondetur, licere in adminiſtratione ſacramenti ſequi opinionem minus probabilem, & minus tutam relicta probabiliori, & tutiori, quando opiniones verſantur circa iuriſdictionem Sacerdotis ad audiendas confeſſiones; nam in tali caſu, poteſt Sacerdos ſequi opinionem minus probabilem, probabiliori relicta, quia cōmunis error ex ea probabili opinione ortus, ſatis eſt ad valorem geſtorum per eum

Sa-

Digitized by Google

Sacerdotem, & Eccleſia ſtante opinione probabili, confert tali Sacerdoti iuriſdictionem. ita *Sanchez in ſumma tom.1. lib.1. c.9. num.35.* qui citant *Suarez tom.4. in 3. p. diſp.26. ſect.6. nu.7. & 9. & Leſſ. lib.2. de iuſtit. c.29. dub.8. nu.68. & Diana tom.1. tract. de opinione probabili reſol.2.* citat *Villalabos, Henriquez, Malderum, Salam, Martinex, & Vaſquez,* pro hac opinione. *Sanch. Suar. Leſs. Diana. Villalob. Henriq. Malder. Sala. Martin. Vaſq.*

Adde quod in his caſibus, ſemper pœnitens ſe accuſat, de aliquo veniali, & cum ſimplex Sacerdos, ad venialium abſolutionem indubiè habeat iuriſdictionem, abſoluens cum opinione probabili, gratiam cauſabit, & quamuis careat ille iuriſdictione in mortalia, ea indirectè, & per accidens virtute illius abſolutionis remictentur. ita *Sanchez* loc. cit. *& Suarez in 3. p. tom.4. diſp.26. ſect. 6. nu.8. Sancius in ſelectis diſp.44. nu.24* & alij. *Sanch. Suar. Sanc.*

Secus eſt dicendum, quando opinio in adminiſtratione ſacramenti verſatur, circa materiam, & formam, nam tunc amplectēda eſt opinio magis certa, & tuta. ita communiter affirmant DD.

Quæritur ſecundò. An iudex poſſit iudicare ſecundum probabilem opinionem, communi, & probabiliori relicta.

RESpondetur, ex communi DD. ſententia. teſte *Sanchez in ſumma lib.1. cap.9. num.* *Sanchez.*

*num.*47. teneri iudicem ſententiam ſuam ferre iuxta opinionem probabiliorē, quia agitur de iure ſuo cuique reddendo ſecundum merita cauſæ, & cum ipſe à republica iudex conſtitutus ſit hoc ipſo, iudicio eius committitur, vt cauſam illius dirimat, prout ei melius, & magis conſentaneum rationi videbitur. Temperat *Vaſquez* cit. à *Sāchez*, quē ipſe ſequitur, niſi iudex eſſet inferior, & opinio quam minus probabilem iudicat, eſſet magis praxi recepta, & crederet fore, vt minus prudens à iudice ſuperiore ad quem appellatur, notaretur, eiuſque ſentia reuocaretur, ſi lata eſſet iuxta ſententiam, quam probabiliorem exiſtimat: tunc enim poteſt ſententiam minus probabilem ſequi.

Vaſq. *Sanchez.*

Fateor verò *Medinam*, *Arag.* *Salon.* *Petr. Ledeſm.* *Sayr.* *&* *Salam* cit. à *Sanchez* loc. cit. ſed *num.*46. docere poſſe iudicem ſententiam ferre, iuxta opinionem, quam minus probabilem putat. & hæc opinio probabilis iudicatur à *Sanchez*.

Med. *Arag.* *Salon.* *Pet. Led.* *Sayr.* *Salam.* *Sanch.*

Addo etiã pro dicta opinione DD. quos citat *Diana tom.* I. *tract. de opinione probabili reſol.*3. hi ſunt *Hieronymus de Rua*, *Martinez*, *Lorca*, *Aluarez Morla*, *Martinus del Rius*, *Sancius*, *&* *Triuignus*.

Diana. *Hierony. de Rua.* *Martin.*

Diana verò loc. cit. dicit hanc opinionem poſſe ſequi, quando probabilitas eſt circa

Diana.

ius,

ius, non verò circa factũ; quia circa factum tenetur ſequi quod probabilius eſt, etiam ſi ſit ſupremus iudex. ait præterea *Diana* loco cit. quod ſi iudex ſit arbiter, & colligantibus eligatur ſub conditione, quod iuxta ſuum iudicium debeat iudicare, & nõ iuxta aliorum iudicium, non poterit alienam opinionem ſequi, & citat *Monteſinum*. Secus autem ſi probabiliter duas opiniones ſubſtineant; nam iuxta quamlibet poterit iudicare, cum verificetur ferre iudicium proprium in ferenda ſententia. *Diana.* *Mõteſin.*

Quæritur tertiò. An Aduocatus probabiliori relicta, poſſit conſulere, ſecundum opinionem probabilem, in cauſa ſanguinis, vel amiſſione omnium bonorum?

RESpondetur, ex DD. quos citat, & ſequitur *Sanchez in ſumma lib. 1. c. 9. nu. 53. & Turrian. Lorca, & Villalabos*, quos citat, & ſequitur *Diana tom. 1. tract. de opinione reſolut. 4.* poſſe Aduocatum ſecundum opinionem probabilem patrocinari cauſam actoris, relicta probabiliori, etiam in cauſa ſanguinis, aut honoris, aut amiſſione omnium bonorum. *Sanchez.* *Turrian.* *Lorca.* *Villalab.* *Diana.*

Aduertunt tamen DD. teneri Aduocatum, manifeſtare parti, ſeù clienti minorem

pro-

Digitized by Google

probabilitatem ſuæ cauſæ, aliàs teneretur reſtitueri ei damna, & expenſas.

Idem dicitur, quando pars clientis ſit parum probabilis, & in quam, aut raró, aut nunquam iudices inclinant. Tunc enim reus iniuſtitiæ erit Aduocatus tuẽs dictam cauſam, & conſequenter erit obnoxius reſtitutioni. ita DD. teſte *Sanchez in ſumma lib. 1. c. 9. num. 54.*

Sanch.

Quæritur quartò. An Aduocatus, non ſolum in cauſa probabili, ſed etiam in cauſa dubia, poſſit patrocinari?

Nauarr.

RESpondetur, ex *Nauarr. in ſumma cap. 25. num.* 28. Si cauſa eſt dubia ob veritatem opinionẽ magnorum virorum, aut ob diuerſos intellectus legis, qua eſt decidenda, poterit Aduocatus eiuſmodi cauſam dubiam defendere, modo hoc manifeſtet ſuo clienti, nempè cauſam eſſe dubiam. ita etiam ſentit *Sylu. verb. Aduocatus, q.* 10. ſic cit. à *Nau. & Lorca Maldero, Armilla, & Anton.* cit. à *Diana tom. 1. tract. de opinione probabili reſol. 6.*

Sylu.
Nau.
Lorca.
Maldero.
Armilla.
Diana.

Quæritur quintò. An Medicus in curationibus poſſit ſequi opinionem probabilem, relicta probabiliori quando non adeſt medicamentum certum.

Re-

Digitized by Google

REſpondetur, ex DD. citat *Diana tract. de opinione probabili reſol.* 7. teneri Medicum ſequi opinionem probabiliorem, alij verò DD. teſte eodem *Diana* loc. cit. dicunt poſſe Medicum ſequi opinionem probabilem, relicta probabiliori, & eſt probabile. **Diana.** **Diana.**

Sed difficultas eſt, quando circa ipſa medicamenta, an ſaluſifera ſint, an potius noxia diuerſæ opiniones extant?

REſpondetur primò, ex DD. quos citat, & ſequitur *Sanchez lib. 1. in ſumma cap. 9. num.* 38. quādo medicamentum eſt certum, nefas eſſe, eo poſtpoſito opinionibus vti, ac proinde peccant Medici gratia experiēdi, id medicamentum dubium, quādo non tribuunt ægroto medicamentum certum. **Sanchez.**

Reſpondetur ſecundò, ex DD. cit. à *Sanchez* loc. cit. quando vita infirmi eſt prorſus deſperata, & remedium non adeſt certum, ſed dubium, puta quia huiuſmodi medicamentum dubium poteſt interficere ægrotum, vel ſanare, tunc licere applicare id remedium dubium: Nam eo non applicato mors eſt certa, vt ſuppono, applicato autē eſt ſalutis ſpes, quamuis dubia. at tutius eſt, dubiam ſalutis ſpem adipiſci, quam in morte certa ægrum relinqui, & ad hoc tenentur Medici. **Sanchez.**

Si

Digitized by Google

Si verò noceat hoc medicamentum, præter voluntatem erit, & eo quoque remedio non applicato æger, etiam obiturus erat.

Quæritur ſextò. An opinio ſpeculatiuè probabilis, ſemper in praxi tutò amplecti poſſit?

Merolla. RESpondetur, ex communi DD. ſententia. teſte *Merolla in Theologia morali diſput.3.dub.3.cap.4.nu.96.* non ſemper ex opinione probabili ſpeculatiua, inferri poſſe opinionem probabilem practicam, & ſecundum illam operari; dicitur opinio ſpeculatiua, quando non eſt cogitatio in ordine ad faciendam opus; dicitur opinio practica, quando cogitatio de aliqua re verſatur in ordine ad illam faciendam.

Dixi non ſemper ex opinione ſpeculatiua poſſe inferri opinionem probabilem practicam, quandoquidem interdum poteſt eſſe contra charitatem. ſi opinio ſpeculatiua ponatur in praxi, puta ſi quis in articulo mortis probabiliter cogitat non eſſe reum culpæ mortalis, & conſequenter nollet confiteri, neque ſaltem elicere actum contritionis, & aliud ſacramentum non eſſet ſuſcepturum, nam in hoc caſu ſe exponeret periculo damnationis, cum à parte rei opinio probabilis ſpeculatiua poſſit eſſe falſa. Quan-

Digitized by Google

Quando verò pro vna parte adeſt opinio probabilis, & de oppoſito nulla eſt probabilitas, nec imminet periculum damnationis, tunc licitè quis ex opinione probabili ſpeculatiua poteſt inferre aliam opinionem practicam, & ita ſecundum illam licitè, ac prudenter operari.

Quæritur ſeptimò. An reſponſor caſuum conſcientiæ, poſſit conſulere in his, quæ pertinent ad vulitatem interrogantes, iuxta aliorum opinionẽ contra propraim?

RESpondetur, ex communi DD. ſententia, teſte *Diana tract. de opinione probabili reſol.* 14. affirmatiuè, immo aliquando, tenetur opinionem liberantem, & benigniorem interroganti, declarare, quando de opinione liberante, & benigniori interrogatur à pœnitente, ſeù petente cōſilium. Diana.

Eſſe etiam licitum ſequi opinionem probabilem relicta propria probabiliori non ſolum eximendo petentem ab obligatione, verum etiam obligationem imponendo; ſicut enim poſſumus, opinionem probabilem ſequendo, eximere ab obligatione; cur etiam non poterimus, opinionem probabilem ſequendo, condemnare, & obligationem imponere? ita *Sanchez in ſum. lib. 1. c. 9. nu. 21. Salas, & Reginald.* quos citat, Sanchez. Sala. Reginald.

&

in pœnam delicti cõmiſſi, & cum res ſit pœnalis non eſt extenda ad delectationem, & tactus. ita etiam affirmant *Granado in 1. 2. D. Thom. concluſ. 6 diſp. 5. num. 10. & Villalobos in ſumma tom. 2. tract. 40. difficult. 17. num. 6.* & ſequitur *Diana tom. 2. tract. 4. de ſacram. reſ. 224.*

Granado. D. Thom. Villalab. Diana

Sanchez. Reſpondetur ſecundò, ex *Sanchez* loc. cit. ſed *nu.* 24. quoties coniugi interdicitur debiti petitio, eo quod ſit dubius de valore matrimonij, eſt delectatio partis ſenſitiuæ de copula cogitata, peccatum mortale.

Sanchez. Reſpondetur tertiò, ex *Sanchez* lo. cit. ſed *num.* 25. quando ratione voti non licet coniugi petere, nec reddere, nullo modo eſſe licitam delectationem partis ſenſitiuæ, aut tactus, ſed culpam eſſe lethalem aduerſus votum. Quando autem ſola petitio debiti interdicitur ratione voti, dicendum etiam eſt, minimè licere prædictam delectationem partis ſenſitiuæ, etiam de redditione concepta ſub conditione, ſi petatur: ſecus de gaudio, & delectatione voluntatis, ſub ea conditione, & ſimiliter non licere tactus niſi ad expreſſam, vel tacitam alterius petitionem: ſed omnia hæc eſſe peccata læthalia contra votum.

Digitized by Google

Tractatus de miſcellaneis pertinentibus, ad munus Confeſſarij.

Quæritur primò. An virtute Iubilæi, in quo datur facultas cuilibet Confeſſori approbato abſoluendi à quibuſcunque caſibus, & cenſuris, licèt Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, poſſit etiam abſoluere pœnitentes à caſibus, & cenſuris, quas Epiſcopi ſibi reſeruarunt? tota difficultas conſiſtit quando in Iubilæo hoc non exprimitur, nempè, vt etiam poſſint approbati Confeſſores abſoluere à caſibus, & cenſuris reſeruatis ordinario loci, vt contingit in Iubilæo præſentis anni 1639. publicato hic Neapoli ſub die 20. menſis Martij 1639.

REſpondetur, ex *Bonac. de cenſuris diſp.* 1. *q.* 3. *p.* 1. *num.* 10. & Coriolan. *de caſibus reſeruatis p.* 1. *ſect.* 3 *art.* 15 *nu.* 7. non poſſe confeſſarios vigore prædicti Iubilæi abſoluere à caſibus, & cenſuris ordinario reſeruatis, ſed hoc non obſtante; torrẽtes Theologorum, teſte S. *Fauſto de Iubilæo lib.* 4 *q.* 100. dicunt poſſe confeſſarios approbatos vigore prædicti Iubilæi abſoluere etiam à caſibus, & cenſuris reſeruatis ordinario loci, etiam ſi in illa Bulla Iubilęi hoc non exprimatur, quia cum in Iubilæo expreſſè conferatur facultas abſoluendi à caſibus Ro-

Bonac. Coriol. *S. Fauſt.*

mano Pontifici reſeruatis, à fortiori cenſetur tacitè etiam conceſſa facultas abſoluẽdi à caſibus, & cenſuris Epiſcopo reſeruatis. abſque eius licentia. ita tenet *Nauarr. in manual.c.27.nu.261. Graffius lib.4. deciſ. cap.15. nu.28. Reginald.tom.2. lib.8. num.55. Zenardus p.1. ſui direct.c.21.q.34. Candelabrum aureum c. de abſol.nu.26. Henriquez lib.3.c.14.nu.9. Vgolin.de cenſuris, Floronus, Homobonus, Suarez,* & alijs cit. à *S.Fauſt.* loc.cit. & dicit idem *S.Fauſt.* loc.cit. non ſolum eſſe veram hanc opinionem, ſed eſſe de ſtylo, & vſu Eccleſiæ.

Nau. Graff. Reginal. Zenard. Henriq. Vgolin. Floron. Homob. Suar. S. Fauſt.

Sed dices ſupradicta opinio licèt ſit probabilior, tamen poteſt eſſe falſa à parte rei, cum hoc ſibi vendicet nomen opinionis, nempè dicere formidinem de oppoſito, & conſequenter poteſt quis in abſolutus diſcedere à ſacramento Pœnitentiæ etiam ſi receperit abſolutionem.

RESpondetur, licere in adminiſtratione ſacramenti ſequi opinionem minus probabilem, & minus tutam relicta probabiliori, & tutiori, quando opiniones verſantur circa iuriſdictionem Sacerdotis ad audiendas confeſſiones; nam in tali caſu, poteſt Sacerdos ſequi opinionem minus probabilem, probabiliori relicta, quia cõmunis error ex ea probabili opinione ortus, ſatis eſt ad valorem geſtorum per eum

Sa-

Digitized by Google

Sacerdotem, & Eccleſia ſtante opinione probabili, confert tali Sacerdoti iuriſdictionem. ita *Sanchez in ſumma tom.* 1. *lib.* 1. *c.* 9. *num.* 35. qui citant *Suarez tom.* 4. *in* 3. *p. diſp.* 26. *ſect.* 6. *nu.* 7. *&* 9. *& Leſſ. lib.* 2. *de iuſtit. c.* 29. *dub.* 8. *nu.* 68. *& Diana tom.* 1. *tract. de opinione probabili reſol.* 2. citat *Villalabos, Henriquez, Malderum, Salam, Martinex, & Vaſquez*, pro hac opinione. *Sanch. Suar. Leſs. Diana. Villalob. Henriq. Malder. Sala. Martin. Vaſq.*

Adde quod in his caſibus, ſemper pœnitens ſe accuſat, de aliquo veniali, & cum ſimplex Sacerdos, ad venialium abſolutionem indubiè habeat iuriſdictionem, abſoluens cum opinione probabili, gratiam cauſabit, & quamuis careat ille iuriſdictione in mortalia, ea indirectè, & per accidens virtute illius abſolutionis remictentur. ita *Sanchez* loc. cit. *& Suarez in* 3. *p. tom.* 4. *diſp.* 26. *ſect.* 6. *nu.* 8. *Sancius in ſelectis diſp.* 44. *nu.* 24 & alij. *Sanch. Suar. Sanc.*

Secus eſt dicendum, quando opinio in adminiſtratione ſacramenti verſatur, circa materiam, & formam, nam tunc amplectēda eſt opinio magis certa, & tuta. ita communiter affirmant DD.

Quæritur ſecundò. An iudex poſſit iudicare ſecundum probabilem opinionem, communi, & probabiliori relicta.

RESpondetur, ex communi DD. ſententia. teſte *Sanchez in ſumma lib.* 1. *cap.* 9. *Sanchez.*

*num.*47. teneri iudicem ſententiam ſuam ferre iuxta opinionem probabiliorē, quia agitur de iure ſuo cuique reddendo ſecundum merita cauſæ, & cum ipſe à republica iudex conſtitutus ſit hoc ipſo, iudicio eius committitur, vt cauſam illius dirimat, prout ei melius, & magis conſentaneum rationi videbitur. Temperat *Vaſquez* cit. à *Sãchez*, quē ipſe ſequitur, niſi iudex eſſet inferior, & opinio quam minus probabilem iudicat, eſſet magis praxi recepta, & crederet fore, vt minus prudens à iudice ſuperiore, ad quem appellatur, notaretur, eiuſque ſentia reuocaretur, ſi lata eſſet iuxta ſententiam, quam probabiliorem exiſtimat: tunc enim poteſt ſententiam minus probabilem ſequi.

Vaſq. Sanchez.

Fateor verò *Medinam*, *Arag.* *Salon.* Petr. *Ledeſm.* *Sayr.* *&* *Salam* cit. à *Sanchez* loc. cit. ſed *num.*46. docere poſſe iudicem ſententiam ferre, iuxta opinionem, quam minus probabilem putat. & hæc opinio probabilis iudicatur à *Sanchez*.

Med. *Arag.* *Salon.* Pet. *Led.* *Sayr.* *Salam.* *Sanch.*

Addo etiã pro dicta opinione DD. quos citat *Diana tom.* 1. *tract. de opinione probabili reſol.* 3. hi ſunt Hieronymus *de Rua*, *Martinez*, *Lorca*, *Aluarez Morla*, *Martinus del Rius*, *Sancius*, *&* *Triuignus*.

Diana. Hierony. *de Rua.* *Martin.*

Diana verò loc. cit. dicit hanc opinionem poſſe ſequi, quando probabilitas eſt circa ius,

Diana.

Digitized by Google

ius, non verò circa factũ; quia circa factum tenetur ſequi quod probabilius eſt, etiam ſi ſit ſupremus iudex. ait præterea *Diana* loco cit. quod ſi iudex ſit arbiter, & colliti- gantibus eligatur ſub conditione, quod iuxta ſuum iudicium debeat iudicare, & nõ iuxta aliorum iudicium, non poterit alienam opinionem ſequi, & citat *Monteſinum*. Secus autem ſi probabiliter duas opiniones ſubſtineant; nam iuxta quamlibet poterit iudicare, cum verificetur ferre iudicium proprium in ferenda ſententia. *Diana.* *Mõteſin.*

Quæritur tertiò. An Aduocatus probabiliori relicta, poſſit conſulere, ſecundum opinionem probabilem, in cauſa ſanguinis, vel amiſſione omnium bonorum?

RESpondetur, ex DD. quos citat, & ſequitur Sanchez *in ſumma lib.* 1.*c.*9.*nu.*53. *& Turrian.* Lorca, *& Villalabos*, quos citat, & ſequitur *Diana tom.* 1.*tract. de opinione reſolut.*4. poſſe Aduocatum ſecundum opinionem probabilem patrocinari cauſam actoris, relicta probabiliori, etiam in cauſa ſanguinis, aut honoris, aut amiſſione omnium bonorum. *Sanchez.* *Turrian.* *Lorca.* *Villalab.* *Diana.*

Aduertunt tamen DD. teneri Aduocatum, manifeſtare parti, ſeù clienti minorem pro-

probabilitatem ſuæ cauſæ, aliàs teneretur reſtitueri ei damna, & expenſas.

Idem dicitur, quando pars clientis ſit parum probabilis, & in quam, aut rarò, aut nunquam iudices inclinant. Tunc enim reus iniuſtitiæ erit Aduocatus tuẽs dictam cauſam, & conſequenter erit obnoxius re-
Sanch. ſtitutioni. ita DD. teſte *Sanchez in ſumma lib. 1. c. 9. num. 54.*

Quæritur quartò. An Aduocatus, non ſolum in cauſa probabili, ſed etiam in cauſa dubia, poſſit patrocinari?

Nauarr. RESpondetur, ex *Nauarr. in ſumma cap. 25. num.* 28. Si cauſa eſt dubia ob veritatem opinionẽ magnorum virorum, aut ob diuerſos intellectus legis, qua eſt decidenda, poterit Aduocatus eiuſmodi cauſam dubiam defendere, modo hoc manifeſtet ſuo clienti, nempè cauſam eſſe dubiam.
Sylu. ita etiam ſentit *Sylu. verb. Aduocatus, q.* 10. ſic
Nau. cit. à *Nau. & Lorca Maldero, Armilla, & Anton.*
Lorca. cit. à *Diana tom. 1. tract. de opinione probabili re-*
Maldero. *ſol. 6.*
Armilla.
Diana. *Quæritur quintò. An Medicus in curationibus poſſit ſequi opinionem probabilem, relicta probabiliori quando non adeſt medicamentum certum.*

Re-

REſpondetur, ex DD. citat *Diana tract. de opinione probabili reſol.7.* teneri Medicum ſequi opinionem probabiliorem, alij verò DD. teſte eodem *Diana* loc.cit. dicunt poſſe Medicum ſequi opinionem probabilem, relicta probabiliori, & eſt probabile. Diana Diana

Sed difficultas eſt, quando circa ipſa medicamenta, an ſaluuſera ſint, an potius noxia diuerſæ opiniones extant?

REſpondetur primò, ex DD. quos citat, & ſequitur Sanchez *lib.1. in ſumma cap.9. num.38.* quãdo medicamentum eſt certum, nefas eſſe, eo poſtpoſito opinionibus vti, ac proinde peccant Medici gratia experiẽdi, id medicamentum dubium, quãdo non tribuunt ægroto medicamentum certum. Sanchez

Reſpondetur ſecundò, ex DD. cit. à *Sanchez* loc.cit. quando vita infirmi eſt prorſus deſperata, & remedium non adeſt certum, ſed dubium, puta quia huiuſmodi medicamentum dubium poteſt interficere ægrotum, vel ſanare, tunc licere applicare id remedium dubium: Nam eo non applicato mors eſt certa, vt ſuppono, applicato autẽ eſt ſalutis ſpes, quamuis dubia. at tutius eſt, dubiam ſalutis ſpem adipiſci, quam in morte certa ægrum relinqui, & ad hoc tenentur Medici. Sanchez

Si

Digitized by Google

Si verò noceat hoc medicamentum, prǫter voluntatem erit, & eo quoque remedio non applicato æger, etiam obiturus erat.

Quæritur ſextò. An opinio ſpeculatiuè probabilis, ſemper in praxi tutò amplecti poſſit?

Merolla. RESpondetur, ex communi DD. ſententia. teſte *Merolla in Theologia morali diſput. 3. dub. 3. cap. 4. nu. 96.* non ſemper ex opinione probabili ſpeculatiua, inferri poſſe opinionem probabilem practicam, & ſecundum illam operari; dicitur opinio ſpeculatiua, quando non eſt cogitatio in ordine ad faciendum opus; dicitur opinio practica, quando cogitatio de aliqua re verſatur in ordine ad illam faciendam.

Dixi non ſemper ex opinione ſpeculatiua poſſe inferri opinionem probabilem practicam, quandoquidem interdum poteſt eſſe contra charitatem, ſi opinio ſpeculatiua ponatur in praxi, puta ſi quis in articulo mortis probabiliter cogitat non eſſe reum culpæ mortalis, & conſequenter nollet confiteri, neque ſaltem elicere actum contritionis, & aliud ſacramentum non eſſet ſuſcepturum, nam in hoc caſu ſe exponeret periculo damnationis, cum à parte rei opinio probabilis ſpeculatiua poſſit eſſe falſa.

Quan-

Quando verò pro vna parte adeſt opinio probabilis, & de oppoſito nulla eſt probabilitas, nec imminet periculum damnationis, tunc licitè quis ex opinione probabili ſpeculatiua poteſt inferre aliam opinionem practicam, & ita ſecundum illam licitè, ac prudenter operari.

Quæritur ſeptimò. An reſponſor caſuum conſcientiæ, poſſit conſulere in his, quæ pertinent ad vtilitatem interrogantes, iuxta aliorum opinionē contra propraim?

RESpondetur, ex communi DD. ſententia, teſte *Diana tract. de opinione probabili reſol.* 14. affirmatiuè, immo aliquando, tenetur opinionem liberantem, & benigniorem interroganti, declarare, quando de opinione liberante, & benigniori interrogatur à pœnitente, ſeù petente cōſilium. Diana.

Eſſe etiam licitum ſequi opinionem probabilem relicta propria probabiliori non ſolum eximendo petentem ab obligatione, verum etiam obligationem imponendo; ſicut enim poſſumus, opinionem probabilem ſequendo, eximere ab obligatione; cur etiam non poterimus, opinionem probabilem ſequendo, condemnare, & obligationem imponere? ita *Sanchez in ſum. lib. 1. c. 9. nu. 21. Salas, & Reginald.* quos citat, Sanchez. Sala. Reginald.

&

Bonac. & ſequitur *Bonac. tom. 2. diſp. 2. q. 4. pu. 1. 9. n. 7.*

Quæritur octauò. An gerentes curam amentium, peccent, ſi die feſto de præcepto non efficiunt, vt Miſſæ aſſiſtant?

Sanch. Nauarr. RESpondetur, ex *Sanchez lib. 1. in ſum. c. 12. nu. 17. & Nau. in ſumm. c. 21. nu. 1.* excuſari à præcepto audiendi ſacrum amentes, & ebrios, itaut illorum gerentes curam non teneantur efficere, vt ij ſacro interſint, quia id præceptum obligat aſſiſtere præſentia humana, & rationali quali præſentia hi nequeunt intereſſe.

Quæritur nonò. An peccent gerentes curam amentium, ſi diebus prohibitis, efficiunt, vt carnes comedant, puta die ieiunij, vel Sabbati?

Sanch. RESpondetur, ex *Sanchez* loc. cit. cum DD. à ſe cit. non peccare, etſi amentia ſit perpetua, ac ſalus deſperetur, quia indigent his cibis carnis, ne augeatur amẽtia, vt docent Medici peritiſſimi à *Sanchez* conſulti. Sanch.

Ebrijs verò hoc non licet, quia ebrietas non eſt morbus his cibis indigens, & eſt tẽporalis, breuiſque priuatio vſus rationis.

Quæ-

Digitized by Google

Quæritur decimò. An poſſint Domini efficere, vt ſerui fideles amentes, aut infantes exerceant in feſtis ſeruilia?

RESpondetur, ex *Merolla in Theologia morali diſput. 1. cap. 2. num.* 478. mortaliter peccare, quia ſunt cauſa, vt illi pręceptum Eccleſiæ traſgrediantur quamuis ipſi, ex defectu vſus rationis exercendo tunc ſeruilia, excuſentur à peccato. *Merolla.*

Idem mihi videtur dicendum de ſeruis infidelibus, nempè non poſſe Dominum efficere, vt dicti ſerui infideles exerceant ſeruilia in diebus feſtis de pręcepto, nam etſi infideles non teneantur ſeruare præcepta Eccleſiæ, tamen Dominus fidelis quãtum eſt ex ſe efficit, vt non obſeruetur feſtum, imperando, vt exerceantur ſeruilia, cum huiuſmodi præceptum non exercendi ſeruilia vtrumque includat, nempè, vt quis non exerceat ſeruilia, neque imperet, alijs opus ſeruile.

Quæritur decimoprimò. An peregrini teneantur legibus, & conſuetudinibus loci per quem tranſeunt?

RESpondetur, ex communi DD. ſententia, teſte *Sanchez lib. 3. de matrim. diſp. 18.* *Sanchez.*

nu.

num 6. peregrinos non abſtringi legibus, & conſuetudinibus loci per quem tranſeunt, vel in quo per modum hoſpitij reperiuntur, ceſſante ſcandalo, & quando eæ non obligant etiam in ſuo domicilio; nam ſi obligant etiam in loco domicilij tenetur tunc peregrinus obſeruare leges in quo commoratur per modum trãſitus. ita DD.

Laym. apud *Layman tract. de legibus cap.* 11. *num.* 1.

Dicitur peregrinus, quando alibi certam ſedem habet, dicitur cum vaghus, quando nullibi certam ſedem habet.

Sufficit, vt aliquis teneatur legibus, & conſuetudinibus alicuius oppidi, vt maiori anni parte ibi ſit habitaturus.

Id autem obſeruandum eſt, eo animo habitandi per maiorem anni partem, accedentem, teneri à prima die acceſſus, ſeruare conſuetudines, & leges illius oppidi: quia ex tunc habet conditiones requiſitas. ita

Sanchez. DD. teſte *Sanchez* loc. cit. ſed *nu.* 9.

Excipitur primò, quoad contractuum ſolemnitatem, nam peregrini tenentur ſeruare ſolemnitates in contractu requiſitas, legibus, & conſuetudinibus oppidi in quo contrahunt: ratione enim contractus quilibet ſortitur forum in loco contractus. ita

Sanch. DD. apud *Sanchez num.* 9. contractus verò Dotis, non attenditur ſtatutum loci, vbi contractus eſt initus, ſed loci, in quo vir do-

domicilium habet. ita DD. teſte *Sanchez* loco cit. ſed *num.* 10. *&* 11. *Sanchez.*

Præterea vendentes triticum teneri ſeruare pragmaticam illius loci in quo vendit. ita DD. cit à *Sanch. nu.* 13. *Sanchez.*

Excipitur ſecundò, niſi legum tranſgreſſio cederet in damnum illius oppidi, tunc enim peregrini tenentur illis legibus, vt ſi ſint aliquæ leges prohibentes aliquid extrahi ex illo oppido, vel ne viatores ibi cõmorentur, niſi tot dies, in bonum illius oppidi. ita DD. teſte *Sanchez* loc. cit. ſed *nu.* 14. *Sanchez.*

Quæritur decimoſecundò. An peregrini abſentes à loco domicilij, teneantur ad leges, & conſuetudines proprij domicilij.

RESpondetur, ex communi DD. ſententia. teſte *Sanchez de matrim. lib.* 3. *diſp.* 18. *num.* 18. Peregrinum commorantem extra locum proprij domicilj non teneri ad leges, & conſuetudines proprij domicilij, & idem dicendum eſt, quamuis illæ leges ſint iuris communis, & obligent in patria peregrini, non autem in eo oppido, in quo reperitur. ita *Sanchez* loco cit. & alij DD. *Sanch.* *Sanchez.*

Ex quo

INfertur primò, luſitanum tranſeuntem per Caſtellam, poſſe edere Sabbato inteſtina animalium, quamuis in luſitania

Digitized by Google

id ſibi non liceat, & eſto id ſit prohibitum communi lege Eccleſiaſtica, quia non tenetur ad patriæ conſuetudines, dum ab ea abeſt. ita DD. apud *Sanchez* loc. cit. ſed *nu.* 19.

Sanch.

Infertur ſecundò, Sacerdotem Græcum cui in ſua patria permiſſum eſt in fermentato celebrare, tranſeuntem per Eccleſiam latinam, poſſe in fermentato iuxta morem ſuæ patriæ, ac in azymo iuxta morem Eccleſiæ latinæ celebrare: ſimiliter Sacerdotem latinum per Grætiam tranſeuntem, poſſe in fermentato more Græcorum, vel in azymo inſtar latinorum conſecrare. ita DD. cit. à *Sanchez* loc. cit. ſed *n.* 20.

Sanch.

Si tamen, vt fieri ſolet, inueniantur inter latinos aliquæ Græcorum Eccleſiæ, in quibus eorum ritus ſeruantur, & inter Græcos aliquæ Eccleſiæ latinorum in his templis tenetur vnuſquiſque ſuæ Eccleſiæ vſum ſeruare, nec poſſet latinus in ea Eccleſia Græcorum inter latinos exiſtenti, celebrare in fermentato. Quia id eſt quaſi ſpeciale priuilegium Græcis in ea Eccleſia conceſſum. ita *Suarez* cit. à *Sanchez* loc. cit.

Suar. Sanch.

Infertur tertiò, minimè delinquere proficiſcentem in die feſto, ad locum vbi id feſtum non obligat, gratià exercendi ſeruilia. ita DD. teſte *Sanchez* loc. cit. ſed *nu.* 21.

Sanch.

Addunt DD. teſte eodem *Sanchez* loc. cit. teneri audire ſacrum ante profectionem,

quia

quia cum profectus eſt, iam præcepto audiendi ſacrum aſtrictus erat.

Verum, aliqui DD. neotherici, quos refert *Sanchez* loc. cit. ſed *nu.* 21. Dicunt non teneri audire ſacrum, ſi intra tempus opportunum ad audiendum, ſcilicet, ante meridiem, ſit peruenturus ad locum in quo id feſtum nō obſeruatur, quia in proprio oppido vſque ad id tempus poterat auditionem ſacri differre: quando autem peruenit ad alium locum, iam deobligatus omninò eſt ab eo præcepto. dicit *Sanchez* hanc opinionem eſſe ſatis probabilem. **Sanch.** **Sanch.**

Infertur quartò, proprio oppido in quo ſeruatur ieiunium, mane abeuntem, nocteque in locum peruenturum, in quo ieiunium non obligat, poſſe nocte cœnare, & carnibus veſci, ſi ibi edantur, quamuis tota die ieiunarit, poteſt enim ſe conformare conſuetudini loci, ad quem peruenit, vt docet *Sanchez lib. 3. de matrim. diſp.* 18. *nu.* 22. & cum DD. à ſe cit. *nu.* 18. **Sanch.**

Negant tamen aliqui poſſe illum mane ientaculum ſumere, quamuis peruenturus certò ſit ad locum, vbi non ieiunatur, quia nondum extat cauſa excuſans, & poteſt mutua ſententia non proficiſci, & proinde cauſa non extabit.

Sed *Sanchez num.* 23. probabilius putat poſſe, quando moraliter eſt certus de profe- **Sanchez.**

fectione, & acceſſu illa die ad locum, vbi ieiunium non obligat: nullo tamen modò poterit carnibus veſci, donec eo perueniat. Ratio diſcriminis eſt, quia obligatio abſtinendi à carnibus, eſt diuidua, vnde toties illis vtens in die vetito delinquit mortaliter quoties vtitur: quare poteſt pro parte eiuſdem diei, dum in loco obligationis eſt, id præceptum ſeruare, & pro parte eiuſdem diei non ſeruare, dum eſt in alio loco, in quo non obligat: at obligatio ieiunandi indiuidua eſt, conſiſtens in vnica commeſtione, quare ſemel violans ieiunium, comedendo, non tenetur amplius ea die à cibis abſtinere, cum ergo ieiunium nocte obligaturum non ſit, non obligabit ſummo mane.

Nec obſtat cauſam non dum adeſſe, quia ſatis eſt moralis certitudo futuræ cauſæ, ſicut iturus ad opus ſeruile exercendum, poteſt antequam adeat cibos ſumere, non obſtante præcepto ieiunij, quamuis cauſa non dum extet, & impediri poſſit.

Infertur quintò, exeuntem loco, vbi non ieiunatur, carneſque eduntur, poſſe mane eas edere, quamuis nocte peruenturus ſit ad domicilium, vbi à carnibus abſtinetur, & ieiunatur, quia extra domicilium non abſtringitur illius legibus: vbi autem peruenerit, nequit carnibus veſci: quia iam lege domicilij obligatur, nec eadem ratione

cæ-

cœnare poterit, ſi non dum ieiunium fregerat, ſecus ſi iam fregerat. ita *Sanchez* loco cit. ſed *num.23.* *Sanchez.*

Infertur ſextò, beneficiarium, qui in aliena diœceſi exiſtens non reſidet incurrere cenſuram latam contra non reſidentes ab Epiſcopo loci in quo habet beneficium; nam omiſſio reſidentię conſumatur in territorio proprio. ita DD. teſte *Bonac. tom. 2. diſp. 1. q. 1. punt. 6. n. 68.* *Bonac.*

Sed difficultas eſt, an ſi incolæ locorum, vbi Tridentinum obligat confluunt alibi per modum tranſitus, vbi Tridentinum non obligat, poſſint contrahere matrimonium validè ſine pręſentia Parochi, & Teſtium?

Reſpondetur primò, certum eſt, validum eſſe matrimonium, ſine præſentia Parochi, & Teſtium, ſi confluunt alibi, vbi Concilium Tridentinum non obligat, & habeat animum ibi conſtituendi domicilium, vt docet *Sanchez lib. 3. de matrim. diſput. 18. nu. 27.* *Sanch.*

Reſpondetur ſecundò, ſi cōfluuat ſolum per modum tranſitus, vbi Tridentin. non obligat multi DD. tenent. teſte *Sanchez* loc. cit. non eſſe validum matrimonium, ſi cōtrahant ſine præſentia Parochi, & Teſtium. *Sanchez.*

Sed *Sanchez* cum DD à ſe cit. loc. cit. pro- *Sanch.*

Digitized by Google

babilius tenet, eſſe validum matrimonium contractum ſine præſentia Parochi, & Teſtium, vbi Tridentinum non obligat, etiam ſi adirent ea loca in fraudem decreti Tridentini, ſcilicèt, vt ibi poſſent liberè abſque Parocho, & teſtibus matrimonio copulari, nam qui iure ſuo vtitur, non poteſt dici fraudem committere, vt ea ratione effectus impediatur.

Sed petes. An ſi incolæ locorum in quibus decretum Tridentini irritans clandeſtina matrimonia, receptum non eſt, diuertāt ad alia oppida per modum tranſitus, & hoſpitij, vbi obligat id decretum, poſſint abſque Parocho, & Teſtibus validè contrahere iuxta leges proprij domicilij?

Sanchez. Ledeſm. RESpondetur, ex *Sanchez* loc. cit. ſed *n. 26.* citans *Ledeſm.* id matrimonium eſſe irritum, quia ſolemnitas in contractu ea adhibenda eſt, quam petunt leges loci, vbi contractus initur, cum ergo locus, vbi celebratur matrimonium ab his peregrinis, exigat ſolemnitatem Tridentini in eo vigentis, conſequenter aliter contractum, nullum erit.

Quæritur decimotertiò. An peregrini teneantur obſeruare leges locorum in quibus reperiuntur?

Diana. RESpondetur, ex communi DD. ſententia. teſte *Diana tract. de legibus tom. 1. reſolut.*

lut. 15. peregrinum præciſo ſcandalo, non obligari legibus, & conſuetudinibus particularibus locorum ad quos diuertit, niſi habeat intentionem manendi ibi pro maiore anni parte.

Quæritur decimoquartò. An Vagi teneantur ſeruare leges locorum in quibus reperiuntur.

Reſpondetur, ex communi DD. ſententia. teſte Sanchez *in ſumma lib.* 1. *c.* 12. *nu.* 13. *& Diana* cum DD. à ſe cit. *tract. de legibus reſolut.* 16. Vagos teneri obſeruare leges in quo reperiuntur, aliàs eſſent exempti ab omnibus legibus municipalibus, & Epiſcopalibus. Sanchez. Diana.

Sed multi DD. graues cit. à *Diana tract. de legibus reſol.* 16. tenent Vagos non teneri obſeruare leges locorum in quo reperiuntur. ita *Leſſius, Sayrus,* Sancius, *Paludanus, Antonin. Sylu. Medina, & Layman* cit. à *Diana* loc. cit. Diana. Leſs. Sayr. Sanc. Palud. D. Ant. Sylu. Med. Layman.

Quæritur decimoquintò. An peregrini obligentur cenſuris locorum generali ſententia, aut ſtatuto decretis.

Reſpondetur, ex communi DD. ſententia. teſte *Suarez de cenſuris diſp.* 5. *sect.* 5. *num.* 8. *&* 10. quando præceptum Prælati fertur per modum ſententiæ non ligat, niſi Suar.

ſubditos eius, non verò extraneos, etiam ſi in eius territorio delinquant. Secus verò eſt de ſtatuto, nam ex communi ſententia, ait *Suarez* loc.cit. qui exiſtens in alieno Epiſcopatu, frangit illius ſtatutum, eius cenſura ligatur, quia cenſura lata per ſtatutum, inhæret territorio, & conſequenter etiam peregrinos comprehendit, vt docent DD. *Diana.* teſte *Diana tom. 2. tract. 5. miſcellan. reſol. 73.*

Quæritur decimoſextò. An ſubditi incurrant excommunicationem latam per ſtatutum in diœceſi, ſi contra illud agant extra diœceſim.

Diana. RESpondetur, ex communi DD. ſententia. teſte *Diana tom. 2. tract. 5. miſcellan. reſol. 74.* negatiuè, ſubditus enim non incurrit excommunicationem latam per ſtatutum propriæ diœceſis, ſi contra illud agat extra diœceſim, vel intra diœceſim in loco pleno exempto, vt ait *Suarez de cenſuris diſp. 5.* *Suar.* *ſect. 4. num. 5.* & ita communiter DD. apud *Bonac.* *Bonacin. tom. 1. diſp. 1. q. 1. p. 1. nu. 8.*

Dicuntur verò loca plenè exempta aliquæ Parochiæ, aut oppida, quę ſunt exempta, quoad ordinariam iuriſdictionem. vnde Clericus, qui in huiuſmodi loca delinquit non incurrit pœnam Epiſcopi, etiam ſi ſit locus intra territorium Epiſcopi, nam tunc talis locus, eſt materialiter locus Epiſcopi. Mo-

Digitized by Google

Monaſteria verò, quæ ſunt in territorio Epiſcopi ſunt tantum exempta ratione perſonarum, non autem ratione loci, vnde Clericus, qui delinquet in dicto Monaſterio incidet in pœnam Epiſcopi.

Sed difficultas eſt. Quando cenſura lata eſt per ſententiam, an quis exiſtens extra territorium, ac iuriſdictionem Epiſcopi, ſeù domicilij incurrat penam, ſi delinquit extra territorium?

Reſpondetur, ex *Henriquez lib.13. cap.26. num.1.* quod ſi Epiſcopus proferat generalem excommunicationem, nominatim contra omnes ſubditos in tali re, puta furto delinquentes non comprehenduntur ſubditi, qui extra territorium delinquerũt, & manent: quamuis declaret ſuæ intentionis eſſe comprehendere ſubditos vbicunque delinquerint, quia licèt ſubditi ratione perſonæ, & pro foro conſcientiæ ſubiaceãt proprio Epiſcopo: pro foro tamen exteriori cum ſtrepitu excommunicare pertinet ad Epiſcopum loci, vbi ſit delictum, & ſcandalizatur reſpublica. at ſi ſubditus ille redeat ad ſuam diœceſim, & conueniatur de furto apud ſuum Epiſcopum, poteſt per cenſuras cogi, vt reſtituat. *Henriq.*

Idem aſſerit *Coninch. diſp. 13. dubitat. 7. n. 61.* *Coninch.*

con-

concluſ. 6. nempè, quod Epiſcopus non poteſt excommunicare, ſiuè per ſtatutum, ſiuè per ſententiam ſuum ſubditum exiſtentem extra ſuam diœceſim, niſi in ea aliquã ratione delinquat, quantumcunque extra eam delinquat. idem afferat alij DD. cit. à *Diana to. 2. tract. 5. miſcellan. reſol. 74.* quidquid dicant alij DD. in oppoſitum; vt ſunt *Suarez, Layman, Vgolin.* & alij apud *Dianam* loco cit. aſſerentes incurrere cenſuram delinquentes extra territorium ſui Epiſcopi, quando per ſententiam lata eſt cenſura.

Diana. Suar. Layman. Vgolin. Diana.

Verum ex prima ſententia.

Sequitur primò, quod ſi ſubditus commictit delictum in diœceſi; poteſt Epiſcopus illum excommunicare, etiam ſi extrã diœceſim commoretur. vt notat *Diana* loc. citato.

Diana.

Sequitur ſecundò, non poſſe Epiſcopum ſuis Clericis præcipere ne dicant ſacrũ extra ſuam diœceſim, hoc enim inualidè faceret: niſi fortè quatenus ob iuſtam cauſam poſſet ijs præcipere ne diœceſim egrederentur quamuis tunc nõ peccarent propriè dicendo alibi ſacrum; ſed egrediendo diœceſim peccarent, vt ait *Coninch.* loc. cit. & *Diana* loc. cit.

Coninch. Diana.

Sequitur tertiò, quemlibet Chriſtianum vbicunque exiſtat ligari cenſuris latis à Sũmo Pontifice, ſiuè lata fuit per ſtatutum, ſiuè

Digitized by Google

uè per ſententiam; nam Chriſtianus vbicunque exiſtat dicitur exiſtere in territorio Summi Pontificis, ita DD. teſte *Bonac. tom. 1. diſp. 1. q. 1 punt. 11. nu. 16.* *Bonac.*

Hoc tamen intelligitur modo lex contineas cenſuram latam à Summo Pontifice, ſit acceptata, & non ſit lata tantum pro aliquo loco, vt aiunt DD. apud *Bonac.* loc. cit. *Bonac.*

Quæritur decimoſextò. Quidam homo amiſit in ludo prohibito magnam quantitatem nummorum, ſed credito, an teneatur in foro conſcientiæ ſoluere quod credito amiſit? ob ſolam promiſſionem?

Reſpondetur, ex C*aſtro*, *Medina*, Lede*ſma*, *Cordub*a, *Bannes*, *Valentia*, *Salon. Rodriqu.* & alijs cit. à S. *Fauſto in ſpeculo confeſſar. part. 1. diſp. 14. q. 12. num. 5.* affirmatiuè, nempè eum obligari in conſcientia pecuniam perditam in ludo prohibito, & promiſſam ſoluere, ſed *Caſtro* *Med.* *Ledeſma.* *Corduba.* *Bann.* *Val.* *Salon.* *Rodriq.* S. *Fauſt.*

Adrianus in 4 quæſ. 15. Sotus lib. 4. de iuſt q. 5. art. 2. Nauarr. cap. 20. num. 17. Toletus lib. 5. c. 27. Molina tom. 2. de contract. diſp. 515. Medina lib. 1. inſt. confeſſ. cap. 14 §. 29. Couarr. in reg. peccatum par. 2. §. 4. num 8. & alij apud S. *Fauſtum* loc. cit. dicunt victum ex iure communi non teneri ſoluere amiſſum in ludo prohibito, quia per leges victus habet iuſ repetendi in iudicio *Adrian.* *Soto.* *Nau.* *Tolet.* *Molin.* *Couarr.* S. *Fauſt.*

cio pecuniam, quam ſoluit victori, vt patet in authentica alearum vſus, &c. ergo non videtur obligari ad ſoluendum, alioquin obligaretur ad actum otioſum.

Præterea habetur in *Authentica, vt alearum C. de relig. & ſumpt. fun.* habetur, vt victus non cogatur ſoluere amiſſum, ergo mens legiſlatoris in ea Authentica eſt, immunem ab obligatione ſoluendi reddere perdentem antequam ſoluat, illique repetitionem cõcedere, poſtquam ſoluerit.

Sed difficultas eſt, an teneatur victus ob ſolam promiſſionem ſoluere quod amiſit creditò in ludo permiſſo, ac licito.

Reſpondetur ſolum, ex iure communi victum poſſe non ſoluere, quod amiſit in ludo prohibito, etiam ſi interuenit promiſſio ſoluendi, vt ſupra probatum eſt.

Couar. Soto. S. Fauſt. Sed in Regno Caſtellæ at *Couarr. & Sotus* teſtantur cit. à *S. Fauſt* loc. cit. extat lex edita à Carolo V. anno 1518. quæ non ſolum prohibet ludere creditò, etiam ludis alioquin permiſſis, denegatque actionem petendi lucrifacta, ſed etiam irritat, & annullat quaſcunque promiſſiones, quæ inde oriri poſſent, aut de ea re eſſent factæ. ita

Nau. Lop. *Nauarr. cap. 20. num. 17. Molina diſp. 515.* Lopez *lib. 2.*

Digitized by Google

lib.2.de contract.cap.22.Soto lib.4.de iuſt. q.5. artic.2. & alij. Soto.

Sed petes primò. An eiuſmodi lex extet Neapoli, nempè, vt quis non teneatur ſoluere id, quod amiſit in ludo permiſſo, ſed creditò, etiam ſi promiſerit ſoluere pecuniam.

RESpondetur, ex *Puteo in tract. de ſindicat. titul. de ludo ſub num. 15. & 21.* vt refert *Nouar. ſuper* Pragmat. 1. *de aleatoribus, & luſorib. huius Regni Neapolis, facta die 15. menſis Ianuarij* 1468. *ſub Regimine Proregis, D. Peraſin,* etiam nõ teneri victum ſoluere, quod amiſit in ludo licito, ſed creditò, etiam ſi id promiſerit ſoluere, vt patet ex textu Pragmaticæ citatæ, & ſic teſtatur *Puteus* cit. obtinuiſſe in cauſa cuiuſdam militis, qui luſerat ad pilam, & perdiderat ducatos octingentos, & de illis fecerat victori inſtrumẽtum, nam cum fuiſſet probatum, inſtrumẽtum habuiſſe dependentiam ex cauſa ludi, Sacrum Regium Conſilium illud declarauit nullum, & mandauit illud eſſe cancellandum, & *num.*41. ex eodem *Puteo* iuxta eandem ſententiam fatetur iudicatum eſſe in quodam inſtrumento magnæ quantitatis facto pro pecunia victa in ludo pallatorum, quamuis licito, & permiſſo. Puteo. Puteo. Puteo.

Pe-

cio pecuniam, quam ſoluit victori, vt patet in authentica alearum vſus, &c. ergo non videtur obligari ad ſoluendum, alioquin obligaretur ad actum otioſum.

Præterea habetur in *Authentica, vt alearum C. de relig. & ſumpt. fun* habetur, vt victus non cogatur ſoluere amiſſum, ergo mens legiſlatoris in ea Authentica eſt, immunem ab obligatione ſoluendi reddere perdentem antequam ſoluat, illique repetitionem cōcedere, poſtquam ſoluerit.

Sed difficultas eſt, an teneatur victus ob ſolam promiſſionem ſoluere quod amiſit creditò in ludo permiſſo, ac licito.

RE ſpondetur ſolum, ex iure communi victum poſſe non ſoluere, quod amiſit in ludo prohibito, etiam ſi interuenit promiſſio ſoluendi, vt ſupra probatum eſt.

Couar. *Soto.* *S. Fauſt.* Sed in Regno Caſtellæ at *Couarr. & Sotus* teſtantur cit. à *S. Fauſt* loc. cit. extat lex edita à Carolo V. anno 1518. quæ non ſolum prohibet ludere creditò, etiam ludis alioquin permiſſis, denegatque actionem petendi lucrifacta, ſed etiam irritat, & annullat quaſcunque promiſſiones, quæ inde oriri poſſent, aut de ea re eſſent factæ. ita

Nau. *Lop.* *Nauarr. cap. 20. num. 17. Molina diſp. 515.* Lopez *lib. 2.*

Digitized by Google

lib.2.de contract.cap.22.Soto lib.4.de iuſt. q.5. artic.2. & alij. *Soto.*

Sed petes primò. An eiuſmodi lex extet Neapoli, nempè, vt quis non teneatur ſoluere id, quod amiſit in ludo permiſſo, ſed creditò, etiam ſi promiſerit ſoluere pecuniam.

Reſpondetur, ex *Puteo in tract. de ſindicat. titul.de ludo ſub num.* 15. *&* 21. vt refert *Nouar.ſuper* Pragmat.1. *de aleatoribus, & luſorib. huius Regni Neapolis, facta die* 15. *menſis Ianuarij* 1468.*ſub Regimine Proregis, D.Peraſin*, etiam nō teneri victum ſoluere, quod amiſit in ludo licito, ſed creditò, etiam ſi id promiſerit ſoluere, vt patet ex textu Pragmaticæ citatæ, & ſic teſtatur *Puteus* cit. obtinuiſſe in cauſa cuiuſdam militis, qui luſerat ad pilam, & perdiderat ducatos octingentos, & de illis fecerat victori inſtrumētum, nam cum fuiſſet probatum, inſtrumētum habuiſſe dependentiam ex cauſa ludi, Sacrum Regium Conſilium illud declarauit nullum, & mandauit illud eſſe cancellandum, & *num.*41. ex eodem *Puteo* iuxta eandem ſententiam fatetur iudicatum eſſe in quodam inſtrumento magnæ quantitatis facto pro pecunia victa in ludo pallatorum, quamuis licito, & permiſſo. *Puteo.* *Puteo.* *Puteo.*

Pe-

Digitized by Google

Petes ſecundò. Quidam Clericus amiſit aliquam quantitatem nummorum in ludo prohibito, ſed creditò, & fuit victus à laico, an Clericus teneatur in foro conſcientiæ ſoluere illam quantitatem nummorum ob ſolam promiſſionem? ratio dubitandi eſt, quia ſi Clericus lucratus eſſet in huiuſmodi ludo, ſed creditò aliquam quantitatem nummorum contra laicum non potuiſſet agere in iudicio, quia de iure communi annullantur promiſſiones ſoluendi nummos in ludo prohibito, ſed creditò, vt patet in Authentica alearum vſus, & hic Neapoli etiam vſus ludi non prohibiti, creditò eſt interdictus, vt patet ex Pragmatica *prima de aleatoribus, & luſoribus emanata, vt ſupra dixi, die* 5. *menſis* Ianuarij 1568. *ſub regimine Proregis* D Peraſan, *& non extat ius* Canonicum *contra clericum annullans promiſſionem eius cauſa ludi.*

REſpondetur, quod beneficium legis ciuilis emanatæ à Principe laico extenditur etiam ad Eccleſiaſticos in eorum foro, vt inquit *Rebellus de obligatione iuſtitiæ lib.* 12. *quæſ.* 1. *de contract. ludi num.* 10. *per text. in cap. intelleximus de nou. oper.* vbi habetur, quod ſicut leges ciuiles non dedignantur ſacros Canones imitari, ita, & ſacrorum ſtatuta Canonum principum cōſtitutionibus adiuuantur, atque ideo cau-

Rebell.

ſam

ſam expoſitam præcipitur ſecūdum legum, & Canouum ſtatuta terminari, vt rectè docuit Leonardus Duardus Clericus Regularis præditus doctrina, & bonitate, in quodam manuſcripto à ſe compoſito.

Præterea lex Cęſarea fuit edita proximè, & principaliter in fauorem perdentium in ludo pecunia credita, vt ait *Azor. tom. 3. lib. 1. cap. 24. q. 6. verſic. quæres*, & alij apud *Bonacin. tom. 2. de reſtit. quæſ. 3. de ludo punt 3. propoſit. 1. ſub num. 5.* atque ideo dicta lex Cæſarea eſt fauorabilis omnibus ſuccumbentibus in alearum ludo pecunia credita: ergo comprehendit non modo laicos; verum etiam extenditur ad Eccleſiaſticos: ſiquidem leges ciuiles, & ſtatuta laicorum ſi expreſſam mentionem non faciant de Eccleſiaſticis, & fauorabilia ſint, non ſolum comprehendūt laicos, ſed etiam extenduntur ad Clericos, vt patet ex *Abbate in c. conſtitutus ſub nu. 4.* & alijs apud ipſum. *Azor.* *Bonac.* *Abb.*

Præterea lex ludi eſt, vt ſit ex vtraque parte æqualis, itaut æqualitas ſit inter colludentes, & vterque ex æquo poſſit vincere, & vinci, lucrifacere, & perdere, cùm ſit contractus ad iuſtitiam commutatiuam ſpectans, vt habetur ex *Sayro libr. 11. Clauis Regiæ tom. 2. c. 12. nu. 18.* *Sayr.*

Vnde ſi alter poſſit vincere, & lucrifacere, & nihil poſſit perdere, non erit ludus ex

vtra-

Azor. vtraque parte æqualis, vt habetur ex *Azor. tom.3. lib.5. cap.25.* ergo ludens aleis cum Clerico laicus, ſicut ſi perdat in alearum ludo pecunia credita, vti poteſt beneficio præfatæ legis, & pecuniam depẽditam non ſoluere; ita Clericus ſi cum laico eodem ludo luſerit poterit beneficio eiuſdem legis vti contra laicum, & eidem quod perdiderit non exoluere; aliàs lex ludi non eſſet ex vtraque parte æqualis: quoniam laicus poſſet lucrifacere, & nihil perdere: & Clericus poſſet tantum perdere, & nihil lucrifacere.

Præterea dicitur, quod cum prohibeatur alearum ludus tàm laicis, quàm Clericis de iure Canonico, denegatur actio laico contra Clericum: nam fruſtra auxilium legis inuocat, qui commictit in legem, vt patet in *c.fin.de immun.Eccleſ.*

Neque obſtat ſi dicatur, quod alearum ludus eſt contractus de iure naturali dominij translatiuus in lucrantem eius rei, quæ in eo perditur, ſi accedat illius traditio: alioquin comparat ſolum ius ad rem, ac inſurgit obligatio in foro conſcientiæ ad eam tradendum, ſiquidem de iure naturali promiſſio eſt adimplenda, quamuis nuda, vt communiter affirmant Canoniſtæ, quia hoc procedit ſtando in ſolo iure naturali.

Secus autem ſi extaret, prout extat in caſu noſtro lex humana in contrarium, quę

lex

Digitized by Google

lex cum ſit iuſta habet vim obligatiuam in foro conſcientiæ de iure diuino iuxta illud *D. Pauli ad Rom.* *c.*13. dum ait quod non eſt poteſtas, niſi à Deo, & qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. Omnes enim leges à Dei lege ſumma, & æterna deriuantur, quæ ſecundum *D.Thom.* 1. 2 *q* 93. *art.*1. in corpore dicitur ratio diuinæ ſapientiæ, mouentis omnia ad debitum finem; atque ideo ipſa media ratione naturali, præcipit conſulit, vel approbat, vt leges humanæ fiant, & *D. Auguſt.* 1.*de lib.arbit.c.*6. ait formalia verba, [Arbitror in iſta temporali lege nihil eſſe iuſtum, atque legitimum, quod non ex hac æterna ſibi homines deriuarint.] Vnde cum leges iuſtæ non modo ex naturali iure, ſed etiam diuino vim habeant obligatiuam, proculdubiò obligant in foro conſcientiæ, in quo ius naturale, & multò magis diuinum tanquam omnium digniſſimum attenditur, vt habetur ex communi DD. ſententia.

*D. Paul. ad Rom. c.*13.

D.Thom.

D. Aug.

Hæc doctrina limitatur, niſi hæc lex ſit contraria conſuetudine abrogata, nec iuramentum inter colludentes interceſſerit de ſoluendo, quod in alearum ludo pecunia credita deperditum fuerit, nam in ſupradictis caſibus teneretur victus ſoluere promiſſam pecuniam ludo creditò deperditam.

Digitized by Google

Sed quod hæc lex ſit in viridi obſeruantia, Neapoli eſt clarum, cùm in Sacro Cõſilio, teſte *Puteo* relato à *Nouario ſuper Pragmatic. ſupra relato*, fuerit declaratum nullum, quoddam inſtrumentum factum, ex cauſa ludi.

Puteo.
Nou.

Sed dices. An acquiſita ex ludo prohibito, vel credito, ſit obnoxia reſtitutioni, ante ſententiam Iudicis.

Soto. *Nauarr.* Couarr. *Bann.* *Salon.* *Val.* *Rodriq.* *Leſs.* *Tolet.* *Lop.* S. *Fauſt.*

RESpondetur, ex *Soto*, *Nauarr.* Couarr. *Bannes*, *Salonio*, *Valentia*, *Rodriquez*, *Leſſio*, *Tolet.* Lopez, & alijs cit. à *S. Fauſt. in ſpeculo p. p. diſput.* 14. *q.* 5. *num.* 3. *&* 6. bona acquiſita ludo prohibito retineri poſſe, nec eſſe reſtituenda ante iudicis ſententiam; quia ius prohibens huiuſmodi ludum, nõ ipſo facto reddit nullam translationem dominij, vt patet ex iure Cæſareo, idem dicendum eſt de pecunia acquiſita per ludum, ſed creditò, nẽpè non eſſe reſtituendam ante ſententiam iudicis, quia non adeſt, neque ius Cæſareũ, neque hic Neapoli ius municipale, quod ipſo facto reddat nullam translationem dominij, acquiſita per huiuſmodi ludos; quod ſi adeſſet aliqua lex in aliquo Regno annullans translationem dominij, tunc ſtatim facienda eſſet reſtitutio, ante iudicis ſententiam.

Pe-

Petes tertiò. An qui iurauit ſe ſoluturum quod alter lucrifaceret, teneatur ſoluere quod creditò perdidit, in ludo prohibito? an verò poſſit non ſoluere?

REſpondetur, ex *Nauarr. c. 20. nu. 17.* teneri ſoluere; Ratio eſſe poteſt, quia interuenit iuramentum, quod à legibus ciuilibus non poteſt annullari; ſed dico Ego, ſaluo meliori iudicio, quod tenetur ſoluere, quod amiſit in ludo prohibito ratione iuramenti, tamen ſi petat abſolutionem iuramenti à Prælato, poteſt agere contra Victorem, in iudicio ad hoc, vt poſſit compellere eum, ad reſtituendum ipſi quod creditò amiſit, & ſoluit ipſi Victori cauſa ludi. Immo ait idem *Nauarr.* loc. cit. quod ſi quis obtineret abſolutionem iuramẽti, antequam ſoluat non tenetur ſoluere, vt patet ex *cap. 1. de iureiurando.* *Nauar.* *Nauarr.*

S. *Fauſt. verò in ſpeculo confeſſariorum diſp. 14. q. 13.* ſic diſtinguit, ſi mens iurantis fuit ſolum ſe obligare ad ſoluẽdum amiſsa, poteſt repetere licitè in iudicio, quod ſoluit creditò in ludo prohibito, quia ſoluendo abundè impleuit iuramentum; Si verò mens iurantis fuit ſe obligare ad transferendum dominium eius, quod amiſit in lucrantem, tunc non poteſt illud repetere. *S. Fauſt.*

Digitized by Google

Petes quartò. An filiusfamilias poſſit aliquid ludò exponere, itaut is, qui lucriſecerit, non teneatur reſtituere?

S. *Fauſt.* RESpondetur primò, ex S. *Fauſto in ſpeculo confeſſariorum par.* 1. *diſp.* 14. *q.* 17. *n.* 1. *fol. mihi* 593. quod filiusfamilias non emancipatus, neque caſtrenſe, aut quaſi caſtrenſe peculium habens, qui in domo paterna cōmoratur, & Patris opibus alitur, ſine eius facultate, ſaltem tacita, nullius pecuniæ poteſt transferre dominium, vel acquirere per ludum.

Dixi, ſine facultate, ſaltem tacita, quia filius de conſenſu ſaltem tacito parentum poteſt aliquam modicam quantitatem ludo exponere, puta duos, vel quatuor argēteos, quo tamen parentes ſunt ditiores, & in maiori ſtatu, tantò plura præſumendi ſunt concedere filiofamilias ad ludendum, vſuſuè alios non neceſſarios. ita *Tolet. lib.* 5. *c.* 27. S. *Fauſtus* loc. cit.

Tolet. *S. Fauſt.*

Idem dicendum eſt de pupillo, ac minore conſtituto ſub curatore, vel tutoris poteſtate, iuxta cuiuſque tamen proportionem, quia ad curatores, & tutores pertinet concedere minoribus eam ſummam pecuniæ, quam parentes concederent, ſi viuerent.

Re-

Digitized by Google

Reſpondetur ſecundò, quod ſi filiusfamilias pubertatem ingreſſus, eſt mancipatus, vel habet bona caſtrenſia, ideſt bona, ex militia parta: vel quaſi caſtrenſia, ideſt bona acquiſita ex aliquo actu literario, aut clericatus titulo, vel alia à Patre conceſſa ad animi oblectationem, poteſt ex iſtis bonis aliquid ludo exponere, & qui ab eo aliquid lucratur, non tenetur in conſcientia reſtituere, quia huiuſmodi bonorum habet filiusfamilias adminiſtrationem, & dominium, & ita iure ea poteſt alienare, & in ludo perdere. ita *Molina de contract. tom. 2. diſput 519. Salon. 2. 2. queſ. 5. art. 6. & Leſſius lib. 2. c. 26. dub. 5.* *Molina. Salon. Leſs.*

Hinc

COlligitur, quod filiusfamilias iure poteſt ludo exponere ea, quæ ex ſuo labore, & induſtria, aut ſeruitio acquirit extra domum Patris.

Reſpondetur tertiò, ex *Rebell. p. 2. de oblig. lib. 12 q. 4.* quem ſequitur S *Fauſtus in ſpeculo p. p. diſp. 14 q. 17. nu. 4.* quod quando filiusfamilias eſt in domo paterna, ſi quid amplius ſuo labore, opera, vel miniſterio acquirit, quàm expendat Pater in eo alendo, poteſt filius ſibi reſeruare, & illud ludo exponere. *Rebell. S. Fauſt.*

Reſpondetur quartò, quod filiusfamilias, cui Pater in curia Principis, vel in ſcholis ſtudio literario vacanti alimenta exhibet,

Digitized by Google

poteſt particulam aliquam ſummæ deſti-natæ ſubſtentationi ludo honeſto inſumere, nempè quatuor, vel quinque pro centenario. ita *Nauarr. cap. 19. nu. 9. Soto lib. 4. q. 5.* & alij cit. à *S. Fauſt.* loc. cit.

Nau. Sotus. S. Fauſt.

Reſpondetur quintò, quod quando Pater filio certam pecuniæ ſummam tradit, vt ex ea ſe alat, ſi filius parcè viuendo, aliquid ex ea ſumma ſibi reſeruet, licitè poteſt illud ludo exponere. ita *Azor.* cit. à *S. Fauſt.* loc. cit. *nu. 6.*

Azor. S. Fauſt.

Reſpondetur ſextò, quod quando Pater filio ſuo in ſcholis, vel in curia Regia commoranti pro ſua ſubſtentatione mittit nonaginta, ſciens ei ſufficere octuaginta, tunc filius parcè viuendo exponere poteſt ludo non ſolum id, quod ſibi ſubtrahit, verum etiam alia decem. ita *Azor.* cit. à *S. Fauſto* loc. cit. *num. 7.*

Azor. S. Fauſt.

Reſpondetur ſeptimò, quod ſi filiusfamilias, qui non habet, quod poſſit alienare, & aduerſarius id nouit, quia ſcit eſſe filiūfamilias, vel omninò pauperem, aliquid ludetur ab eo, qui poteſt alienare, non tenetur reſtituere, quod lucratus eſt, quia ſcienti, & volenti non fit iniuria, quia ſi poteſt quis ſua ſpontè donare aliquid filiofamilias, ergo poteſt eidem etiam donationem cum conditione facere, nimirum ſi filiusfamilias ipſum in ludo vicerit. ita *Nauarr. Medina*, & alij apud

Nau. Med.

apud S.Fauſtus loco cititato, ſed *num.8.* S. Fauſt.

Reſpondetur octauò, quòd ſi colluſor bona fide putat eum cum quo ludit, habere bona, quæ poſſit alienare, tunc ſi filiusfamilias alienare prohibitus ab altero, qui perdere poteſt, aliquid lucretur, non poteſt in conſcientia illud retinere, quia deceptus eſt colluſor, putans eum, qui eſt filiusfamilias, aliquid boni habere, quod poſſit perdere, quia hic eſt inæqualitas, ſcilicet lucrādi, & non perdendi, at colluſores debent eſſe conditione pares. ita communiter affirmant DD. cit. à S. *Fauſt.* loc. cit. ſed *num.9.* vt ſunt *Couarr. Soto, Medina, Valentia, Toletus, Rodriquez,* Salon. *&* Leſſius.

S. Fauſt. Couar. Soto. Med. Val. Tolet. Rodriq. Salon. Leſſ.

Petes quintò. An de ratione ludi ſit, vt quis non poſſit plus lucrari, quam perdere, & è contra? quod eſt quærere an filiusfamilias, qui exiſtens in aula, vel vniuerſitate poteſt perdere quinque ex centum ſibi à Patre conceſſis, poſſit lucrari ab alio colluſore plura, quam quinque?

Reſpondetur, ex *Soto lib.4.q.5.art.2. Medina, cap. de reſtit. q.22. Alcozer tract. de ludo cap.16. Caſtro lib.2. de legibus pœn. c.2. Leſſio lib.2. cap.26. dub.5.* & alijs, negatiuè, quia vtriuſque ludentium æqua debet eſſe cōditio, at in caſu poſito, nulla eſt æqualitas, ſi filiusfamilias plus poteſt lucrari, quam perdere

Soto. Med. Alcozer Caſtrus. Leſſ.

Digitized by Google

hoc intelligitur ex primo iactu, nempè non poſſe plus lucrari, quam perdere; nam ſi filiusfamilias per varios iactus ludi plus lucratur, quam ipſe ab initio poterat perdere, non tenetur ad reſtitutionem, vt v.g. filiusfamilias habens tantum quinque ducatos quos poteſt perdere, de conſenſu Patris, ſi primo iactu exponẽs illos lucratur alios quinque ducatos, poteſt exponere ſecundo iactu, & lucrari cum illis alios decem ducatos, qui cum prioribus efficiunt viginti, & cum illis tertio iactu lucrari poteſt alios viginti, & ſic ſingulis alijs iactibus poterit ſeruata ſemper æqualitate, & iuſtitia ludi lucrari centum, & mille, vt rectè docet *Molina tom.2. de contract. diſp.517.* quem ſequitur *S.Fauſt. in ſpeculo confeſſ. p.p. diſp.14.q.18.nu.7.* (*Molina.* / *S. Fauſt.*)

Hinc

PRimo colligitur, quod pauper, qui non habet niſi viginti argenteos, quos poteſt perdere, ſi ludat cum diuite habente centum, non poteſt lucrari, niſi viginti in eodem iactu ludi, alioquin non eſſet æqualis conditio ex parte vtriuſque. vt docet S.*Fauſt.* loc. cit. *nu.6.* (*S. Fauſt.*)

Secundò colligitur, quod filiusfamilias ſicut ſolum quinque perdere poteſt, ita nec qui cum illo ludit, poteſt maiorẽ ſummam ab illo lucrari, & ſi quid vltra lucretur, tenetur illud reſtituere Patri, aliter non ſeruaretur æqualitas.

Ter-

Tertiò colligitur, quod filiusfamilias, qui ſolum exponere poteſt quinque, ſi prima ſponſione, ſeù iactu exponat decem, & illa lucretur, ad quinque lucrata reſtituenda tenetur; quia ſicut ſolum quinque perdere poteſt, ita quoque ſolum in illa ſponſione quinque lucrari poteſt, vt ſic æqualitas ludi conſeruetur. ita *Salon. 2. 2. q. 5. art. 6.* *Salon.*

Petes ſextò. An mancipium poſſit ludo aliquid exponere, & an lucriſaciens ab eo ſic acquiſitum ludo, poſſit juſtè retinere.

Reſpondetur, ex *Molina* cit. à S. *Fauſto in ſpeculo confeſſariorum par. 1. diſp. 14. q. 21. num. 1. 2. &* 3. quem ſequitur idem S. *Fauſtus*, neminem poſſe iuſtè retinere lucrifacta à mancipio, & tenetur qui ludit cum mancipio, & lucratur, reſtituere domino lucriſacta, quia quicquid acquirit mancipium acquirit, vel habet, ad dominum eius pertinet. *Mol.* S. *Fauſt.*

Quando verò mācipium habet aliquam quantitatem nummorum conceſſam ei à ſuo Domino, & illam exponit ludo poteſt, qui ludit cum mancipio, & lucratur, retinere illam quantitatem nummorum conceſſam à Domino mancipij.

Idem dicitur ſi Dominus concedit mancipio certam pecuniam in ſingulos dies, vt

ex

ex ea viuat, & mancipium parcè viuendo, abſque ſui Domini detrimento, aliquid ſibi retinet, nempè poſſe illam pecuniam ludo exponere, & qui eam lucratur, poſſe illam retinere, vt ait idem *Molina* cit. à *S. Fauſto* loco cit.

Molina. S. Fauſt.

Petes ſeptimò. An qui ludit cum muliere coniugata, poſſit licitè ſibi retinere lucrum, quod ab ea acquiſiuit?

RESpondetur poſſe, & hoc in ſeptem caſibus. Primò, quando vxor vltra dotem habet bona parephernalia. Secundò, quando maritus expreſsè aliquas pecunias concedit vxori, vt eas pro libito expendat. Tertiò, quando maritus aliquam pecuniæ ſummam vxori concedit, vt ornatior ſe induat, & ipſa reſtrictius viuendo ex his aliquid ſubtrahit. Quartò, quando maritus ſcienter permictit, vt aliquid pecuniæ ludo exponat. Quintò, quando vxor habet adminiſtrationem bonorum. Sextò, quando vxor ſua priuata induſtria, & labore acquirit, & lucratur, poſtquam muneri ſuo, & curæ domeſticæ plenè ſatisfecit. Septimò, quando vxor ludit, & perdit ludendo eo more, quo cæterę coniugatæ fœminę eiuſdem conditionis, & ſtatus ſolēt ludere. Nec maritus poteſt id ei prohibere, quia ob do-

tem,

tem, & ſocietatem bonorum contractam, illi debetur congrua, & competens ſubſtentatio, quæ ſanè comprehendit omnes ſumptus, ad ea omnia, quæ mediocres ſui ſtatus, & conditionis ſolent inſumere, etiam ad competentem, & honeſtam oblectationem. ita *Molina*, & *Salonius* cit. à S. *Fauſt*. loco cit. ſed q. 24. *Mol.* *Salon.* *S. Fauſt.*

Petes octauò. An qui alium in ludo decipit teneatur ei reſtituere non ſolum id, quod fraudelenter acquiſiuit, ſed etiam quod alter iuſtè lucraturus erat, niſi fraude impeditus fuiſſet.

Reſpondetur primò, quod qui per fraudem, & dolum, aut iniuſta deceptione aliquid lucratur contra leges ludi, tenetur in foro conſcientię ante iudicis condemnationem eidem à quo lucratus eſt, reſtituere, non ſolum id, quod fraudelenter acquiſiuit, ſed etiam quod alter iuſtè lucraturus erat, niſi fraude impeditus fuiſſet quia dolus, & fraus nemini debet patrocinari. Si tamen res ſit dubia an eſſet lucraturus, ad nihil tenebitur, quia in æquali dubio melior eſt conditio poſſidentis, niſi fortè probabilius eſſet, aduerſarium fuiſſe lucraturum, nam tunc pro ratione maioris illius probabilitatis aliquid arbitrio boni viri eſ-

ſet

Mol. ſet reſtituendum . ita *Molina* cit. à S. *Fauſt. in*
S. *Fauſt.* *ſpecul. tom.* 1. *diſp.* 14. *q.* 32.

Reſpondetur ſecundò, quod qui in ludo alium decipit iuxta leges ludi vtrique colluſori communes, non tenetur reſtituere, quod acquiſiuit. ita affirmant communiter
S. *Fauſt.* DD. apud S. *Fauſt.* loc. cit.

Hinc

PRimò colligitur, nullum eſſe peccatum, nullamque contrahere obligationem reſtituendi omninò ſcientem ſe lucraturũ, puta quia habet potiores partes ludi ſi ſpõſionem auget quia hoc eſt commune vtrique colluſori; ita affirmant communiter
S. *Fauſt.* DD. teſte S. *Fauſt.* loc. cit *lib.* 2.

Secundò colligitur, peccare mortaliter accipiẽtem primum locum, quem in ludo appellant manum, cum tamen alteri colluſori deberetur, & ſi ob id aliquid lucratur, ad reſtitutionem tenetur, ſed non tenetur reſtituere totum quod lucrifecit, ſed quantum illius ius ludendi primo loco valet. ita
Nau. *Nauarr. c.* 20. *nu.* 17. ſic cit. à S. *Fauſt.* loc. cit. ſed
S. *Fauſt.* *nu.* 5. quem ipſe ſequitur.

Petes nonò. An dubitans, an res ſit aliena, poſſit tuta conſcientia eam emere?

REſpondetur primò, quod qui tempore contractus dubius ſit ne res aliena

an

an non, in ſuum proprium commodum emit, non poteſt rem illam alienare, nec reſcindere contractum cum latrone, ſed tenetur illam verò Domino reſtituere, etiam cum iactura pretij, quia moraliter eadem eſt ratio de mala fide, & dubia fide, ſed qui emit mala fide tenetur rem illam cum ſuis fructibus verò Domino reſtituere, ergo, & qui dubia fide emit ita *Salon.* 2.2.*q.*62. *artic.*6. *& Medina c. de reſt. art.*6. *Salon.* *Med.*

Reſpondetur ſecundò, quod qui à principio bona fide occupauit rem furtiuam, & poſtea dubitat rationabiliter an ſit aliena, ſi moralem diligentiam adhibuit, nec comperire potuit eſſe alienam, tunc tuta conſcientia poteſt illam retinere, neque ad vllam reſtitutionem tenetur, eſtò dubius maneat, an ſua ſit, quia in dubio melior eſt conditio ipſius qui bona fide poſſidere cępit ita S*alon.* 2.2.*q.*62.*art.*6.*&* S.*Fauſt.in ſpeculo p.p.diſp.*1.*q.*46 *nu.*80. *Salon.* S. *Fauſt.*

Reſpondetur tertiò, quod ſi bonæ fidei poſſeſſor incidit in dubium probabile, an res ſit ſua, vel aliena, & poſt debitam diligētiam à ſe factam ad indagandam veritatem, non inuenit quidquam certi, poteſt tunc bona fide tali re vti, & ſi vendidit, cenſetur vendidiſſe bona fide, ac ſi certò eſſet ſua. ita *Molina tom.*3. *de iuſtitia diſp.*72. & ſequitur S. *Fauſt.* loc.cit. ſed *nu.*9. *Molina.* S. *Fauſt.*

Re-

Digitized by Google

Reſpondetur quartò, quod ſi facta diligentia competenti, adhuc manet dubius ſi vult alteri vendere, aut donare rem illam, tenetur emptori, aut donatario rei conditionem exponere, dicens ſe eſſe dubium, an furtiua ſit; ratio eſt, quia vendens, iure naturæ tenetur manifeſtare vitium rei, ex quo emptori poteſt incommodum euenire: venditor autem eo animo eſſe debet, vt cognita veritate pretium rei venditæ domino reſtituat. ita *Salon.* 2. 2. *q.* 62. *art.* 6. *Couarr. in Regul. peccatum p.* 2. §. 12. *num.* 4 & 10. & *Io. Med. c. de reſtit. q.* 10.

Salon. *Couarr.* *Io. Med.*

Sylu. Sed *Sylueſt. verbo reſtit.* 3. *q.* 7. ait, quod abſolutè poteſt vendere, abſque eo, quod manifeſtet emptori rem ſub dubio eſſe an ſit furtiua.

S. Fauſt. Sed S. *Fauſt.* loc. cit. ait, quod ſi facta morali diligentia nulla reliqua eſt ſpes decidendi in dubium illud, poterit homo abſolutè vendere, ſicut ipſemet iam bona fide poſſidet.

Reſpondetur quintò, quod qui bona fide emit rem alienam, & facta morali diligentia de veritate inquirenda, adhuc eſt dubius, & magis inclinat, quod ſit res furtiua, quam ſua, tenetur facere diligentem inquiſitionem, quiſnam ſit verus Dominus, quem ſi inuenit, cum fructibus etiam conſumptis in integrum reſtituere tenetur: ſin au-

autem inuenerit Dominum, non tamen ita certum, tenetur eam cum altero, de quo dubitat diuidere plus, vel minus pro ratione dubij, qui ſi ſit perſona nota, ei ſua pars eſt tribuēda, ſi verò ſit ignota, diſtribuenda eſt pauperibus, ita *Caiet.* 2.2.*q.*62. *artic.*5.*Soto lib.*4. *de iuſt.quæſt.*7.*artic.*1.*Salon.*2.2.*q.*62.*art.*6. & alij. *Caiet.* *Soto.* *Salon.*

Petes decimò. An res inuentæ, quæ non ſunt theſauri, poſſint ab inuentore retineri.

Antequam reſpondeam.

SVppono tanquam certum, teneri inuentorem omni diligentia, publiciſque prçconijs alijs vijs accomodis perquirere Dominum expenſis ſumptis ex ipſamet re inuenta, & ſi eum inueniat, teneri ei reddere.

His poſitis.

REſpondetur, ex *D.Thom.*2.2.*q* 62. *art.*5. *Caiet.* ibidem *Sylu.* *Couarruuia*, *Nauarr.* & alijs cit. à S. *Fauſto in ſpeculo confeſſar. par.*1.*diſp.*11.*q.*16. bona inuenta poſt factam diligentem, ac ſufficientem inquiſitionem, ſi non reperiatur verus Dominus, eſſe diſtribuenda pauperibus, nec retineri poſſe ab inuentore; ratio potiſſima eſt, quia cum iſta bona ſciantur eſſe alicuius, ratio dictat, *D.Th.* *Caiet.* *Sylu.* *Couarr.* *Nau.* *S.Fauſt.*

Digitized by Google

vt reſtituantur ſecundum voluntatem rationabilem, & interpetratiuam illius, quæ ea eſt ſanè, vt expendantur in ſuam vtilitatem ſpiritualem, hoc autem fit conuertendo illa in pios vſus.

D. Aug. Fauet huic ſententiæ mirabiliter *capit. ſi quid inueniſti* 10 *q.* 5. deſumptum ex *D. Auguſtico*, vbi dicitur.

Si quid inueniſti, & non reddidiſti, rapuiſti.

Sed

S. *Fauſt.* *Soto.* *Arag.* *Med.* *Lopez.* *Banniz.* *Mar. Le.* *Sarmien.* *Solon.* *Rodriq.* *Pet. Na.* *Em. Sà.* Multi graues DD. cit. à S. *Fauſt.* loc. cit. vt ſunt *Soto*, *Aragonius*, *Medina*, *Lopez*, *Bannez*, *Martinus Ledeſma*, *Sarmiento*, *Salonius*, *Rodriqu.* *Petrus Nauarra*, *Emanuel* Sà, & alij dicunt poſſe inuentorem poſt factam diligentem inquiſitionem, ad inueniendum verum Dominum, ſi non inueniat, retinere apud ſe bona inuenta ſine obligatione, vt diſtribuat pauperibus; Ratio eſt, quia huiuſmodi bona videtur haberi pro derelictis à vero Domino, & in iure pro eodem reputantur ignorari Dominum rei, & rem nullum habere Dominum. hæc opinio eſt ſatis probabilis, ſed prima opinio eſt magis pia, & probabilior.

Sed quid dicendum in vtraque opinione relata, ſi Dominus verus poſt diligentem inquiſitionem, comparauit, an teneatur ad reſtitutionem, qui inuenit ſupradicta bona.

Re-

Digitized by Google

REſpondetur, non teneri ad reſtitutionem inuentorem bonorum poſt adhibitam diligentem inquiſitionem, & non inuenit verum Dominum, ſi ſecundum primam opinionem, fuerunt bona diſtributa pauperibus, & comparuerit verus Dominus; Si verò ſecundum aliam opinionem poſt peractam diligentiam, non inuenit verum Dominum, & applicauit ſibi bona tanquam pauperi teneri ad reſtitutionem, ſi comparuerit verus Dominus, ſi res extant in ſpecie, vel in pretio, vt rectè docet L*eſſius de iuſtit. & iure lib. 2. cap. 14. dub 6. nu. 43.* Si autem res non extant, nec in ſpecie, nec in pretio non teneri ad vllam reſtitutionem, quia qui bona fide rem alienam conſumpſit non tenetur ad reſtitutionem, niſi quatenus factus eſt ditior. ita *Leſſius* loco cit. *Leſſ.*

Sed maius dubium eſt, quando res eſt acquiſita ex furto, & non reperitur verus Dominus, poſt factam magnam diligentiam, an poſſit, qui eam furatus eſt, applicare ſibi tamquam pauperi, ſi eſt verus pauper, & an teneatur reſtituere rem applicatam ſibi tanquam pauperi, ſi poſt diligentem inquiſitionem, in reperiendo vero Domino, non inuentus eſt, & poſtea comparuerit?

REſpondetur primò, ex *Leſſio* loc. cit. poſſe applicare ſibi, ſi eſt verus pauper, *Leſſ.*

ſi ipſe illam rem furto occupauerit.

Leſs. Reſpondetur ſecundò, ex eodem *Leſſio* loc. cit. probabilius eſſe non teneri huiuſmodi occupatorem reſtituere illam rem, ſi qui eam ſurripuit, applicauit ſibi tamquam pauperi ſi non inuenit verum Dominum poſt factam diligentiam, & comparuerit verus Dominus, ſi res non extat in ſpecie, nec in pretio.

Leſs. Henriq. Immò addunt DD. teſte *Leſſio* loc. cit. & præſertim H*enriquez lib. 7. de indulgentijs c. 34. nu. 8.* quod res ſemel debito modo applicata pauperi etiã ſi tibi ipſi applicaueris, non debet Domino poſtea comparẽti poſt perfectam diligentiam in inquirendo illo reſtituere, etiam ſi res extet in ſua ſpecie: hæc

Henriq. ſunt formalia verba *Henriq.* loc. cit.

[Si tamen vir timoratus, & prudens ſibi actu quodam externo applicauit eã partẽ, qua pro ratione ſtatus indiget, ſecurus eſt in conſcientia: cum non ſit deterioris conditionis hic, quam alij pauperes, quamuis iniuſtè acceperit, quo ita facto non tenebitur Domino poſtea reperto ſatisfacere ratione acceptionis iniuſtæ, cum culpa ſit purgata per diligentiam, & applicationem legitimè factam; nec ratione rei acceptæ in qua factus eſt ditior tenetur reſtituere: quia eo facto acquiſiuit dominium rei: nec magis tenetur compenſare, fuſis orationi-

bus

bus pro Domino ignoto, quam alij pauperes quibus ea res applicaretur. hæc *Henriquez.* *Henriq.*

Sed *Molina tom.3. de iuſtit. diſp.746.* docet eſſe rem reſtituendam verò Domino, niſi tempus præſcriptionis decurriſſet. *Molina.*

Præſcriptio verò rerum mobilium cum titulo reſpectu eius, qui bona fide incæpit rem poſſidere, fit ſpatio trium annorum, vt docent DD. teſte *Leſſio de iuſt. & iure lib.2. cap.6. dubit.7.* tituli autem ſunt multi, teſte eodem *Leſſio* loc.cit. nempè pro ſoluto, pro emptore, pro tranſacto, pro hærede, pro donato, pro derelicto, pro legato, pro dote, pro ſuo, pro iudicato. hoc intelligitur, modo adſit continua bona fides per ſpatium trium annorum nimirum currere præſcriptionem. *Leſſ.* *Leſſ.*

Sed

PRimò notandum eſt, quod ſi bona inuenta ſint ſacra, vel religioſa, etiam poſt factam diligentiam, cauſa ſciendi cuius Eccleſiæ ſit, & non reperitur Eccleſia, non ob id bona poſſunt retineri ab inuentore, etiam ſecundum opinionem dicentium, poſſe inuentorem retinere bona inuenta, perquiſito vero Domino, & non inuento, ſed tradenda ſunt bona in manu Prælati, vt ea in vſus Eccleſiæ conuertat, quia vt habetur in regulis iuris, quod ſemel Eccleſiæ

fuit, non eſt in vſus prophanos conuertendum. ita DD. apud S. *Fauſtum in ſpeculo par. 1. diſp. 1. de reſtit. q. 184. nu. 2.* S. *Fauſt.*

Secundò notandum eſt, quando diſtributio bonorum incertorum fieri debet pauperibus, poteſt is, qui ſurripuit, ſi verè eſt pauper ſimpliciter, totum, vel partem applicare ſibi, etiam propria auctoritate, vt docent DD. apud S. *Fauſt.* loc. cit. ſed *q. 178. num.* 3. nec eſt neceſſarium, vt detur pauperi, vel ſanctiori, vt rectè docet *Leſſius de iuſtitia, & iure lib. 2. c. 14. dub. 6. nu. 41.* S. *Fauſt.* *Leſs.*

Dixi notanter, ſi eſt ſimpliciter pauper, quia ſi pauper eſſet pro loco, & tempore, non poſſet ſibi, vt pauperi totum, vel partem horum bonorum retinere, quamuis poſſet reſtitutionem differre, vt ſuæ interim, aut ſuorum cognatorum indigentiæ ſuccurrat. ita S. *Fauſtus in ſpeculo diſpu. 1. par. 1. q. 175. nu. 3.* S. *Fauſt.*

Tertiò notandũ eſt, quod quãdo quis obnoxius reſtitutioni eſſet verè pauper, ſi ſibi totum, vel aliquam partem ex his, quæ debebat applicauit, verè fit eius Dominus, neque veniens ad pinguiorem fortunam tenetur id amplius reſtituere. ita Soto, & *Lopez* cit. à S. *Fauſt.* loc. cit. ſed *num. 5. in fine, & Leſſius lib. 2. c. 14. dub. 6. n. 42.* *Soto.* *Lop.* S. *Fauſt.* *Leſſ.*

Fe-

Petes decimoprimò. An poſſit quis retinere bona, quæ ſunt pro derelictis, & quænam dicantur bona haberi pro derelictis.

RESpondetur primò, certiſſimum eſſe apud DD. bona, quæ pro derelictis habentur, eſſe primi occupantis.

Reſpondetur ſecundò, ex *Nauarr. & Rebell.* cit. à S. *Fauſto in ſpeculo confeſſariorum diſp.* 11. *q.*18. quod id habetur pro derelicto, quod Dominus ea mente abijcit, vt id in numero ſuarum rerum eſſe nolit, vt patet ex §.*penult.inſtit.de diuiſione*. Satis verò eſt, ſi hic animus ex coniecturis colligatur: quãuis cum verbis non exprimat, vt ſi cum facilè poſſet rem ſuam recuperare, eam negligat. in æquali tamen dubio nemo dominium rei ſuæ à ſe abdicare præſumitur: ſicut nec donare, aut liberaliter promictere cenſetur. ita DD. ſupracit. *Nau. Rebell. S. Fauſt.*

Reſpondetur tertiò, quod ea, quę vi tempeſtatis iactantur in aquam cauſa leuandæ nauis, non eo ipſo habentur pro derelictis, quia ea libentiſſimê dominus ſeruaret, ſi poſſet, & poſtquam proijecit, & in portum euaſerunt, ſummè deſiderat recuperare, vt docet *Rebellus part.* 1. *de obligat. lib.* 1. *q.* 15. *ſect.* 2. *Rebell.*

Hinc

Colligit *Caietanus. in ſumma v. furtum*, bona *Caiet.*

naufragorum non eſſe primi occupantis, immo ea capientes animo retinendi, ſi ſint bona Chriſtianorum Catholicorum, & nō pyratarum, excommnnicationem Bullæ Cœnæ incurrunt, vt docet *Leſſius lib. 2. de iuſt. cap. 5. dub. 18. Nau. c. 27. num. 60. & Couarr. ad reg. peccatum p. 3. §. 1. num. 5.* ſic cit. à S. *Fauſt.* loc. cit.

Leſs. *Nau.* *Couarr.* S. *Fauſt.*

S. *Fauſt.* Verum, vt rectè docet idem S. *Fauſt.* loc. cit. ſed *nu. 6.* quod res, quæ longo temporis curſu naufragio amiſſæ, & iactatę in fundo maris latent, & deinde caſu aliquo, vel arte, vel extrahuntur, vel reperiuntur in littore, ſtatim fiunt capientium, quia pro derelictis habentur.

Vnde certum eſt, non aliam tutiorem, ac meliorem poſſe conſtitui regulam, quam ſimiles euentus prudentis arbitrio eſſe relinquendos, vt ſpectatis circumſtantijs omnibus concurrentibus, conijciat, ac iudicet an Dominus rei cenſendus ſit eam reliquiſſe, vt rectè docet S *Fauſtus* loc. cit. ſed *nu. 3.* S. *Fauſt.*

Petes decimoſecundò. An pro inuentione rei alienæ pretium aliquod peti, & accipi poſſit?

RESpondetur primò, certum eſſe, poſſe exigi, & retineri, quod eſt acquiſitum tamquam premium pro inuētione rei alienæ, quando præcedit pactum, ſiuè promiſ-

ſio

ſio de dando aliquid inuentori, quia ſimplex promiſſio, quando eſt de re licita in conſcientia obligat, vt docet S. *Thom.* 2. 2. q. 110. *art.* 3 ergo ſi Dominus inuentori promiſit, tenetur in conſcientia illud reddere, etiam ſi abſque labore caſu res inueniatur. D. Th.

Reſpondendo ſecundò, ex *Hoſtienſi in cap. dudum* 2. *de elect.* & *Couarr. in regul. peccatum p.* 2. §. 3. *nu.* 3. *de regulis iuris in* 6. Secluſa promiſſione, etiam licere inuentori aliquid pro illius inuentione petere, & accipere, quod Hoſtienſ.

Primò certiſſimum eſt, quando pro inuentione rei alienæ quis petit non vi, aut fraudulenter, ſed precibus, quia preces ſi non ſunt importunæ, voluntarium non tollunt.

Secundò, quod ſi inuentor in re inueniendà, aut conſeruanda laborem inſumpſit, aut fecit expenſas pro labore, & expenſis, non ſolum recipere, ſed etiam exigere aliquid poteſt, quia hæc gratis præſtare nō tenebatur.

Petes decimotertiò. An datum alicui, ne committat aliquod peccatum poſſit repeti in iudicio?

RESpondetur, ex *Bannes* 2. 2. *q.* 62. *artic.* 5. *Soto lib.* 4. *q* 7. *art.* 1. *ad* 2. *Arag.* 2. 2. *q.* 62. *art.* 5. *Martin. Ledeſma*, & *Salon.* cit. à S *Fauſto in* Bann. Soto. Arag. S. Fauſt.

ſpeculo confeſſariorum part. 1. *diſp.* 9. *q.* 34. quod ſolum in datis ob peccatum alteri iniurioſum vitādum dari repetitionē, non autem ob euitandum peccatum, quod non eſt contra iuſtitiam, ſed contra alias virtutes, v. g. dedi tibi decem nummos aureos ne occidas, poſſum illa in iudicio repetere, vt patet ex *l. vt puta*, & c *dedi illi centum ducatos, ne fornicetur*, non poſſum repetere.

Nau. Val. Corduba. Rodriq. Lop. S. Fauſt. Sed *Nauarrus cap.* 17. *num.* 33. & 34. *Valentia tom.* 3. *diſp.* 5. *q.* 6. *part.* 4. *Corduba*, *Rodriquez*, & *Lopez* cit. è S. *Fauſt.* loc. cit. dicũt dari repetitionē etiam in illis caſibus, vbi aliquid datum eſt ob euitandum peccatum, quod nō eſt contra iuſtitiam, quia in *l.* 2. *ff. de conditione ob turpē cauſam*, eſt poteſtas repetēdi, quod datur alicui, ne commictat ſacrilegium, ad quod vitandum tenetur nō ex obligatione iuſtitiæ, ſed virtute religionis, vt docet S.

D. Thom. *Thom.* 2. 2. *q.* 99. *art.* 2. quæ religio ſecundum eundem *D. Thom. q.* 81. *art.* 4. eſt diuerſa virtus à virtute iuſtitiæ; turpido enim eſt accipere pretium, quod gratis quis facere tenetur, quæ ratio æquè militat, non ſolum in virtute iuſtitiæ, ſed etiam in omni virtute.

Petes decimoquartò. Vtrum acquiſita per fictam paupertatem, vel ſanctitatem, ſint in conſcientia reſtituenda?

Re-

RESpondetur, ex *Nauarr.cap.17.nu.107.* *Nau.*
& dicit eſſe communem opinionem, nempè eſſe reſtituenda non quidem largiẽtibus, ſed pauperibus, quia voluntas ea largientium fuit dare veris pauperibus.

Sotus lib.4.q.7.art.3. ait accepta per fictam *Soto.* paupertatem, vel ſanctitatem non eſſe neceſſaria reſtituenda, niſi ſint alicuius magni pretij, & ad ea extorquenda ex induſtria paupertas, vel ſanctitas ſit ſimulata; Ratio eſt, quia in quotidianis eleemoſynis non ſolet haberi ratio paupertatis, vel ſanctitatis, ſed tantum charitatis Dei, qui ſolẽ ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos. In magnis verò eleemoſynis regulariter ſolet haberi ratio paupertatis, vel ſanctitatis, quia non tantum daret, ſi noſſet petentem non eſſe pauperem, vel virum probum, & ſanctum.

Medina, Codic.de reſtitut. q.23. quem ſequitur *S.Fauſtus in ſpeculo part.1.diſp.9. q.35. nu.2.* *Med.* *S. Fauſt.*
ait, quod ſi ſimulata paupertas, vel ſanctitas eſt cauſa finalis eleemoſynæ, tunc neceſſariò eſt reſtituenda, non quidem danti, ſed pauperibus, etiam ſi parua, & inſignis eleemoſyna ſit. Si verò tantum eſt cauſa impulſiua, non eſt reſtituenda, quia donatio fuit ſimpliciter voluntaria.

Hinc

Sequitur, quod qui fingit eſſe talem, qualem requirit admiſſio ad collegium, vel

ho-

Digitized by Google

ſpeculo confeſſariorum part.1. diſp.9. q.34. quod ſolum in datis ob peccatum alteri iniurioſum vitādum dari repetitionē, non autem ob euitandum peccatum, quod non eſt contra iuſtitiam, ſed contra alias virtutes, v.g. dedi tibi decem nummos aureos ne occidas, poſſum illa in iudicio repetere, vt patet ex *l.vt puta*, *& c* *dedi illi centum ducatos, ne fornicetur*, non poſſum repetere.

Nau. Val. Corduba. Rodriq. Lop. S. Fauſt. Sed *Nauarrus cap.17.num.33 & 34. Valentia tom.3.diſp.5.q.6.part.4.* Corduba, *Rodriquez, & Lopez* cit.è S.*Fauſt.* loc.cit. dicũt dari repetitionē etiam in illis caſibus, vbi aliquid datum eſt ob euitandum peccatum, quod nõ eſt contra iuſtitiam, quia in *l.2.ff.de conditione ob turpē cauſam*, eſt poteſtas repetēdi, quod datur alicui, ne committat ſacrilegium, ad quod vitandum tenetur nõ ex obligatione iuſtitiæ, ſed virtute religionis, vt docet S.

D.Thom. *Thom.2.2.q.99. art.2.* quæ religio ſecundum eundem *D.Thom. q.81. art.4.* eſt diuerſa virtus à virtute iuſtitiæ; turpido enim eſt accipere pretium, quod gratis quis facere tenetur, quæ ratio æquè militat, non ſolum in virtute iuſtitiæ, ſed etiam in omni virtute.

Petes decimoquartò. Vtrum acquiſita per fictam paupertatem, vel ſanctitatem, ſint in conſcientia reſtituenda?

Re-

RESpondetur, ex *Nauarr.cap.17. nu.107.* & dicit eſſe communem opinionem, nempè eſſe reſtituenda non quidem largiẽtibus, ſed pauperibus, quia voluntas ea largientium fuit dare veris pauperibus. *Nau.*

Sotus lib.4.q.7.art.3. ait accepta per fictam paupertatem, vel ſanctitatem non eſſe neceſſaria reſtituenda, niſi ſint alicuius magni pretij, & ad ea extorquenda ex induſtria paupertas, vel ſanctitas ſit ſimulata; Ratio eſt, quia in quotidianis eleemoſynis non ſolet haberi ratio paupertatis, vel ſanctitatis, ſed tantum charitatis Dei, qui ſolẽ ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos. In magnis verò eleemoſynis regulariter ſolet haberi ratio paupertatis, vel ſanctitatis, quia non tantum daret, ſi noſſet petentem non eſſe pauperem, vel virum probum, & ſanctum. *Soto.*

Medina, Codic.de reſtitut. q.23. quem ſequitur *S.Fauſtus in ſpeculo part.1.diſp.9. q.35. nu.2.* ait, quod ſi ſimulata paupertas, vel ſanctitas eſt cauſa finalis eleemoſynæ, tunc neceſſariò eſt reſtituenda, non quidem danti, ſed pauperibus, etiam ſi parua, & inſignis eleemoſyna ſit. Si verò tantum eſt cauſa impulſiua, non eſt reſtituenda, quia donatio fuit ſimpliciter voluntaria. *Med.* *S. Fauſt.*

Hinc

Sequitur, quod qui fingit eſſe talem, qualem requirit admiſſio ad collegium, vel

ho-

hoſpitale, peccat, & ad reſtitutionem tene-
Nau. tur. ita *Nau. c. 18. nu. 8.*

Petes decimoquintò. An potens aliquem iuſtè accuſare, poſſit ab eo aliquid extorquere ne accuſet?

RESpondetur poſſe, & ratio eſt, quia iſte iuſtè poterat accuſare, & priuatur iure accuſandi quod habebat, quod quidem
Nauarr. ius eſt pretio extimabile. ita *Nauarr. cap. 17.*
Cordub. *num. 15. Cordub. in ſumma q. 77. Sylu. verb. metus,*
Sylu. *q. 6. Rodriquez part. 1. ſumm. c. 206. & Lopez p. 1.*
Rodriq. *inſtruct. confeſſar. c. 96.*
Lopez.

Petes decimoſextò. An ſi iſte, qui minabatur accuſare careat animo accuſandi, ſed ſolum terrendi, teneatur pecuniam quam ſic extorſit, reſtituere?

Mol. S. Fauſt. RESpondetur, ex *Molina* cit. à *S. Fauſto in ſpeculo confeſſariorum par. 1. diſp 9 q. 38.* teneri ad reſtitutionem, quia dolus dedit cauſam contractui, nolluiſſet enim dare, niſi fuiſſet decœptus.

Sanchez. Leſſ. Sed *Sanchez lib. 4. de matrim. diſp 9. & Leſſius lib. 2. de iuſtitia, & iure cap. 17. num. 42.* dicunt non teneri ad reſtitutionem. idem affirmat
S. Fauſt. S. Fauſt. loc. cit. tanquam probabilius, & ratio eſt, quia iſte, & ſi non habeat animum, habet tamen ius accuſandi, eoque iure vti

po-

Digitized by Google

poteſt, quod ius eſt pretio extimabile, ſiuè habeat animum eovtendi, ſiuè non, ac proinde ſi aliquid extorſit, vt eo iure non vtatur, poteſt iuſtè retinere.

Petes decimoſeptimò. An qui recipit pretium ne accuſet aliquem de crimine perpetrando poſſit illud in conſcientia retinere.

Reſpondetur, ex *Rodriquez p.prim.ſumma cap.206.nu.*11.negatiuè, ſed probabilius tenet S.*Fauſt.*loc.cit.ſed *q.*39.ſimul cum *Syluest. & Angel.* à ſe cit. non teneri ad reſtitutionem, quia etiam in hoc caſu priuatur metum incutiens iure quod habet accuſandi de crimine perpetrando: quod quidem ius eſt pretio extimabile ergo non tenetur reſtituere pretium acceptum; quamuis peccet tale pactum faciendo, & dignus ſit, vt pretio accepto priuetur, ea tamen eſt pœna ad quam non tenetur ante iudicis ſententiam. ita DD. ſupracit. *Rodriq.* S. *Fauſt.* *Sylu.* *Ang.*

Circa hoc tamen vnum eſt aduertẽdum, quod ſi ſumma pecuniæ, quam metum inferens exigit, ſit nimis egregia, itaut non habeat proportionem cum iure cui ipſe cedit, tunc poteſt contractus reuocari, quoad illum exceſſum, vt contractus ad æqualitatem reuocetur, vt ſi, ne te accuſem de furto exigam decem millia aureorum

rum. In hoc enim caſu aliqua proportio, & æqualitas ſeruanda eſt, prout vir doctus, & prudens iudicabit, quæ ſi excedatur committitur iniuſtitia, quæ ad reſtituendum illum exceſſum obligat. ita *Leſſius lib. 2. de iuſt. cap. 17. dub. 6.* *Leſſ.*

Petes decimo octauò. An vir teneatur reſtituere pretium extortum ab adultero reperto cum vxore ne interficiat?

Corduba. Lop. Reſpondetur, ex *Corduba in ſumma q. 77. & Lopez lib. 1. de contractibus*, negatiuè, nempè non teneri ad reſtitutionem, quia remictit actionem, quam in foro externo habebat impunè occidendi. Sed

S. *Fauſt.* loc. cit. ſed *q.* 40. dicit teneri ad reſtitutionem, quia cùm lege iuſtitiæ teneatur non vccidere adulterum priuata auctoritate iniuſtè eum timorem incutit, vnde eo extortum tenebitur reſtituere.

Petes decimononò. Quando Dominus eſt incertus, & ignotus, cui facienda ſit reſtitutio, quando aliquis tenetur aliquam quantitatem nummorum reſtituere.

D. Thom. Caiet. Val. Nauar. Reſpondetur, ex *D. Thom. 2. 2. q. 62. artic. 5.* *Caiet.* ibidem Soto *lib. 4. q. 7. art. 1. Valentia tom. 3. diſt. 5. q. 6. part. 4. Nauarr. c. 17. nu.*

Digitized by Google

num.92. *Couarruu. in relat. reg. peccatum p. 3. §. 1. num 2. de regulis iuris in 6. Leſſius lib. 2. de iuſtitia cap. 14. dub. 6.* & alijs diſtribuendam eſſe pauperibus illam quantitatem nummorum, & hæc eſt diſpoſitio iuris Canonici, ac recepta conſuetudo, vbique terrarum à ſuperioribus approbata. Couarr. Leſſ.

Per pauperes verò non ſolum intelligimus perſonas pauperes, ſed etiam Monaſteria, Xenodochia, & Eccleſias indigentes ornamentis, luminaribus, ædificijs, & alijs ſimilibus, aut alia opera pia, vt pro Miſſis dicendis, ac ſimilibus, iuxta *Medinam c. de reſtitut. q. 3.* immò ſecundum *Nauarr. c. 17. num. 93.* pauperes intelliguntur eſſe non ſolum mendici, ſed etiam alij, quibus neceſſaria ad decentem ſtatũ deſunt, quales ſunt multi nobiles, qui à ſtatu deciderunt, & ægrè admodum ſubſtentantur, licèt ob verecũdiam petere, vel recipere eleemoſynam nõ ſoleant, quibus diſtributio fieri poteſt, abſque titulo eleemoſynæ, ne confundantur, vt etiam tradit *Rebellus part. 2. de obligat. q. 11. ſect. 1.* Med. Nau. Rebell.

Petes vigeſimo. Quiſnam ſit, & dicatur verè Dominus incertus, & ignotus.

RESpondetur, ex *S. Fauſt. in ſpeculo confeſſariorum part. 1. diſp. 1. q. 168.* quando facta S. Fauſt.

cta legitima diligentia pro rei qualitate, & quantitate ad eum cognoſcendum, & tamen nec ipſe, nec aliquis eius hæres inuenitur.

Dixi pro qualitate,&quantitate rei,quia maior diligentia, & in pluribus locis, & lõgiori tempore eſt adhibenda quando res eſt magni momenti, quam quando eſt res parui momenti.

Hinc

PRimò colligitur, non cenſeri bona incerta ea quorum hæredes ſaltem poſt ſufficientem inquiſitionem cognoſci poſ-
Nauarr. ſunt, vt docet *Nauarr.c.12.n.92.*

Secundò colligitur ſacra, & religioſa, incerta bona dici non poſſunt,quia licet nullius hominis ſint, ſunt tamen Dei,non ſolum illo titulo generali quo omnia ſunt
Pſal. 33. eius,iuxta *Pſal.33 Domini eſt terra, & plenitudo eius*: ſed etiam alio ſpeciali titulo Eccleſia-
S. Fauſt. ſtico ita *S.Fauſt.* loc. cit.

Tertiò colligitur ea, quæ in nullius bonis ſunt, & ea quæ habentur pro derelictis, quæ ſunt primi occupantis non dici propriè bona incerta, quia alicui non debentur.
S. Fauſt. ita S.*Fauſt.* loc.cit.*q.*168.in fine.

Petes vigeſimoprimò. Cuius expenſis facienda ſit hæc legitima indagatio veri Domini.

Digitized by Google

RESpondetur, ſi res reſtituenda eſt acquiſita bona fide facienda eſt expenſis eius ad quem ea bona pertinebat: ſin autem habetur per iniquam acceptionem, tenetur indagare verum Dominum expenſis eius, vt rectè docet S. *Fauſt. p.1. in ſpecul.q.169.* S. Fauſt.

Petes vigeſimoſecundò. Quando ignoratur Dominus in particulari, ſed cognoſcitur Dominus in communi, v.g. incertum eſt, an res ſit Titij, vel Caij, vel Sey, certum tamen eſt, eſſe vnius eorum, an tunc res ſit reſtituenda pauperibus.

RESpondetur primò, nō poſſe huiuſmodi bona pauperibus diſtribui, ſed eſſe diſtribuenda illis tribus, vt pro ratione dubij inter ſe diuidant, vel ſortes mictāt: Verum ſine illorum conſenſu, nihil eſt de eiuſmodi bonis agendum, ne verò Domino iniuria fiat, neque vnius remiſſio in hoc caſu, ſcilicet Titij liberabit à parte reſtituēda Caio, &c. Quod ſi diſſentiant, eſſe auctoritate iudicis depoſito tradenda, vel in vſus pauperum diſtribuenda, vt verò Domino ſpiritualiter proſint, quando nulla eſt ſpes diſcernendi dominum. Quod ſi mortui fuerint, illorum hæredibus, & his deficientibus, pauperibus reſtituere oportebit. ita *Sotus lib.4. q.7. art.1. Bannes 2. 2. q.62. art.5.* Soto. Bannez.

Molina. Arag. *art. 5. Molina tom. 3. de iuſt. diſp. 745. & Aragon. 2. 2. q. 62. art. 5.*

Reſpondetur ſecundò, quod facta inter illos de communi conſenſu diuiſione pro ratione dubij circa eam rem, vt dixi, eſtò poſtea compareat verus Dominus, reliquos non teneri ei quicquam reſtituere, quod in compenſationem pro iure tunc dubio de communi conſenſu acceperũt etiam ſi aliquis eorum ad quem verè non attinebat, eam totam obtinuerit, quia fortè ei contingit. Ratio eſt, quia fuit quaſi venditio iuris dubij, quod in illa re prætendebat pro eo, quod in compẽſationem ita accepit, quicquid rei veritas tunc haberet, aut temporis progreſſu depræhenderetur. ita *Petrus Nauarr. lib. 4. de reſtit. num. 63. & Molin. tom. 3. de iuſt. & iure tract. 2. diſp. 745.* Nau. Molina.

Reſpondetur tertiò, quod quando exercitus cõmuni nomine Ciuitatem aliquam iniuſtè eſt deprædatus, tunc ſi ignoti ſunt Domini, tunc illi Ciuitati, vel eius curam gerenti, ideſt magiſtratibus facienda eſt reſtitutio, vt ipſi in bonum commune totius Ciuitatis ea diſtribuant. ita *Sotus lib. 4. q. 7. art. 1.*

Reſpondetur quartò, quod quando Dominus in particulari, & in vniuerſali ignoratur, ſcitur tamen locus, vbi perpetratum eſt latrocinium, tunc non eſt facienda reſti-

Digitized by Google

tutio, niſi pauperibus eiuſdem loci quia poteſt contingere, vt inter illos exiſtent aliqui hæredes, & conſanguinei ipſius Domini, non tamen eſt de neceſſitate rigoroſa ſatisfactionis, ſed ſatis eſt, ac ſufficit eligere pauperes alterius loci.

Si tamen bona incerta reſtituenda maximi momenti forent, conſultius eſſet, ea alicui Monaſterio, vel Hoſpitali tradere, ſub ea conditione, vt ſi aliquando eorum Dominus compareat, eidem ea reſtituantur. ita *Rebellus par. 2. de obligat. lib. 2. q. 11. ſect. 3. Soto lib. 4. q. 7. art. 1. Lopez p. 1. inſtruct. confeſſ. c. 137. & Salon. 2. 2. q. 62. art. 5.* Rebell. Soto. Lopez. Salon.

Reſpondetur quintò, quod qui vſuras exercens, aut minutatim vinum, carnes, oleum, & id genus alia aliquibus ad ſuam Tabernam venire ſolitis vendens plus iuſto eos defraudauit, tenetur exceſſum iuſti pretij illis reſtituere à quibus eum accepit, ſi probabiliter ſciat, à quibus eum habuerit, & eiſdem ad ſuam Tabernam venientibus vilius vendere, vt ſic damnum paſſos meliori modo, quo poteſt, recompenſet. ita *Caiet. 2. 2. q. 62. art. 5. & Petr. Nauarr. lib. 4. nu. 67. & 71.* Caiet. Pet. Na.

Petes vigeſimotertiò. An res inuentæ infidelium, vel in peccato mortali morientium ſine hæredibus, ſint in vſus pauperum eroganda?

 Re-

Digitized by Google

RESpondetur primò, quod ſi Dominus harum rerum adhuc viuit, quantucunque infidelis, & improbus ſit, vtiliſeſt ei ad conuerſionem eleemoſyna de ſuis rebus pro eo facta iuxta Conſilium Danielis datum *Nabuchodonoſori Regi cap.* 14. *Peccata tua eleemoſynis redime.*

Reſpondetur ſecundò, quod ſi Dominus harum rerum in hæreſi, vel extra charitatem defunctus eſſe creditur, in hoc caſu etiam in vſus pauperum, vel in alia opera pia expendi debent, quia ea, & non alia Domini morientis voluntas præſumpta eſſe cenſetur, quæ non minus, quam expreſſa operari debet. ita *Rebellus part* 2. *de obligation. q.* 11. *ſect.* 1. *&* S. *Fauſt. in ſpecul. p.* 1. *diſp.* 1. *q.* 185.

Rebell.
S. Fauſt.

Petes decimoquartò. Quid dicendum, quando conſtat aliquem ex quatuor intuliſſe damnum, abſque mutuo conſenſu, vel conſilio, ſed dubitatur, quiſnam illorum damnum intulerit.

RESpondetur, ex communi DD. ſententia, teſte *Bonac. tom.* 2. *diſp.* 1. *q.* 2. *punt.* 4. *num.* 5. *fol. mihi* 13. quod vnuſquiſque eſt obligandus ad reſtitutionem ad ratam dubij maioris, vel minoris; nam poſſeſſio ſtat pro delicto, quod conſtat ab aliquo illorum patratum fuiſſe, nec eſt maior ratio,

Bonac.

cur

cur vnus potius obligetur, quam alter.

Petes vigeſimoquintò. Quæ differentia eſt inter eum, qui poſt factum dubitat an ſua actione fuerit cauſa damni, & inter eum, qui ante factum dubitat an ſua actione ſecutum ſit damnum.

RESpondetur, ex communi DD. ſententia teſte *Bonac.* loc. cit. ſed *nu* 6. quod qui poſt factum dubitat non tenetur ad reſtitutionem, qui vero dubitat ante factum, tenetur ad reſtitutionem, poſtquam conſtiterit, damnum reipſa ſecutum fuiſſe, ex actione ipſius, nam peccauit contra iuſtitiam, exponendo ſe voluntariè periculo faciendi actionem iniuſtam, & damnificatiuam, ex actione autem iniuſta damnificatiua oritur obligatio reſtituendi, vt tradit *Rebellius lib. 2. q. 14. ſect. 6. nu.* 34. & alij. **Bonac.** **Rebell.**

Petes vigeſimoſextò. Vtrum inferens damnum conſcienti teneatur ad reſtitutionem.

RESpondetur, ex communi DD. ſententia teſte *Bonac.* loc. cit. ſed *punt. 5. nu.* 1. quod inferens damnum conſcienti abſolutè, & ſimpliciter, ideſt abſque vllo inuoluntario mixto non tenetur ad reſtitutionem; ratio deſumitur, ex *regulis iuris in* 6. **Bonac.**

volenti, & ſcienti non fit iniuria. Hac de causa aſſerunt DD. nullum niſi nolentem pati iniuſtum formaliter, ſeù iniuriam.

Dixi conſentienti abſolutè, & ſimpliciter, quia non conſentienti abſolutè, ſed inuoluntariè mixtè fit iniuria. Propterea vſurarius facit iniuriã Titio accipienti mutuum ſub vſuris: cum Titius, non accipiat voluntariè ſimpliciter ad vſuram, ſed inuoluntariè mixtè: eo quod vſurarius non ſit aliter mutuum conceſſerus.

Idem dicendum eſt de latrone accipiente pecuniam à viatore: cum viator non tradat pecuniam voluntariè ſimpliciter.

Secus dicendum eſt de occidente alterum abſolutè conſentientem: non enim facit iniuriam, cum abſolutè conſentiat, ſicut etiam adulter non facit iniuriam coniugi liberè conſentienti ſuam vxorem adulterari.

Vnde qui occidit aliquem abſolutè conſentientem, non teneri hæredibus ad vllam reſtitutionem, vt in ſpecie docet *Leſſius lib. 2. de iuſt. c. 7. dub. 3. nu. 12.* Leſſ.

Verum in ſupradictis caſibus, licèt homicida, vel adulter non teneatur ad reſtitutionem, peccat tamen mortaliter quia violat legem diuinam.

Digitized by Google

Petes vigeſimoſeptimò. An compenſatio ſit licita, quando quis tenetur aliquid alicui reſtituere, & ipſe ex alia parte, tenetur eidem præſtare aliquid.

RESpondetur, ex Bonac. *diſp.1.tom.2.q.vlt. punt.2.nu.*11.& eſt communis DD.sẽtentia apud eundẽ Bonac.loc.cit.affirmatiuè modo cõcurrant aliquę cõditiones. Bonac. Bonac.

Prima conditio eſt, vt debitum ſit liquidem,& certũ,quia liquidi ad non liquidum non datur compenſatio,vt eſt commune axioma,quia qui dubitat, vtrum res ſibi debeatur, non poteſt occultè compenſationem facere; cum melior ſit conditio poſſidentis.

Secunda eſt, vt compenſatio fiat in re ſibi debita ex iuſtitia.

Tertia conditio eſt, vt in compenſatione non plus accipiatur,quam debeatur;nam qui plus accipit,committit furtum:cum accipiat rem alienam,Domino rationabiliter inuito.

Quarta conditio eſt,vt creditor non poſſit per iudicem, aut per petitionem factam debitori, rem commodè recuperare. Propterea quando non poteſt abſque notabili moleſtia, vel expenſis, vel inimicitijs, vel iactura honoris rem ſibi debitam recupera-

rare, vel quando ei deſunt probationes, poteſt vti occulta compenſatione.

Quinta conditio eſt, vt non fiat compẽſatio in re alterius, ſed in re ipſius debitoris, aut in re ipſius creditoris exiſtente apud debitorem nolentem eam reſtituere.

Sexta, vt abſit periculum ſcandali, vel punitionis corporalis: nam iudices ſolent eiuſmodi compenſationes punire tãquam furta. Similiter debet abeſſe periculum, ne compenſatio alteri imputetur tanquam furtum: quilibet enim tenetur ſaltem ex charitate alterius damnum præcauere.

Aduertendum tamen eſt, compenſantem, facta compenſatione, teneri ex charitate, ſi poteſt ſine notabili ſuo damno, admonere debitorem, vel eius hæredes, debitum eſſe ſolutum, vel ſe nihil amplius prætendere, ſi vereſimile ſit eos exiſtimare ſe adhuc teneri ſub peccato reſtituere, aut ſi periculum ſit, vt bis fiat reſtitutio. ita *Nauarr. Molina*, & alij cit. à *Bonac.* loc. cit. ſed *nu.* 21. quilibet enim tenetur euitare damnum proximi ſpirituale, aut temporale.

Nauarr. Molina. Bonac.

Petes vigeſimo octauò. An ratione ſtupri teneatur ſtuprator reſtituere damnum, vel ducere in vxorem fœminam ſtupratam à ſe.

Nau. Pet. Na.

RESpondetur primò, ex *Nauarr. cap.* 16. *num.* 16. *Petr. Nauarr. lib.* 2. *c.* 3. *num.* 434.

Azor.

Azor. 3.p.lib.5.c.5. Vaſquez de reſtitut. c.3 §.2. *dub.1.num.2 Guttier.Molina, Leſſio*,& alijs cit.à *Bonacin.tom.1.q.4.punt.17. num.7. fol.mihi* 115. *&* 116.quod qui per vim, aut fraudem, aut metum, aut mendacia copulam à puella extorſit, abſque promiſſione matrimonij, tenetur illam ducere in matrimonium, vel commodè dotare, vel curare, vt æquè benè nubat, ac ſi virgo eſſet. *Azor. Vaſq. Guttier. Mol. Leſſ. Bonac.*

Dixi, abſque promiſſione matrimonij, quia intercedente promiſſione matrimonij, certum eſt teneri eam ducere.

Dixi per vim, & fraudem, &c. quia qui ſine vi, aut fraude copulam extorſit à fœmina liberè conſentiente, non tenetur ad reſtitutionem; Ratio eſt, quia obligatio reſtituendi oritur ex violatione iuſtitiæ, & ex iniuria alteri illata, ſed qui copulam extorſit à fœmina conſentiente non intulit iniuriam, nam volenti, & ſcienti non fit iniuria: ergo non tenetur ad reſtitutionem. ita *Sotus lib.4.de iuſtitia, q.7.artic.1. ad 2. Finellus caſu* 10.*num* 19.*Nauarr.c.16.num.16.Rebellus, Petr. Nauarra, & Azor.*cit.à *Bonac.* loc. cit. *Soto. Finell. Nau. Rebell. Pet.Na Azor.*

Hoc tamen intelligitur, modo ſtuprator non manifeſtauerit copulam occultam, nam ſi iniuſtè detexit copulam occultam, tenetur ad reſtitutionem famæ, & damnorum incrementi dotis, & cuiuſuis alterius damni.

Secus dicẽdum eſt, ſi copula fuit ab alio detecta, abſque cooperatione ſtupratoris. ita *Mol. Clauis Regia*, & alij citat. à *Bon.* loc. cit.

Cla. Reg. *Bonac.*

Reſpondetur ſecũdò, ſtupratorem non teneri ad reſtitutionem, quando fœmina per vim, vel fraudem deflorata æquè benè nupſit, ac ſi non fuiſſet deflorata; eo quod ſtuprum fuerit occultum. ita *Molina*, *Vaſqu. Leſſius*, & alij cit. à *Bonac.* loc. cit.

Molina. *Vaſq.* *Leſs.* *Bonac.*

Reſpondetur tertiò, violatorem teneri ad aliquam reſtitutionem, quando cognouit fœminam per vim, vel fraudem, quæ aliàs fuerat quidem cognita ab alio, ſed publicè habebatur virgo, tenetur enim violator ad reſtitutionem faciendam arbitrio prudentis viri ratione damni, & infamiæ, ob quam illa non poteſt commodè nubere. ita *Azor. & Molina* cit. à *Bonac.* loc. cit. ſed *num.* 9.

Azor. *Molin.* *Bonac.*

Reſpondetur quartò, ſtupratorem non teneri ad reſtitutionem puellæ, vel parentibus faciendam, quando puella condonauit ſtupratori obligationem reſtituendi, quia puella poteſt cedere iuri ſuo, ipſi enim facienda eſt reſtitutio, & non parentibus. ita *Leſſius*, *& Vaſquez* apud *Bonac.* loc. cit. ſed *num.* 10.

Leſs. *Vaſq.* *Bonac.*

Reſpondetur quintò, qui vi, fraude, aut mendacijs, ita ſollicitauit puellam, vt fuerit illi cauſa infamię, ac ſi violaſſet, teneri illam du-

Digitized by Google

ducere, vel dotare, vt poſſit æquè benè nubere, ac ſi non fuiſſet violata.

Reſpondetur ſextò, quod qui vi, aut fraude copulam impetrauit à puella, ſed puella non vult ipſum in coniugem accipere, aut parentes nolunt eam illi tradere tenetur ad tradendum honeſtam dotem puellæ, quæ poſſit alteri iuxta ſui ſtatus conditionem nubere; Ratio eſt, quia liberum illi eſt acceptare dotem, vel ſtupratorem in virum accipere, nec tenetur, magis vnam, quam aliam ſatisfactionem recipere.

Idem dicendum eſt, quando ſtuprator fœminam decepit mendacijs, fingens ſe nobilem, aut diuitem, cùm non ſit. ita *Azor.* cit. à *Bonac.* loc. cit. ſed *num.* 12. quem ipſe ſequitur. *Azor.* *Bonac.*

Petes vigeſimo octauò. Vtrum ſtuprator teneatur ad reſtitutionem, quando copulam extorſit precibus importunis, vel muneribus, vel ſuationibus, ac blanditijs aſſiduis?

Reſpondetur, ex *Caietan.* 2. 2. *q.* 154. *art.* 6. *Corduba lib.* 1. *q.* 13. & alijs apud *Bonacin.* loc. cit. ſed *num.* 13. teneri ad reſtitutionem, quia preces importunæ comparantur coactioni. Sed *Caietan.* *Bonac.*

Petrus Nauarr. lib. 2. *c.* 3. *num.* 343. *Vaſquez, Clauis Regia, Sanchez, Molina, Rebellus, & Salonius* *Pet. Nau.* *Vaſq.* *Sanch.*

Bonac. *nius* cit. à *Bonac*. loc. cit. ſed *num*. 13. docent non teneri ad reſtitutionem, modò non adſint minæ, vel metus, & modo fœmina non conceſſerit copulam animo repugnante, & quaſi coacta, quia eiuſmodi preces non auferunt voluntarium.

Petes vigeſimononò. Vtrum ſtuprator teneatur ad aliquam reſtitutionem faciendam patri ſub cuius cura eſt ipſa puella, quæ deflorata fuit conſentiens, & non inuita.

Salon. Pet. Na. Vaſq. Bonac. RESpondetur, ex *Salonio*, 2. 2. *q*. 62. *art*. 2. *controuerſ*. 5. *Petr Nauarr. lib*. 2. *cap*. 3. *nu*. 438. *Vaſq*. & alijs apud *Bon*. loc. cit. ſed *nu*. 14. negatiuè, quia obligatio reſtituēdi nō oritur ex ſola iniuria, ſed ex iniuria cū damno alterius: ſtuprator autē, quamuis iniuriam intulerit patri puellæ deflorate, non tamen intulit damnum; cum damnum illatum ſit puellæ, cuius virginale clauſtrum fuit violatum.

Sed dices illatum eſſe damnum patri, eo quod cogatur augere dotem, vt puella æquè benè nubat.

Molina. Vaſq. Cla. Reg. Bonac. RESpondetur, ex *Molina*, *Vaſquez*, *Claue Regia*, & alijs cit. à *Bonac*. loc. cit. ſed *nu*. 14. hoc damnum eſſe per accidens, tùm quia puella poteſt remanere innupta, tùm quia

quia non minus puella ſtuprata cauſa eſt illius damni, quam ſtuprator; Sicut ergo puella cenſetur cauſa per accidens illius dãni, nec tenetur ad reſtitutionem, ita neque tenetur ſtuprator, niſi fortè ſtuprator iniuſtè detexit ſtuprum, & fuerit cauſa iniuſta, vt manifeſtaretur, tunc enim obligandus eſſet ad reſtitutionem, non ratione ſtupri præcisè, ſed ratione iniuſtæ detractionis, nam detractor tenetur ad reſtitutionem damnorum prouenientium ex illius detractione. ita *Molina*, *Rebellus*, & alij cit. à Bonac. loc. cit. *n*. 14. *Molina.* *Rebell.* *Bon.*

Petes trigeſimo. An obnoxius reſtitutioni incertorum pauperibus poſſit, omnes eleemoſynas, quas poſtea ignarus, aut illius obligationis immemor, ex ſua deuotione largitus eſt, cõputare in eius reſtitutionis partem?

RESpondetur, ex *Sanchez in ſumma lib*. 1. *c*. 13. *num*. 11. negatiuè cum Lopez à ſe cit. nempè nõ poſſe computare in partem reſtitutionis, ſed *Sanch.* *Lop.*

Diana tom. 2. *tract*. 6. *miſcell, reſolut*. 57. Laym. in *tom*. 1. *tract* 2. *de reſtit. ſect*. 2. *num*. 9. & citat DD. ſed non nominat, probabiliter dici poſſe, eleemoſynas, quæ cum tali obligatione, quamuis non animo ſatisfaciendi, factæ ſint, *Diana.* *Layman.*

ſint, prodeſſe ad extinguendam obligationem reſtituendi, tùm quia videtur eſſe virtualis intentio omnium dantium eleemoſynas, ſatisfaciendi per eas omnibus obligationibus, quas ſuis peccatis, aut negligentijs contraxerunt, tùm quia ex iure Eccleſiaſtico pauperes ſupplent vicem veri Domini, teſte S. *Fauſt. in ſpeculo confeſſariorum diſp. 1. de reſtit. q. 170.* & leges Eccleſiaſticæ benignè explicari debent hoc intelligitur, quando Dominus eſt incertus, & reſtitutio eſt facienda pauperibus.

S. *Fauſt.*

Secus dicendum eſt, quando debitor immemor ſui debiti donat tantum creditori, quantum ei debebat, nam in hoc caſu non poteſt compenſare, ſed tenetur reſtituere quod debet, quia illa gratis donata ſunt, nec refert dicere quod ſi debiti ſui memor fuiſſet ſe gratis non donaſſet, nam actualis diſpoſitio voluntatis, non autem conditionalis inter contrahentes attendenda eſt. ita DD. teſte *Diana tom. 2. tr. 6. miſcell. reſol. 57. §. notandum eſt.*

Diana.

Petes trigeſimoprimò. Quid dicendum ſit, quando quis confeſſario, vel Parocho rem Domino reſtituendam tradit: ſed confeſſarius eam ſibi retinet, aut illi ſurripitur, aut alia ratione perit, antequam Domino reſtituatur, an teneatur iterum reſtituere.

Re-

RESpondetur, ex communi DD.ſententia.teſte *Bonac.in.tom.2.diſp.1.q.3.pun.9.num.*8.quod ſi res debebatur ex delicto,debitorem non eſſe immunem, & liberum à reſtitutione vero Domino facienda, ſicut etiam non liberatur ab onere reſtitutionis, quando res reſtituenda non erat certa in indiuiduo, nec eadem numero debebatur: ſiuè obligatio reſtituenda orta eſſet ex delicto,ſiuè ex contractu. *Bonac.*

Sed multi DD. citat. à *Bonac.* loc. cit. vt ſunt *Scotus*, *Gabriel*, & alij apud *Petrum Nau.* & alij apud *Leſſium*, & apud *Clauem Regiam* cit.ab eodem *Bonac.*loc.cit docent,non improbabiliter ait *Bonac.* debitorem, qui tradidit pecuniam confeſſario, vel Parocho ſoluendam Domino, cui debitor non poterat per ſeipſum reſtituere propter periculum infamiæ non teneri ad nouam reſtitutionem, confeſſario prædictam pecuniam non reſtituente vero Domino. *Bonac.* *Gabriel.* *Pet. Na.* *Leſſ.* *Cla. Reg.* *Bonac.*

Petes trigeſimoſecundò. Ex qua culpa homicida caſualis ad reſtitutionem teneatur.

RESpondetur, ex S.*Fauſt. in ſpeculo confeſſariorum part.1.diſp 5. q.13.* oriri obligationem reſtitutionis ex culpa, & negligentia lata, quæ ad culpam læthalem pertingit. *S. Fauſt.*

Hinc

Hinc

PEccat mortaliter,& ad reſtitutionem tenetur, qui ebrius, vel dormiens alterum occidit, vel mutilat, non ſolum quando ſeriò, & ex induſtria ſe inebriat, vel dormit, vt occidere poſſit, verum etiam quando expertus eſt, quod bibens multum inebriatur, & amictit iudicium, & facit ſimiles amentias, aut ſi antea dum compoſerat rationes prȩcogitauit, vel prȩcogitare debuit probabile talis occiſionis, vel percuſſionis periculum, nec cauit, vt ſimile damnum non contingeret, quia in hoc caſu tale homicidium, & mutilatio fuerunt voluntaria in ſua cauſa.

Si verò non habet experientiam ſui, nec peccat, nec tenetur ad reſtitutionem, quia hoc homicidium eſt inuolũtarium, & merè caſuale, in quo caſu, non incurret irregularitatem, quia licèt peccauerit bibens nimis, non peccauit occidens, cum non præuiderit, nec debuit prȩuidere homicidium, cum nunquam quid ſimile ei accidiſſet. ita *Petrus Nau. lib. 2. de reſtit. c. 1. num. 71. Rebellus lib. 3. q. 11. & Caſtrus lib. 2. de leg. penal. c. 14.*

Pet. Na. *Rebell.* *Caſtrus.*

Petes trigeſimotertiò. An ſi quis putans ſe occidere Paulum, occidit Ioannem, quem inuincibiliter putabat eſſe Paulum, ad aliquam reſtitutionem teneatur Ioanni?

Re-

RESpondetur teneri, & ratio eſt, quia re-vera voluit occidere hunc hominem in indiuiduo, qui ex parte rei Ioannes eſt, li-cèt putaretur Paulus: & ideò ſi dum putat inijcere manus in Paulum Clericum, inijce-ret in Ioannem Clericum inuincibiliter ignoratum eſſe Ioannem, eſſet talis irregu-laris, & excommunicatus, quia intentio Ec-cleſiæ eſt, eiuſmodi pœnis prohibere, ne homo, vel Clericus quicunque ille ſit, per-cutiatur, ſiuè ſit Paulus, ſiuè Ioannes. at non eſſet excommunicatus, ſi dum inten-dit percutere Clericum, percuteret laicum, vt docet *Sylu. verb. excommunicatio 9. caſu 41. dubit. 5. & Rebell. lib. 3. q. 11.* *Sylu.* *Rebell.*

Petes trigeſimoquartò. Vtrum homicida propter homicidium extremo ſupplicio affectus, adhuc aliquid teneatur reſtituere occiſo pro damnis inde ſubſequutis, v.g. Titius occidit Caium ſua arte, & induſtria alentem familiam, & poſtea Titius capite damnatur dubium eſt, an etiam teneatur hæredibus compenſare damnum temporale, quod ex tali homicidio fuit ſubſecutum?

REſpõdetur, ex *Scoto in 4. diſt. 15. q. 3. art. 2. Gabr.* ibid. *q. 15. art. 2. Adr. in 4. in materia de reſtitutio Angel. verb. reſtitutio 1. §. homicida. Roſella eo verbo 3. Bannes 2. 2. q. 62. artic. 2.* & alij apud *S. Fauſtum in ſpeculo p. 1. q. 18.* quod homi- *Scoto.* *Gabr.* *Adrian.* *Roſell.* *Bannes.* *S. Fauſt.*

micida capite damnatus ad nihil aliud obligatur, quia capitis ſententia compēſat omnem iniuriam, & damnum homicidij, quia tunc reddit æquiualens, ideſt vitam pro vita in eodem genere bonorum, ergo ad vlteriorem ſatisfactionem non tenetur, cum pro eodem delicto duplicem pœnam pati non debeat, ſed

Michel. Salon. *Michael, Salonius 2.2.q.62. art.2.* diſtinguit, ſi homicida punitur à iudice pœna talionis ad inſtantiam partis læſæ, tunc nihil vlterius tenetur reſtituere, ſi tamen morte punitur à iudice ſuo officio fungente, nihil parte læſa petente, tunc tenetur reſtituere parti læſæ damnum ſecutum.

Sed

Nau. Arag. Couarr. Pet. Na. Leſſ. *Nauarr. c.15 num.25. Aragon. 2.2.q.62. artic. 2. Couarr. lib.2. var. c.10. nu.7. Petrus Nau. lib.4. de reſtit. c.1. num.91. Leſſ. lib.2. c.9. dub.32.* & eſt communis DD. ſententia, quod homicida vltra pœnam mortis quam iuſtè patitur, tenetur ad reſtitutionem omnium damnorum temporalium ſecutorum hæredibus ex homicidio; Ratio eſt, quia pœna talionis infligitur à iudice, non vt damnum parti læſæ compenſetur, ſed vt iniuriæ reipublicæ, & legibus illata vindicetur, aliiſque terror incutiatur, ergo ea non obſtante, tenebitur homicida parti ſatisfacere dãnum illatum.

Ve-

Verum iſta compẽſatio pro damno corporali, per pecuniam arbitrio prudentis facienda, habet tantum locum inter perſonas communes, & vulgares; nobiles enim facilè ſolent condonare huiuſmodi damna, & dedignantur quicquam in eorum compenſationem accipere; quando ergo conſtaret, hæredes occiſi nihil in illorum compenſationem velle, ceſſaret obligatio reſtituendi. Quando verò res eſſet dubia, obtinenda eſſet remiſſio, vel reſtitutio eſſet facienda ſecundum *Molinam diſt.* 84. *Molina.*

Aduerte tamen, quod vt talis remiſſio facta ab occiſo, aut vulnerato ſuo læſori valeat, oportet, vt clarè, & diſtinctè exprimatur, nam ſi percuſſus tantum diceret ex toto corde ſe remictere illi, talis modus remictendi, ſicut fit à vulnerato ex charitate, ita quoque tantum ſignificat illam remiſſionem, ad quam tenetur lege charitatis, nempè ſe remictere rancorem, & vindictam, quam petere in iudicio non poteſt, non autem ſignificat remiſſionem ſatisfactionis pro damnis illatis in bonis fortunæ, cum ad talem remiſſionem non teneatur ex charitate, immo aliquando eſſet contra charitatem, nempè ſi filij indigeant: in quo caſu, ſi occiſus liberè, & clarè remictat omnia dãna pecuniaria, quamuis peccet mortaliter contra charitatem filijs debitam tenet re-

Salon. miſſio, vt ait *Salonius* 2.2.q.62.art.2. & eſt cõ-
S. Fauſt. munis DD. ſententia. teſte S.*Fauſto in ſpeculo par.* 1.*diſp.* 5.*q.* 18. *n.* 4. *&* 5.

Salon. Leſs. Scoto. S. Fauſt. Verum idem *Salonius* loc. cit. & *Leſſius lib.* 2.*cap.* 9.*dub.* 22.*&* *Scotus* cit. à S.*Fauſt.* loc. cit. limitant, dicendo, vt hæredes occiſoris, qui in corpore luit pœnam talionis, in conſciẽtia non teneantur damna recompenſare, niſi hæredes occiſi, vel vulnerati id exigant vt praxis omnium habet.

Neque dicas, quod homicida puniretur bis pro vno delicto, nempè in corpore, & in bonis propter damna illata occiſo contra iuſtitiam commutatiuam, quia ſi ex homicidio nullum detrimentum ſequeretur in bonis externis, iuſtè eodem prorſus modo puniretur homicida morte corporali in compenſationem mortis, quam ipſe iniuſtè intulit: ergo quando ſimul dedit damnum iniuſtè in rebus externis, adhuc illi reſtat, in conſcientiæ foro reſtituendum dãnum in rebus externis, quod morte ipſius non compenſaretur.

Petes trigeſimoquintò. An vltra reſtitutionem impenſarum, & lucri ceſſantis, & damnorum ex leſione contingentium, ſit aliquid reſtituendum pro vitæ, vel mẽbri iniuſta oblatione.

Antequam reſpondeam.

SVppono primò certum eſſe, hęredes homicidæ non teneri aliquid reſtituere pro vita defuncti, vel cicatrice, quia huius damni compenſatio debetur ratione criminis perſonalis: at culpa teſtatoris non tranſit ad hęredes. & idem dicendum eſt de infamia, cuius Pater fuit cauſa, quod non tenebitur filius illam reſtituere. ita *Molina* *diſt.*84. *Bannes* 2.2.*q.*62.*art.*2.*&* *Sotus lib.*4.*q.*6. *art.*3. *Molina. Bannes. Soto.*

Secũdò ſuppono, etiam certum eſſe huiuſmodi damni reſtitutionem non eſſe faciendam hæredibus defuncti; Ratio eſt, quia bonum vitæ, & membrorum, cùm ſit bonum perſonale, ad hęredes non eſt tranſmiſſibile. ita *Bannes*, *&* *Molina* loc. cit. *Bannes. Molin.*

Tertiò ſuppono, etiam certum eſſe eum qui in pœnam iniuſtæ lęſionis, pœna talionis punitur non teneri in foro conſcientiæ aliquid reſtituere pro vitæ, vel membri iniuſta ablatione, quia reipſa in compenſationem damni vitæ, vel membri, quod intulit, aufertur ab eo æquiualens in eodem genere bonorum ergo ad nullam aliam reſtitutionem tenetur. ita *Molina* loc. ci. quem ſequitur S. *Fauſt.* loc. cit. ſed *q.*19. in fine. *Molina. S. Fauſt.*

His poſitis.

Digitized by Google

Difficultas verſatur de eo, qui non eſt damnatus pœna talionis, pœna talionis dicitur æqualis retributio, & accipitur in malam partem, vt ſicut quis oculum eruerit idem ille patiatur.

Soto. Riccard. Adrian. Caiet. Arag. Val. Soto. Corduba.

RESpōdetur primò, ex *Scoto in 4.d.15.q.2. Riccar.* ibidem *q.2. art.5. Adrian. in 4.q. vltim. de reſtitut.* Caiet. *verb. reſtitutio c.2. Arag. 2.2.q.62. artic.2. Valent. tom.3. diſpu.5.q.6.par.5. Soto lib.4 q.6. art.3.* Corduba *lib.1. q.21.* & alijs, quod aliquid reſtituendum eſt pro vita, quia qui non poteſt damnum integrè reparare, tenetur eo modo quo poteſt arbitrio boni viri.

Nauarr. Bann. Leſs. Pet. Na. Ledeſma. Gomez. Angles.

Reſpondetur ſecundò, ex *Nauarr. cap.15. num.22.* Bannes *2.2.q.62. art.2. Leſſ. lib.2. de iuſtitia c.9. dubit.23.* Petr. *Nau. lib.4. de reſtitut. c.1. num.80.* Ledeſma *in 4. diſt.24. q.25. art. 2. dub.7. Gomez tom.3 c.6. num.12. Angles in Flor.4. ſent. tract. de reſtit.* & alijs, quod nihil eſt pro vita hominis reſtituendum, vltra reſtitutionem impenſarum, & lucri ceſſantis, & damnorum ex læſione contingentium, quia ſolus Deus eſt Dominus vitæ, ac membrorum. Deo autem ſatis fit per contritionem cordis, ergo, &c.

Sylu.

Præterea ait *Sylu. verbo detractio, q.4.* non debere reſtitui in alio genere, quod in ſuo

pro-

Digitized by Google

proprio non poteſt reſtitui. Cum igitur vita, & membrum nequeant reſtitui in proprio genere,ſequitur nullo modo ex mente *Syluestri* debere reſtitui. *Sylu.*

Sed dices. Quid ſit reſtituendum,pro vita, & membri abſciſſione ſecundum primam opinionem, ſcilicet ſcoti, & aliorum.

RESpondet *Adrianus in* 4.*q.vltim. de reſtit.* quod tantum pretij reddendum eſt pro bracchio aſciſſo, quantum mutilatus ipſe poſtulauerit. *Adrian.*

Filijuccius tract. 32.*c.*8.*num.*200. dicit,quod communis Doctorum ſententia aſſerit pro damno naturali vitæ,vltra damnum expēſarum,lucri ceſſantis, &c. eſſe aliquid reſtituendum,non quanti valet vita, quia vt ſic eſt inextimabilis, ſed quantum ſit poſſibile arbitrio boni viri. Sed *Filijuccius* ſequitur opinionem affirmantem nihil eſſe reſtituendum pro vita hominis vltra expenſas, &c. *Filijucc.* *Filijuuc.*

Ait verò loc.cit. ſed *num.* 201. quod ad ſummam pro damno vitæ tantum debetur ſatisfactio quædam per ſigna doloris,& petitionis veniæ: & ſi hæredes pauperes ſint, & non putētur aliter depoſituri meſtitiam ex morte,teneretur occiſor ex charitate ad aliquam ſatisfactionem pecuniariā,ſi poſsit abſque ſuo incommodo.

Digitized by Google

Petes trigeſimoſextò. Quibus hæredibus fieri debeat reſtitutio, quando ex homicidio, vel mutilatione aliquod ſequitur detrimentum in bonis temporalibus? v.g. Titius occidit Caium, Caius verò ſua induſtria, arte, vel labore alebat vxorem, filios, parentes, fratres, cognatos, famulos, & amicos, quin etiam, & in pauperes liberalis erat, quorum omnium alimenta nece Caij ceſſarunt, quæritur nunc an Titius teneatur his omnibus per homicidium læſis reſtituere.

Soto. Salon. Lop. Leſs. REſpondetur primò, ex *Soto, Salonio, Lopez*, & alijs cit. à *Leſſio de iuſtitia lib. 2. c. 9. dub. 26. nu.* 151. probabile eſſe non teneri homicidam reſtituere dãna creditoribus defuncti, nam per accidens obuenit damnum creditoribus, tùm qnia creditores non faciunt vnam perſonam cum debitore, ſicut faciunt filij, tùm quia hæc obligatio, quidquid dicant alij in oppoſitum, non eſt vſu recepta, nempè reſtituendi damna creditoribus defuncti occiſi, niſi fortè ea intentione occiderit, vt eis obeſſet, vt rectè docet idem *Leſſius* loc. cit.

Leſſ. Soto. Salon. Lop. Leſs. Reſpondetur ſecundò, ex *Soto, Salonio, Lopez* cit. à *Leſſio* loc. cit. *nu.* 154. probabile eſſe non teneri homicidam reſtituere damna illis quos occiſus alebat ex liberalitate, quia hoc damnum eſt merè per accidens.

Re-

Digitized by Google

Reſpondetur tertiò, ex *Soto lib.4.q.6.art.3. ad 3. Lopez c.26.& Salonio* cit. à *Leſſio* loc. cit. *nu.*155. quem ipſe ſequitur, & alijs apud ipſum, quod occiſor ſolum tenetur reſtituere damna parẽtibus occiſi, filijs, & vxori, quia parens, & filij cenſentur vna perſona, ſimiliter maritus, & vxor, quare qui interficit patrem, ille, vxori, liberis, & parẽti eius damnum infert, eoſque in re ſua lædit. itaque ſi filius interfectus ſit, & parens debeat ſuccedere, eo quod interfectus careat prole, ipſi eſt facienda reſtitutio. Similiter eo caſu, quo filius debuiſſet parentem alere, occiſor tenebitur. *Soto. Lop. Leſſio.*

Idem dicitur de vxore: ea enim incommoda filijs, parentibus, & vxori eius rependenda ſunt, quæ ipſe interfectus præſtare debuiſſet.

Quod ſi tantummodo habeat fratrem, qui fratri ſuccedat, probabile eſt ei nihil deberi, ait *Leſſius lib.2.cap.9. dub.26. num.*156. nisi ratione iuris quod defunctus ante mortem acquiſiuit, quod totum in hæredem etiam extraneum tranſit. ita *Bannes*, *Sotus*, & alij cit. à *Leſſio* loc. cit. *Leſſio. Bann. Soto.*

Probatur quia frater non eſt hæres neceſſarius, niſi ratione iuris, nec cenſetur vna perſona cum eo, vnde non cenſetur læſus in re ſua. *Leſſio.*

Confirmatur, quia communi hominum

iudicio non dicitur ei damnum illatum eſſe,ſed potius commodum.citius enim fruitur eius bonis : & ſi vixiſſet, fortè alios hæredes inſtituiſſet.

Reſpondetur quartò,probabile eſſe, homicidam non teneri vxori, ſi illa nullum notabile detrimentum accepit, vel ſi æquè commodè poteſt nubere, vt tradunt DD. teſte *Leſſio* loc.cit.ſed *num.* 157. Neque tenetur parenti occiſi,niſi fortè ſit hæres,vel filius occiſus illum alebat, & aliundè ei non ſit proſpectus. quia alioquin non cenſetur in re ſua læſus, itaut damnũ pecuniarium acceperit;ita *Leſſius* loc. cit. *Leſſio.*

Leſſio. Reſpondetur quintò, ſi læſus interfectori omnia remictat,ad nihil tenebitur : ſicut qui volẽtem interficit: eſt communis DD. ſententia.teſte *Leſſio lib.2.de iuſt.c.*11. *dub.*26. *num.*158. quia filijs non fit iniuria per homicidam in bonis fortunæ, niſi quatenus læduntur in parente, contra ipſius voluntatem:ergo quando parens condonat omne damnum,nullum ius eis remanet. *Leſſio.*

Nihilominus non rectè facit læſus, ſi filijs valdè egentibus condonat occiſori omnem reſtitutionem; valebit tamen in conſcientia:niſi fortaſſe lege poſitiua non permictatur ei; niſi alicuius certæ portionis bonorum diſpoſitio, v.g.tertiæ,quartæ,vel quintæ, alij verò DD. teſte *Leſſio* loco cit. *Leſſ.*

ſed

ſed *nu.* 159. non addunt hanc limitationem, quia talè debitum, cum ab honeſtiſſimis viris plerumque condonari ſoleat, non videtur cenſeri inter bona creditoris, de quibus loquuntur leges præſcribentes portionem legitimam: nemo enim cogitur eiuſmodi actiones ex delicto, vel ex iniuria naſcentes in cenſu ſuo numerare.

Petes trigeſimoſeptimò. Vtrum occidens, aut irremediabiliter vulnerans hominem debitis implicatum, teneatur reſarcire damnum creditoribus, ſi propter mortem, vel propter vulnus non poſſunt ſua debita recuperare.

RESpondetur primò, ex *Molina diſtin.* 83. & *Bannes* 2.2.*q.*62.*art.*2. quod qui hac malitia, & intentione occidit, vel mutilat debitorem, ne creditores ſua debita recuperent, tunc ad reſtitutionem tenetur. *Mol. Bannes.*

Reſpondetur ſecundò, quod qui ex odio, vel ira, aut vindicta occidit, vel mutilat debitorem, nihil cogitans de creditoribus, vt frequenter ſit, non tenetur in conſcientia eis aliquid reſtituere, quia tunc per accidẽs creditoribus ſine aliqua iniuria nocet.

Confirmatur, quia creditores non habẽt ius in debitorem, niſi in quantum ſe extendunt bona, quæ actu habet, aut ſperat ſe

ha-

Digitized by Google

habiturum; ſi ergo occiſor reſtituit hæredibus, in quo ius defuncti transfertur, ea quæ ipſe erat lucraturus, nō facit iniuriam creditoribus, poſſunt enim ab hæredibus defuncti occiſi ſolutionem petere. ita *Bannes 2.2.q.6. art.2. & S. Fauſtus in ſpeculo p.1. diſput.5.q.21.nu.2.* in fine.

Bannes. S. Fauſt.

Petes trigeſimo octauò. An prouocans alium ad pugnam, & deſcendens ad certamen, teneatur reſtituere aliquid ſi prouocatum occidit?

Mol. Bannes. Rebell.

Reſpondetur primò, ex *Molina diſput.82. Bannes 2.2.q 62.art.2.& Rebell.par.2.de oblig.lib.3.q.11.* quod qui aliquē ad duellum prouocauit, & ipſe prouocatus deſcēdit ad certamē, vt ſuū mūdanum tueatur honorē, tunc prouocans ab obligatione reſtituendi non excuſatur, ſi prouocatum occidit.

Reſpondetur ſecundò, quod ſi prouocatus ad pugnam prouocantem occidit, vel percuſſit, quamuis lethaliter peccauerit, ad reſtitutionem tamen nō tenetur, tùm quia eo ipſo quod occiſus prouocauit ad duellum homicidam, tacidè videtur remiſiſſe obligationem reſtituendi, ſi in duello interficeretur, tùm quia prouocans voluntariè vult ſe exponere tali periculo, ergo ſi occidatur non videtur eſſe iniuſta occiſio reſpectu illius, ſed ſolum reſpectu reipubli-

cæ,

Digitized by Google

cæ, vel Dei, qui eſt Dominus ſpecialis vitæ, ergo nulla eſt illi facienda reſtitutio. ita *Leſſius lib. 2. de iuſt. cap. 9 dub. 21. & Molina, & Bannes* loc. cit. & alij apud S. *Fauſt.* loc. cit. ſed q. 8. *Leſſ. Mol. Bannes. S. Fauſt.*

Reſpondetur tertiò, quod ſi duo prouocãt ſe viciſſim, & pari conſenſu certamen aggrediuntur, tacitè ſibi inuicem remictũt obligationem reſtituendi, ſi vnus ab altero occidatur, quia ſcienti, & nolenti nulla fit iniuria.

Quod eſt verum, etiam ſi in damnum filiorum cedat, quia ius quod habeat filij, vt alantur à parentibus, pendet ex pietate eorundem, quam ipſi tenentur exercere erga filios: & ideo quando Pater cedit iuri ſuo, & ſpontè ſe exponit periculo mortis, perit quoque ius filiorum contra homicidam, quoniam homicida tenebatur filijs, quatenus tenebatur ipſi Patri, eo quod erant aliquid Patris, qui licèt peccauerit contra pietatem, exponendo ſe periculo mortis imprudenter; potuit tamen de facto renũciare iuri filiorum, quatenus erant aliquid ſui. ita *Bannes 2. 2. q. 6. art. 2. Leſſius lib. 2. cap. 9. dub. 21. & Rebell. lib. 3. q. 11.* *Leſſ. Rebell.*

Vnum addo, antequam ad aliam quæſtionem deſcendam, quod quando homicidium commictitur contra nobilem perſonam, vel prouocans ad duellum aliam perſonam nobilem, & occidit illum, licèt ex

natu-

natura rei teneretur ad reſtitutionem expenſarum, & damnorum filijs occiſi, tamen probabiliter præſumi poteſt non eſſe petenda huiuſmodi damna à filijs occiſi nobilis, cum non ſit in vſu peti à talibus perſonis nobilibus damna, quæ paſſi fuerunt ex morte Patris; tamen ſi ex coniecturis aliter præſumitur teneretur homicida in caſibus quibus tenetur reſtituere damna, etiam reſarcire damna filijs occiſi nobilis. ita mihi eſt dicendum, ſaluo meliori iudicio.

Petes trigeſimononò. An qui ob defenſionem ſui, vel ſuarum rerum aggreſſorem occidit, ad reſtitutionem teneatur.

Reſpondetur, quod qui inuaſorem occidit, ſuæ ſalutis, ſiuè corporalis, ſiuè ſpiritualis, libertatis, honoris, aut aliarum rerum, aut alterius cauſa, cum moderamine inculpatæ tutelæ eſtò ex odio, ex appetituque vindictæ, id efficiat, ad nullam reſtitutionem tenetur, quia obligatio reſtitutionis in hoc loco naſcitur ratione delicti contra iuſtitiam commutatiuam: ſed in hoc caſu non eſt delictum contra iuſtitiam, ſed ſolû côtra charitatem, ergo nec obligatio reſtituendi. ita *Nauarr. c. 25. num. 27. Rebell. lib. 3. q. 12.* & eſt communis DD. ſententia. teſte *S. Fauſt. in ſpeculo p. 1. diſp. 5. q. 9. nu. 1.* Hinc

Nau. *Rebell.* *S. Fauſt.*

Hinc

COlligitur non teneri ſugere inuaſum, quando fugiendo maioris percuſſionis, aut alterius mali diſcrimini probabiliter ſe exponit, vt ſi fuga eſt ignominioſa, ſicut profectò eſt, ſi miles, vel laicus nobilis ſit, ac proinde ſi tunc aggreſſorem occidit, nec peccat, nec ad aliquam reſtitutionem tenetur, quia ad neceſſariam ſui honoris defenſionem occidit, ſi tamen inuaſus eſt Clericus in ſacris, vel Religioſus, tenetur fugere, quia his laudi, non ignominiæ fuga tribuitur, idemque dicendum eſt de laico infimæ claſſis, cuius fuga in eius ignominiam non cedit. ita Sotus *lib. 5. q. 1. art. 8.* Leſſius *lib. 2. c. 9. dub. 21. & Rebell. lib. 3. q. 12.* Sotus. Leſſ. Rebell.

Sed quid? Si nollet fugere Eccleſiaſticus, vel perſona infimæ claſſis, ſed debita moderatione ſe, vel res ſuas defendens, inuaſorem occideret; an in tali caſu ad reſtitutionem teneretur.

REſpondetur, ex *Molina tom. 3. de iuſtitia disp. 82. Leſſio lib. 2. cap. 9. dub. 21. nu. 136. & S. Fauſtus p. 1. diſp. 5. q. 19. §. ſed quid*, quod qui inuaſus ab altero poteſt fugere, vel aliter declinare ſine diſpendio ſui honoris, vt Eccleſiaſticus, & perſona infimæ claſſis, etſi id non faciat, ſed debita moderatione ſe, vel Mol. Leſſ. S. Fauſt.

ſua

ſua defendens occidat inuaſorem, non tenetur ad reſtitutionem, licèt peccet mortaliter, tùm quia non peccauit contra iuſtitiam, ſed ſolum contra charitatem, non enim ex iuſtitia tenebatur fugere, vel à via declinare, tùm quia nemo ex ſua malitia, qua vult alterum inuadere, acquirit ius in illum, quo illum obliget ad fugam, itaut niſi fugiat, vel patiatur ſe interfici, cenſeatur ipſi facere iniuriam: ſed ſolum tenetur fugere ex charitate, ſi ſine diſpendio honoris poſſit: & eccleſiaſticus tenetur etiam lege religionis; ne videlicet, non fugiendo, aliquid committat, quod ſanctitatem ſtatus ipſius dedeceat; lege tamen iuſtitiæ, non magis tenetur quam ſecularis.

Hinc

Colligitur, qui facilè res ſuas poſtea recuperare valens, occidit inuaſorem in defectionem earum, non peccat contra iuſtitiam, nec ad reſtitutionem tenetur, ſi aliter eas defendere non poterat, ſiuè ſit laicus, ſiuè Eccleſiaſticus, quia inuaſor nullum ius iuſtitiæ habet, vt me inuito res meas accipiat, ergo iuſtè eas defendere poſſum, cum quanto opus fuerit detrimento vitæ inuaſoris: peccaret tamen contra charitatem, ſi cum facilè res ſuas aliter recuperare poſſet, inuaſorem occidit, & eſſet irregularis. eſt communis DD. ſententia. teſte

S. Fau-

Digitized by Google

S.*Fauſt.* loc.cit. ſed *num.* 4. in fine.

Petes quatrageſimo. Vtrum pro anima occiſi ſit aliquid reſtituendum ex iuſtitia.

RESpondetur, ex *Molina tom.* 3. *de iuſt. d.* 84. quod tenetur occiſor aliquid reſtituere pro anima occiſi, niſi conſtet iniuſtè interfectũ deceſiſſe ex hac vita in culpa læthali. *Mol.*

Scotus in 4. *diſt.* 15. *q.* 3. *art.* 2. *Gabriel* ibidem *Adrianus in* 4. *q. vltim. de reſtit.* & alij dicunt, quod ſi occiſor affectus eſt extremo ſupplicio, non tenetur amplius reſtituere pro vita occiſi: ſi verò non eſt affectus pœna talionis, tenetur pro anima occiſi preces fundere, & ſacrificia offerre, Sed *Scotus. Gabr. Adr.*

Sotus lib. 4. *q.* 6. *art.* 3. *Rodriquez par.* 1. *ſumm. cap.* 139. *Leſsius lib.* 2. *cap.* 9. *dub.* 26. *Sylu. verb. reſtitutio* 3. *q.* 2. & alij apud S. *Fauſtum in ſpeculo par.* 1. *diſp.* 5. *q.* 22. dicunt, homicidam non obligari ex iuſtitia ad eiuſmodi compenſationem ſpiritualem faciendam, tum quia bona ſpiritualia ſunt altioris ordinis, quam temporalia ergo non poſſunt eſſe debita pro damno vitæ, tùm quia ſicut qui reſtituere non poteſt bona fortunæ, ad quæ reſtituenda tenetur, reſtituere ea non tenetur compenſando illa bonis ſpiritualibus, ita qui reſtituere aliter non poteſt damnum *Sotus. Rodriq. Leſſ. Sylu. S. Fauſt.*

cor-

corporale, non tenetur reſtituere illud bonis ſpiritualibus, ſed tantum eſſe ſub ſaluberrimo conſilio, ait *Sotus*, quando interfectus indiget.

Sot.

Petes quatrageſimoprimò. An ſi occiſor non reſtituit, vt debuit, teneantur eius hæredes occiſo, eiuſque ſucceſſoribus aliquid reſtituere?

RESpondetur primò, quod hęredes homicidæ ad ſatisfactionem, quæ facienda eſt per petitionem veniæ, vel reſtitutionem famæ, non tenentur, quia talis ſatisfactio eſt debitum perſonale, ad debita autem perſonalia defuncti non tenentur hæredes iuxta illud *Ezechiel* 18. *Filius non portabit iniquitatem Patris*. Niſi occiſor viuens fuiſſet condennatus, & tranſiſſet in rem iudicatam, vt v.g. pro iniuria quinquaginta ſolueret; tunc enim tenerentur etiam hæredes illius occiſoris, vel infamatoris pecuniam illam reſtituere, quia tunc pecunia iſta iam non eſſet veluti debitum perſonale, ſed re vera temporale, & pecuniariam. ita *Salon. 2.2.q.62. artic.2. Soto lib.4.q.6.artic.3. & Arag. 2.2. q.62. ar.2.*

Ezec. 18

Salon. Sot. Arag.

Reſpondetur ſecundò, quod hęredes occiſoris tenentur ad ſatisfactionem, quæ facienda eſt per pecuniam, quia bona in quibus ſuccedunt hæredes ſunt obligata ex iu-

iuſtitia ad reſarcienda damna, quæ teſtator fecerat ex iniuſta ſua actione. immo ad hoc tenetur fiſcus, ſi bona occiſoris fuerint cō-fiſcata ita *Sotus lib 4. q.6. artic.3. Aragon.2.2.* *Soto.* *q.62.art.2. Nauarr.c.15. num.25. & Bannes 2.2.* *Arag.* *q.62.art.2.* *Bannes.*

Hinc *Nau.*

SEquitur Patrem, & ſi ſit neceſſarius hæres filij, non teneri, vt plurimum ſoluere debita filij, vel recompenſare damna ab eo alteri illata, quia vt plurimum filius non habet bona, quæ pater acquirat de nouo, & in quibus ſuccedat poſt mortem filij, ſed recuperat, quæ ſua erant, & ipſe filio dederat ea lege, vt ipſo manente, in dominium illius, qui dederat, redirent. Si tamen habuerit bona caſtrenſia, vel quaſi caſtrenſia, fueritque iam emancipatus, tenebitur Pater reſtituere de illis bonis, ſicut, & alij hæredes. ita *Bannes*, *&* *Salonius* cit. à S. *Fauſt. in ſpeculo*, loc. cit. ſed *q.25.* *Bann.* Salon. S. *Fauſt.*

Petes quatrageſimoſecundò. An qui priuat aliquem per iniuriam aliquo ſenſu, vel vſu rationis, teneatur ad reſtitutionem?

REſpondetur, ex *Soto lib.4.q.6.art.3.* teneri ad reſtitutionem, idq; arbitrio boni viri, ſed *Nauarr.c.15. num.22. Leſſius lib.2. cap.8. dub.1. Couarr. lib.2. var. c.10. nu.7. & Petr.* *Soto.* *Nau.* *Leſſ.*

 Petr. Na.

Nau. *Nauar. lib. 4. c. 1. nu. 80.* dicunt, hunc non teneri pecuniam rependere, præcisè pro ipſa priuatione mentis, vel ſenſus, dixi præcisè pro ipſa priuatione ſenſus, vel vſus rationis, quia tenetur ad reſtitutionem pro damno temporali, quod inde ſequitur, vt ſi læſus non poſſit eam artem exercere, ex priuatione ſenſus, vel vſus rationis, qua victum ſibi, & ſuæ familiæ comparabat, quia nemo obligatur damnum reſarcire in bonis diuerſi ordinis, ſed tantum eiuſdem ſecluſo damno temporali, vt dictum eſt. Hæc enim ſola inter ſe ſunt commenſurabilia, ergo quando non poteſt fieri commenſuratio, non eſt obligatio.

Vnde pro his ſatis eſt pœnitentia coram Deo cum petitione veniæ pro iniuria illata, quando ſcitur auctor.

Petes quatrageſimotertiò. An retrahens aliquem à religione ad reſtitutionem teneatur, vel ei, quem retraxit, vel religioni?

Arag. Pet. Na. S. Fauſt. RESpondetur primò, ex *Aragon. 2. 2. q. 62. art. 2. Petr. Nauarr. lib. 2. de reſtit. c. 2. nu. 2. S. Fauſt. in ſpecul. p. 1. diſp. 6. q. 6. nu. 2.* quod qui bona fide, & intentione ob ſuam, vel alterius vtilitatem, ſine vi, & fraude volentem ingredi religionem impedit, vel ingreſſum ante profeſſionem extraxit, non peccat, nec

Digitized by Google

ad aliquem reſtitutionem tenetur, quia quandoque fieri poteſt, vt ſit charitatis, & prudentis officium, auertere aliquem à religione, nimirum quando parentes ingreſſuri eſſent in magna neceſſitate, & eius opera indigerent, ſi ingreſſurus eſſet ad religionem ineptus, &c.

Reſpondetur ſecundò, ex *Soto lib.4.q.6. artic.3. Valentia to.3.d.5.q.6.p.5. Petr. Nauarr. lib.2. de reſtit, c.2. num.12. & Salon.2.2.q.62. art.2.* quod qui ſolis precibus ſine vlla fraude, vel vi, ſine tamen rationabili cauſa nouitium à religione extrahit, peccat, ſed ad reſtitutionem ex iuſtitia non tenetur, faciendam extracto, nec religioni. Non extracto, quia licèt malum conſilium dederit non peccauit contra iuſtitiam, nec religioni, quia nullum ius acquiſiuit, ergo non eſt ibi iniuria, ac proinde qui ſic diſſuaſit non tenetur ad aliquam reſtitutionem. *Soto. Val. Pet. Na. Salon.*

Reſpondetur tertiò, quod qui malo animo, ſine fraude tamen, aut vi nouitium à religione abducit, quamuis peccet contra charitatem, tamen ad reſtitutionem non tenetur, aut ipſi nouitio, aut religioni. ita *Valentia tom.3.d.5.q.6.p.5. Nauarr, cap.17.n.69. Aragon.2.2.q.62.art.2. Soto lib.4.q.6.art.3. Leſſius lib.2.cap.8.dub.3. Petr. Nauarr. lib.2. de reſtit. c.2.num.15. & Salon.2.2.q.62.ar.2.* *Val. Nau. Arag. Soto. Leſſ. Salon.*

Reſpondetur quartò, quod qui vi, fraude,

de, aut minis, vel mendacijs aliquam à religione retraxit, ſiuè profeſſum, ſiuè nouitiũ, tenetur lege iuſtitiæ ei eandem libertatem, quam abſtulit vi, dolo, ac deceptione reſtituere, remouendo vim, vt liberè poſſit redire ſi velit: tenetur etiam aperire ei veritatem, vel dignitatem religionis, & procurare, vt iterum animum religioſum concipiat, quod ſi nolit, nulla alia reſtitutionis obligatio faciendæ manet. ita *Aragon. & Salon.* cit. à *S. Fauſt. in ſpeculo p. 1. diſp. 6. q. 6. n. 8.*

Arag. *Salon.* *S. Fauſt.*

Reſpondetur quintò, quod qui, vel metu, vel fraude abduxit a religione profeſſum, ex cuius præſentia, vtilitas aliqua temporalis religioni erat prouentura, ſiuè vtilitas illa proueniat ex induſtria perſonæ, ſiuè ex paterna hæreditate, tenetur reſtituere omne damnum illatum extracto, & religioni, quia licèt religio non habeat ius iuſtitiæ in profeſſum; habet tamen ius, ne quis per iniuriam expoliet illam ſuo religioſo, vt re ſua. ita *Petr. Nauarr. lib. 2. c. 2. nu. 23. Salon. 2. 2. q. 62. art. 2. & Leſſius lib. 2. cap. 8. dub 3.*

Pet. Na. *Salon.* *Leſs.*

Hinc

COlligitur primò, quod ſi deceptus erat profeſſus, & propter iniquam retractionem religio non, poteſt, v. g. hæreditatem obtinere, tenetur ſuaſor ad reſtitutionē in integrum. Si verò decœptus erat nouitius,

tius, quia tunc dependet ex futuro euentu, minor quantitas debetur. ita *Salonius.* 2.2.*q.* 62.*art.*2.*& S.Fauſt.p.*1.*diſp.*6.*q.*6.*n.*19. *Salon.* *S. Fauſt.*

Colligitur ſecundò, ſi religioſus erat inutilis religioni, vel tantundem conſummebat, nulla erit reſtitutio facienda. ita *Leſſius lib.*2.*de iuſt.c.*8.*dub.*3.*& S.Fauſt.in ſpecul. part.*1. *diſp.*6.*q.*6.*n.*19. *Leſſ.* *S. Fauſt.*

Petes quatrageſimoquartò. Ad quid teneatur adultera, quæ prolem ſuſceptam ex adulterio, marito ſuppoſuit.

RESpondetur primò, certum eſſe apud DD. vt rectè obſeruat *S.Fauſt.in ſpecul. p.*1.*diſp.*7.*q.*2.*nu.*2. quod quando adultera habet bona propria, ex quibus valet ſufficienter filijs legitimis damna reſtituere, quæ propter filium ex adulterio natum recipiunt, quia nimirum habet bona parephernalia; paraphernale dicitur quicquid mulier habet vltra dotem, nullo modo tenetur ſuum crimen reuelare. *S. Fauſt.*

Reſpondetur ſecundò certum eſſe, quod quando adultera non habet bona propria, quibus damnificatis ſatisfaciat, aut habet, ſed inſufficientia, ſi probabiliter iudicat, vel dubitat, ſe non profuturum, nec ſuo dicto effecturam, vt filius adulterinus excludatur ab hæreditate quia non crederetur à filio ſpurio, nec à marito, & ſic in effectu

Digitized by Google

nulla ſequeretur reſtitutio, non tenetur ſe prodere, quia nemo tenetur ad opus inutile.

Reſpondetur tertiò certum eſſe, quod quando adultera non habet vnde reſtituat, eſt tamen moraliter certa, quod ſe ipſam prodendo, proficiet, fietque debita reſtitutio, quia talia dabit indicia, vt filius adulterinus illi credere teneatur, ſi nullum eſt vitæ, aut publicæ infamiæ, vel alterius mali periculum, tenetur partum ſuppoſititium, vel adulterinum declarare, ne legitimi filij, aut hæredes damnificentur. ita Salonius 2. 2. *q. 62. art 6. Nauarr. c. 16. num. 45. Leſſ. lib. 2. de iuſtitia c. 10. dub. 7. Tolet. lib. 5. c. 11.* Couarr. *in regul. peccatum p. 1. num. 6. §. 2. Caietan. in ſumma, verbo adulterium, Valentia tom. 3. diſp. 5. q. 6. p. 7. Rebell. p. 1. de obligat. lib. 3. q. 10.* & alij; Ratio eſt, quia adulteram ſoli filio, & ſecretò ſe prodere, poſita tali certitudine, eſt exiguam infamiam ſubire pro maiori bono, maius enim bonum eſt, vt hæreditas illa vero hæredi remaneat, quàm ſit malum illa infamia adeo ſecreta, & apud filium adeo timoratũ.

Salon.
Nau.
Leſſ.
Couarr.
Caiet.
Val.
Rebell.

Eodem modo teneretur manifeſtare crimen ſuum marito, ſi inde probabiliter crederetur impedienda eſſe ea damna, neque timeretur vlterius aliud detrimẽtum adulteræ, aut alterius tertij, quia nimirum maritus eſt vir prudens, & timoratæ conſcientiæ,

tiæ, qui creditur rem cęlaturus, nec mulierem odio, vel conuitijs vexaturus. ita DD. ſupra citati.

Reſpondetur quartò certum eſſe, quod quando adultera probabiliter iudicat ſe prodendo nihil profuturam, vel ſine ſuæ mortis, vel vitæ diſpendio, non poteſt filium ſpurium reuelare, tunc tenetur alijs vijs procurare, ne filij legitimi, & hæredes ratione huius erroris aliquid detrimenti capiant, vt docet *Valentia tom.3. d.6. q.6. p.7.* & alij ſupra cit. *Val.*

Ex quo

SEquitur adulteram teneri ſuadere filio adulterino, vt profiteatur religionem hæreditatis incapacem, ſi ad eam videatur idoneus, cuiuſmodi eſt religio S. Franciſci, vel etiam capacem, dummodo poſt ingreſſum iuxta Trident. hæreditatem in legitimos renunciet, vt docet *Nauarr. cap.16. n.46. Aragon. 2.2. q.62. art.6. Valent. tom.3. d.3. q.6. p.7. Leſſius lib.2. c.10. dub.7. Bannes 2.2. q.62. artic.6. & Molina tom.3. de iuſtit. diſp.100.* *Nau. Arag. Val. Leſs. Bannes. Molina.*

Verum *Sixtus V.* teſte *Henriquez lib.11. cap.21. num.3.* motu proprio iuſſit ſpurios non eſſe admictẽdos in religione, idcirco ſi poteſt, tenetur obtinere diſpenſationem à Sũmo Pontifice. *Sixt. V. Henriq.*

Quod ſi hoc ei perſuaderi non poteſt, tunc debet eum inducere, vt ſacris initie-

tur, & accipiat beneficium, quo contentus, hæreditatem alijs renunciet. ita *Rebell. par. 1. de obligat. lib. 3. q. 10. Cordub. lib. 1. ſui quæſt. q. 31. & Aragon. 2. 2. q. 62. art. 6.*

Rebell. *Corduba.* *Arag.*

Deinde, ſi hoc ab adulterino mater precibus nequeat obtinere, prucuret, vt filij legitimi, & hæredes plus accipiant de illis bonis, in quibus ſi veritas conſtaret, ſuccedere debebãt, quàm filius adulterinus. Vnde tenetur ſuadere viro, vt det quantum plus poterit de bonis filijs legitimis, quam illegitimo, etiam ſi cauſam non manifeſtet. & ſi hoc non ſufficit, ex bonis paraphernalibus habitis extra dotem, tenetur legitimos recompenſare, eſt communis DD. ſententia, & præſertim docet *Valentia tom. 3. diſtin. 5. q. 6 p. 7.*

Val.

Quod ſi hoc facere non poteſt, tenetur occultè accipere de bonis, quæ deuentura ſunt ad ſpurium, aut quæ iam ad eum deuenerunt; quantum, ſecluſo ſcandalo potuerit, vt ex illis compenſationem occultam efficiat illis, qui damnum propter eũdem ſpurium, patiuntur iniuſtè.

Deinde ſi hiſce modis non poteſt ſatisfacere, tenetur donare in vita, vel relinquere in morte tantum, quãtum in id opus fuerit legitimis, ex parte illorum bonorũ, quæ liberè in animæ ſuæ, vel extraneorum gratiam relinquere poteſt, vt rectè docet

Digitized by Google

Nauarr.c.16.num.46. Aragon.2.2.q.62. artic.6. Valent.tom.3.d.5.q.6.p.7. & alij. *Nau. Arag. Val.*

Et ſi hæc omnia non ſufficiunt, tenetur tã adhibita diligentia bona mariti augere, tãto plus laborando, vltra quam per matrimonium obligatur.

Debet etiam ſolitos ſumptus in victu, & veſtitu imminuere, quantum commodè poteſt, ſpectata conditione ſtatus, valetudinis, &c.

Si tandem omnibus his ſit deſtituta remedijs, quod nihil præſtare poteſt, tunc ſecundum *Nauarr. c.16. num.45.* communiter receptum ſufficit ei contritio, & propoſitum ſatisfaciendi, quando potuerit. *Nau.*

Sed difficultas eſt, quando adultera nullum aliud habet remedium ad reſarciendum damna, quæ ex natiuitate filij ſpurij ſequũtur, niſi detegere ſuum crimen, atque vereſimile eſt, & certum moraliter per huius rei reuelationem ea fore impedienda, non poteſt tamen id efficere ſine periculo vitæ, aut ſcandalo alterius, quia v.g. maritus occideret illam, vel adulterum, aut quod ſequerentur multa ſcandala, & inimicitiæ. an teneatur tunc mulier adultera cum tali diſpendio filium adulterinum reuelare, vt ille ab hæreditate legitimorum excludatur.

RESpondetur, ex Soto *lib.4. q.7. artic.2. & Rebello par. 1. de obligat. lib.3. quæſt.10.* *Soto. Rebell.*

quod

quod adultera tenetur ſuum crimen reuelare cum periculo propriæ vitæ, quando hæreditas eſt ampla, & copioſa, vt Comitatus, Marchionatus, Ducatus, Principatus, Regnum, &c. idque eſto ſpurius æquè bene adminiſtraturus eſſet eam rempublicam, Sed

Scoto. Caiet. Nauarr. Med. Cou. Leſs. Bar. Me. Pet. Na. Bannes. Em. Sà. Arag.

Scotus in 4. diſt. 15. q. 2. Caietan. 2. 2. q. 62. ar. 6. Nauarr. c. 17. num. 90. Sylu. verbo adulterium q. 1. Medina c. de reſtit. q. 3. cauſa 4. Nouarr. in reg. peccatum p. 1. n 8. Leſſius lib. 2. de iuſtitia c. 10. dub. 7. Bartholom. Medina lib. 1. inſtruct. confeſſar. c. 14. §. 18. Petr. Nauar. lib. 2. de reſtit. c. 4. num. 408. Salon. 2. 2. q. 62. art. 6. Tolet. lib. 5. cap. 11. Bannes 2. 2. q. 62. art. 6. Emanuel Sà, v. adulterium nu. 3. Aragon. 2. 2. q. 62. ar. 6 & alij communiter dicunt non teneri adulteram cum propriæ vitæ periculo ſe prodere, etiam ſi ampliſſima hæreditas, aut primogenitura, aut etiam Regnum ad filium adulterinum deberet tranſire, quia nemo tenetur reſtituere res inferioris ordinis, cum detrimento rerũ ſuperioris ordinis, vt pecuniã cum detrimẽto famæ, & famam cum detrimento vitæ. at ſi adultera pro reſtitutione hæreditatis, teneretur ſe prodere cum periculo vitæ, permutaretur ordo nature, ergo non tenetur.

Præterea extrema neceſſitas, & vrgens periculum vitæ tollit rerum diuiſionem, & dominia, redditque omnia communia,

vn-

vnde ſicut exiſtente tali neceſſitate licitum eſt adulteræ accipere de nouo bona temporalia alterius, ergo à fortiori erit licitum illa retinere, atque tacere, vt vitam ſeruet.

Tandem concluſio eſt definita in *cap. offic. de pœnit. & remiſſ.* vbi *Innoc. 3.* conſultus de quadam muliere adultera, quæ prolem marito ſuo ſuppoſuerat, eſſet ne abſoluenda, cum crimen ſuum timeret propalare, reſpondit eſſe abſoluendam, licèt propter metum mariti, nolit ſuum crimen manifeſtare. quod communiter dicunt DD. eſſe intelligendum, ſaltem quando eſt periculum vitæ.

Sed quid? Si adultera eſt infima claſsis, hæreditas verò ampliſsima, vt Regnum, vel Ducatus.

RESpondetur, vitam ſemper eſſe magis pretioſam, & caram, quantocunque auro, & gemmis pretioſis.

Verum aduertunt *Molina de iuſtitia tom. 3. diſp. 102. & Salon. 2. 2. q. 62. art 6.* quod ſi filius ſpurius, qui ſucceſſurus eſſet in Regno, eſſet peſſimis moribus imbutus, & ad malum propenſus, qui cum magno damno Reipublicæ illam eſſet adminiſtraturus, è contra verò filius legitimus animo nobili, & regio gubernaret, & cum vtilitate Ci- *Molina.* *Salon.*

uium,

Digitized by Google

uiumi, tunc Regina adultera, etiam cum periculo propriæ vitæ, ac famæ teneretur ſuū crimen reuelare illegitimā ſucceſsionem, ſi dictum ſuum videt profuturum; Ratio eſt, quia tunc non exponit adultera vitam, & famam pro vitando damno iniuſto filij legitimi, vel alterius priuati, ſed pro vitando cōmuni dāno ſpirituali, ac temporali Reipublicæ, pro quo quiuis exponere tenetur propriam vitam, vt illi ſubueniat, quando aliter impediri non poteſt. ita DD. ſupra cit.

Petes quatrageſimoquintò. Vtrum adultera teneatur cum ſuæ famæ detrimento reuelare filium adulterinum, vt ille excludatur ab hæreditate mariti.

Sot. *Cord.* *Sylu.* *Lop.* Reſpondetur, ex *Soto lib. 4. q. 7. art. 2. Corduba lib. 1. ſui quæſt. q. 31. Sylu. v. adulteriū, q. 1. Lopez lib. 1. inſtruct. confeſſ. cap. 88.* & multi alij, quod adultera tenetur reuelare ſuum crimen cum iactura famæ, vt filius legitimus ſuccedat in patrimonium inſigne, quando ipſa adultera, non eſt illuſtris.

Sed

Caiet. *Nau.* *Med.* *Leſſ.* *Caietan. 2. 2. q. 62. art. 6. & in ſumma v. adulterium, Nauarr. c. 16. nu. 44. & c. 17. num 89. & c. 18. num. 47. Medina c. de reſtit. q. 3. cauſa 4. Leſſius lib. 2. c. 10. dub. 7.* docent non teneri adulteram prædictam ſe prodere cum iactura

ſuæ

ſuæ famæ, vt filius legitimus ſuccedat in patrimonium inſigne, quia fama propria eſt precioſior, & carior quacunque re temporali, iuxta illud Prouerb 22. *Melius eſt nomen bonum, quam diuitiæ multæ, & Eccleſiaſt.* 41. *Curam habe de bono nomine*. Prou. 22 Eccl. 41.

Tandem eſt concluſio definita in *cap. off. de pœnit & remiſs.* vbi *Innoc III.* dicit mulieri adulteræ non eſſe negãdam abſolutionem, quando ipſa ex iuſto timore ſuum crimen non manifeſtat, qualis proculdubio eſt in illa, quæ timet infamiam, & ſic non peccat tacendo, ſiquidem ei abſolutio non denegari præcipitur, ſed ego amplector opinionem Soti, & aliorum in duobus caſibus. Innoc. 3.

Primus eſt, quando mulier adultera amiſit famam, & eſt talis conditionis, vt nihil videatur amictere ex tali manifeſtatione ſui criminis.

Secundus eſt, quando adultera eſt ſuſpecta de adulterio, & eſt adeo vilis conditionis, vt ipſius fama, comparatione ingentis patrimonij mariti, quod à legitimo ſucceſſore iniquè aufertur, & ſpurio filio traditur, parui ſit pretij, in quibus caſibus dico teneri adulteram detegere ſuum adulterinum partum, ſi ſperat ſe profuturam.

Secus eſt dicẽdum de vera fama qualem mulier honeſtæ conditionis, & vitæ poſſidet.

Pe-

Petes quatrageſimoſextò. An filius adulterinus teneatur credere matri dicenti, eum eſſe illegitimum, & teneatur ab hæreditate abſtinere.

Reſpondetur, filium debere credere, nec ſe poſſe immiſcere hęreditati filiorum legitimorum, quando mater, ita probat, vt filius conuincatur eſſe ſpurius, vt accidit, quando mater probat maritum fuiſſe impotentem, aut eum toto eo tempore, quo filius potuit concipi, fuiſſe abſentem, in quo caſu non poteſt adire hæreditatem, quia eſt moraliter certus, eam ſibi non deberi; quando verò filius non cōuincitur, non tenetur credere matri etiam iuranti, quamuis ſciat matrem fuiſſe ſolitam adulterari, & etiam ſi aſſerat hoc mater in articulo ſuæ mortis, ſi mater tempore conceptionis habitabat cum viro, & cōſequenter filium non teneri abdicare à ſe hæreditatem, ſicut nec tenetur abdicare à ſe hæreditatem, quam bona fide poſſedit tanto tempore, quanto opus eſt ad præſcriptionem, etiam ſi poſtea conuincatur, & credat ſe eſſe ſpurium. ita *Sylu. verb. adulterium num. 5. Angel.* eodem verbo *num. 6. Bannes 2.2. q. 62. art. 6. Azor.* Henriquez, & *Suarez* cit. à *Bonac. tom. 1. q. 4. punct. 15. q. 4. num. 21. fol. mihi* 113.

Sylu.
Ang.
Bannes.
Azor.
Henriq.
Suar.

Hinc

Hinc

COlligitur *Bonac.* loc. cit. confeſſarium, debere vti magna prudentia, ne vltra modum compellat adulteram in articulo mortis detegere ſuum adulterium, tùm quia filius nõ tenetur illi credere, tùm quia fieri poteſt, vt ipſa liberetur ab infirmitate, & occidatur à marito, tùm quia raro prodeſt detectio, & manifeſtatio adulterij. *Bon.*

Addo non eſſe conſulendum, vt adultera detegatur poſt mortem per confeſſariũ, quia periculum eſt, vt proles adulterina, vel confeſſarius ipſe occidatur. ita *Henriqu.* & alij cit. à *Bonac.* loc. cit. ſed *nu.* 23. *Henriq.* *Bonac.*

Petes quatrageſimoſeptimò. An adulter teneatur aliquid reſtituere marito adulteræ pro iniuria, ſi partus non ſit ſequutus?

REſpondetur primò, quod adulter pro ſolo actu adulterij, qui iniuſtus eſt, & iniurioſus marito, ad nullam reſtitutionem ei faciendam tenetur, ſed tantum tenetur petere veniam, quando, ſecluſo periculo mortis, poteſt peti. ita *Molina tom.* 3. *de iuſtit. diſp.* 100. *Leſſius lib.* 2. *c.* 10. *dub.* 5. *Bartholomæus Medina in ſua inſtruct. confeſſar. fol.* 119. §. 18. & *Lopez p* 1. *inſtruct. confeſſ. c.* 90. *Molin.* *Leſſ.* *Bar. Me.* *Lop.*

Reſpondetur ſecundò, quod ſi maritus pro iniuria ſibi illata, pecuniam exigat, adul-

Digitized by Google

adulter in conſcientia non tenetur eam refundere, tùm quia tale damnum pecuniarium non eſt illatum, tùm quia hæc ſatisfactio pecuniaria pro iniuria adulterij iure eſt interdicta, vt habetur in *l. tranſigere, C. de tranſactionib. & in l. miles, ff. ad legem iuliam de adulterio*, ne maritus videatur lænocinium facere ſuæ vxori.

Reſpõdetur tertiò, quod ſi maritus cum adultero conueniat de aliqua pecunia conferenda pro iniuria, vt iniuria affectus cedat iuri ſuo, non peccat, nec ad reſtitutionem tenetur, quia lex ſupradicta potius pertinet ad forum externum, ne concedatur actio, nimirum in pœnam, ob præſumptionem adulterij, quam ad mores priuatos, vt docet S. *Fauſt. in ſpeculo p. 1. d. ſp. 7. q. 6. nu. 5.*

S. *Fauſt.*

Petes quatrageſimo octauò. An adulter pro damnis ex adulterio ſubſequutis marito, vel hæredibus legitimis, quando filius inde genitus patri putatiuo alendus, & inter alios legitimos hæreditatem obtenturus ſupponitur, aliquam teneatur facere reſtitutionem?

RESpondetur primò, certum eſſe apud omnes Doctores, quod adulter non tenetur ad aliquid reſtituendum cum periculo vitæ, vel famæ, ſicut nec tenetur adultera.

Re-

Digitized by Google

Reſpondetur ſecundò certum eſſe, quod ſi adulter aliquo modo ſuaſit, vel procurauit, vt adultera ſpurium marito ſuo ſupponeret, fingeretque eſſe eius filium, teneri reſtituere damna illata patri putatiuo, & alijs filijs legitimis ratione ſpurij.

Aduerte quod ſi adulter ſuaſit ſuppoſitionem in ſui fauorem, ipſe tenetur primo loco, adultera ſolum in defectum. Si tantum ſuaſit in commodum adulteræ, adultera tenetur primo loco, adulter ſolum ſecundario in defectum.

Si in cõmodum vtriuſque tenetur æquẽ primo pro rata, in ſolidum verò ex defectu alterutrius. ita S. *Fauſtus in ſpeculo p.1.diſput.7. q.7. num.1.* *S. Fauſt.*

Reſpondetur tertiò certum eſſe, quod adulter non tenetur in conſcientia credere adulteræ aſſerenti illum ſpuriũ eſſe filium eius, vel quia vidit, aut nouit illam ſimul habere copulam cum viro ſuo, ac minus potuiſſe concipere ex viro, quam ex ſeipſo, vel ſi probabiliter poteſt ſuſpicari, illam ab alijs fuiſſe cognitam, ſiuè quoniam ipſa quoque dubitat, an proles ſit mariti, vel adulteri, vel ipſa præſefert ſpeciem leuitatis, ſolent enim iſtę mulierculæ nonnumquam filium adulterinum tribuere ditiori, aut ſibi magis dilecto, vnde non temerè, nec facilè eſt ipſis fides præſtanda, ſed maturê, &

in re maximè manifeſta, quia vt in *l. lucius, ff. de condit. & demonſt.* nemo cuius Patris filius ſit, ſatis probare poteſt, vt benè tradit idem
S. *Fauſt.* S. *Fauſt.* loc. cit.

Nec adulter tenetur ad vllam damni cõpenſationem, quando non credit, nec habet aliquam certitudinem moralem, quod partus ſit ſuus, licèt de eo probabiliter ſit dubius. & ratio eſt, quia in dubio æquali melior eſt conditio poſſidentis. ita *Aragon. 2. 2. q. 62. art. 6. Nauarr. c. 16. num. 48. Sylu. v. adulterium q. 7. Leſſius lib. 2. c. 10. dub. 6.*

Arag. *Nau.* *Sylu.* *Leſſ.* *Molina.* *Rebell.*

Molina tom. 3. diſp. 101. & Rebellus p. 1. de obligat. lib. 3. q. 10. putant teneri adulterum in foro conſcientiæ reſtituere partem damnorum, maiorem, vel minorẽ pro dubij quantitate, maiori, vel minori, licèt non teneatur recognoſcere illum omnino eſſe ſuum filium, dum res fuerit dubia.

Reſpondetur quartò, certum eſſe etiam, quod quando adulter pro comperto habet illum eſſe ſuum filium, tamen ipſe adulter ipſum non ſuppoſuit marito, nec ei ſuaſit, vt ſupponeret, ſed mater, tenetur adulter pater reſtituere impenſas factas à tertio anno, & deinceps quamdiù pater tenetur filium alere. Ratio eſt, quia pater à tertio anno tenetur alere filium, & deinceps donec ſibi de alimentis prouidere poſſit. à partu autem vſque ad tertium annum incluſiuè

te-

tenetur mater, vt habetur, ex *c.2. de conuerſ. infidelium*, & ex *l. nec filium, c. de patria poteſt.*

Quod ſi mater eius eſſet conditionis, vt ad proprium pectus filium non poſſit lactare, ad adulterum quoque expenſæ lactis alieni pertinebant. ita *Emanuel Sa*, *verbo alimenta*, & citat *Sylu.* *Em. Sà. Sylu.*

Sed difficultas eſt, quando adulter agnoſcit eſſe ſuam prolem, & ſine famæ, vel vitæ periculo, poteſt reſtituere damna illata viro adulteræ, & filijs legitimis ratione ſpurij, nec conſuluit, vt illum adultera viro ſuo ſupponeret, an videlicet in hoc caſu teneatur de iuſtitia aliquid reſtituere filijs, aut patri putatiuo?

Reſpondetur primò, ex *Soto lib. 4. de iuſtitia q. 7. art. 2. Henriquez lib. 11. de matrim. cap. 21. num. 3.* & alijs cit. à *S. Fauſt. in ſpeculo cōfeſſar. p. 1. diſp. 7. q. 7. num. 4.* adulterum non teneri ex iuſtitia reſtituere damna illata marito, aut hæredibus ob filium ex adulterio natum, ſed ſolum ex honeſtate, & decētia, ait *Sotus* loc. cit. quia non eſt cauſa proxima illorum damnorum, ſed remota, cum non intenderit generare, ſed ſolum explere ſuam libidinem, adulteram verò eſſe cauſam proximam, quæ illum tanquam legitimum marito ſuo ſuppoſuit, ergo ipſa ſola teneatur ea reſtituere. *Soto. Henriq. S. Fauſt.*

S. Fauſt. Sed communis DD. ſententia. teſte *Sancto Fauſto in ſpeculo confeſſariorum, diſp. 7. num. 5.* affirmat teneri ſimul cum adultera ad dãna illa ex ſuis bonis reficienda; Ratio eſt, quia qui cauſa eſt, vt damnum alicui inferatur, obligatur ad illius damni reſtitutionem: ſed adulter eſt cauſa illorum damnorum, cum genuerit ſpurium, ob quem illa damna ſequuta ſunt, ergo tenetur illa reficere.

Neque dicas adulterum non eſſe cauſam proximam illius dãni, ex eo quod ipſe non ſuaſit adulteram, vt ſuppoſuiſſet filium adulterinum marito, ſed ſufficit, vt dicatur eſſe cauſa proxima, quod genuerit illum ex adulterio, cum ex tali iniqua actione ex natura rei ſequatur huiuſmodi damnum.

Petes quatrageſimonono. An adulter in foro conſcientiæ credere teneatur adulteræ dicenti, prolem quam genuit, eſſe ſuam?

RESpondetur, adulterum non teneri credere adulteræ dicenti ſe ex eo cõcepiſſe, & genuiſſe filium, ſi tempore conceptionis maritus cum adultera habitabat, Soto. etiam ſi puer, vt rectè ait *Sotus* loc. cit. in vultu, vel in alijs membris corporis adulteri imaginem referre videretur, niſi indicia habeat ſufficientia, quæ coram Deo ipſum

om-

Digitized by Google

omnino perſuadeant, & debeant perſuadere, prolem eſſe ſuam, tunc enim talẽ reputare debet ad effectum, vt reſtituere teneatur damna omnia inde ſubſequuta, tùm marito, tùm legitimo hæredi, vt ſi tempus partus reſpondeat tempori adulterij commiſſi, & maritus tempore conceptionis erat abſens, vel antea filios ex ſua vxore non genuerat: aut adultera eſt talis, cui ſpectatis circumſtantijs omnibus concurrentibus, meritò ſit credendum abſque vlla dubitatione, eum filium ex adulterio fuiſſe genitum, quia nimirum erat alioquin honeſtiſſima, & præclara pollens fama, & ſi habuit rem cum illo, fuit vi, aut minis, & poſthac nuſquam ſiniſtra laborauit fama timorateque conſcientiæ eſſe reputatur, hæc ſanè indicia ſunt manifeſta illum eſſe filiũ ſuum. ita *Molina tom.* 3. *de iuſtit. diſput.* 102. *Azor. p.* 3. *lib.* 5. *c.* 6. *q.* 8. *&* Lopez *cap.* 90. Mol. Azor. Lop.

Petes quinquageſimo. An ſpurius teneatur relinquere hæreditatem, ſi credit matri dicenti ſe eſſe illegitimum, vel alia via id credere conuincitur.

RESpondetur primò, certum eſſe, quod ſi ſpurius credit eſſe illegitimum, in conſcientia tenetur non adire hæreditatem, & adeptam tenetur reſtituere patri pu-

S. Fauſt. Sed communis DD. ſententia. teſte *Sancto Fauſto in ſpeculo confeſſariorum, diſp. 7. num. 5.* affirmat teneri ſimul cum adultera ad dãna illa ex ſuis bonis reficienda; Ratio eſt, quia qui cauſa eſt, vt damnum alicui inferatur, obligatur ad illius damni reſtitutionem: ſed adulter eſt cauſa illorum damnorum, cum genuerit ſpurium, ob quem illa damna ſequuta ſunt, ergo tenetur illa reficere.

Neque dicas adulterum non eſſe cauſam proximam illius dãni, ex eo quod ipſe non ſuaſit adulteram, vt ſuppoſuiſſet filium adulterinum marito, ſed ſufficit, vt dicatur eſſe cauſa proxima, quod genuerit illum ex adulterio, cum ex tali iniqua actione ex natura rei ſequatur huiuſmodi damnum.

Petes quatrageſimonono. An adulter in foro conſcientiæ credere teneatur adulteræ dicenti, prolem quam genuit, eſſe ſuam?

RESpondetur, adulterum non teneri credere adulteræ dicenti ſe ex eo cõcepiſſe, & genuiſſe filium, ſi tempore conceptionis maritus cum adultera habitabat, Soto. etiam ſi puer, vt rectè ait *Sotus* loc. cit. in vultu, vel in alijs membris corporis adulteri imaginem referre videretur, niſi indicia habeat ſufficientia, quæ coram Deo ipſum

om-

omnino perſuadeant,& debeant perſuadere, prolem eſſe ſuam, tunc enim talẽ reputare debet ad effectum, vt reſtituere teneatur damna omnia inde ſubſequuta, tùm marito,tùm legitimo hæredi, vt ſi tempus partus reſpondeat tempori adulterij commiſſi,&maritus tempore conceptionis erat abſens, vel antea filios ex ſua vxore non genuerat: aut adultera eſt talis, cui ſpectatis circumſtantijs omnibus concurrentibus; meritò ſit credendum abſque vlla dubitatione, eum filium ex adulterio fuiſſe genitum,quia nimirum erat alioquin honeſtiſſima,& præclara pollens fama, & ſi habuit rem cum illo, fuit vi, aut minis, & poſthac nuſquam ſiniſtra laborauit fama timorateque conſcientiæ eſſe reputatur, hæc ſanè indicia ſunt manifeſta illum eſſe filiũ ſuum. ita *Molina tom. 3.de iuſtit.diſput.*102. *Azor.p.*3. *lib.*5.*c.*6.*q.*8. & Lopez *cap.*90. *Mol. Azor. Lop.*

Petes quinquageſimo. An ſpurius teneatur relinquere hæreditatem, ſi credit matri dicenti ſe eſſe illegitimum, vel alia via id credere conuincitur.

RESpondetur primò, certum eſſe, quod ſi ſpurius credit eſſe illegitimum, in conſcientia tenetur non adire hæreditatem, & adeptam tenetur reſtituere patri

putatiuo, vna cum alijs filijs legitimis, vt re-
S. Fauſt. ctè docet S. *Fauſtus in ſpeculo p. 1. diſp. 7. q. 9.*

S. Fauſt. Reſpondetur ſecundò, ex S. *Fauſt.* loc. cit. quod ſi ſpurius eſt in ſtatu honorabili educatus, & conſtitutus, nec habet aliundè, vnde viuere poſſit, tunc licitum eſt ei ex bonis patris putatiui retinere aliquã portionem hæreditatis ad moderatam ſubſtẽtationem neceſſariam, & aliam reſtituere, quia hoc expedit ad honorem Patris putatiui, & aliorum fratrum, quod ipſe non viuat mendicans.

Præterea ipſa adultera tenetur iure naturæ educare filium etiam illegitimum, vnde ipſe ſpurius poterit ex bonis maternis accipere alimenta neceſſaria. ita Bannes 2. 2. q. 62.
Bannes. Azor. Salon. *artic. 6. Azor. p. 3. lib. 3. cap. 6. & Salon. 2. 2. q. 62. artic. 6.*

Reſpondetur tertiò, quod ſpurius non tenetur ea bona patris putatiui reſtituere, quæ bona fide conſumpſit putans ſe eſſe legitimum, niſi quatenus ex eis factus ſit loclupetior, vt tenet *Azor.* loc. cit.
Azor.

Reſpondetur quartò, quod ſpurius non tenetur reſtituere bona patris putatiui, quę adhuc apud ſe extant, ſi toto tempore iuſtę præſcriptionis bona fide poſſidet. ita *Sylu.*
Sylu. Arag. *v. adulterium q. 3. & Aragon. 2. 2. q. 62. art. 6.*

Pe-

Petes quinquageſimoprimò. Quomodo gerere ſe debeat adultera, quando eſt dubia, an proles quam genuit, ſit adulteri, an viri ſui?

Reſpondetur, ex S. *Fauſt. in ſpeculo* loc. cit. ſed *q.* 11. cũ alijs DD. non teneri adulteram ad nihil, quia in dubijs melior eſt cõditio poſſidentis, tùm filij, qui eſt in poſſeſſione legitimi hæredis, tùm matris adulteræ poſſidentis famam ſuam. S. *Fauſt.*

Petes quinquageſimoſecundò. An ſufficiat ad conſtituendum peccatum mortale furti, quod aliquis habeat animum furandi, nihil de notabili, aut paruo cogitans?

Reſpondetur, ex *Caietan.* 2. 2. *q.* 66. *art.* 6. *ad* 3. *Couarr. lib.* 1. *var. cap.* 13. *num.* 2. *& Aragon.* 2. 2. *q.* 66. *art.* 6. *dub.* 2. quod voluntas furandi abſolutè eſt peccatum mortale, niſi limitetur ad rem minimam. *Caiet. Cou. Arag.*

Petrus verò *Nauarr. lib.* 3. *de reſtit. num.* 40. dicit eſſe impoſſibile, quod quis ſe applicet ad furandum in genere, non habens ſaltem implicitè determinationem accipiẽdi paruum, vel magnum, quod ſi habet voluntatem furandi paruum, erit peccatum veniale, ſi magnum erit peccatum mortale. *Pet. Na.*

Sed ego, pace tanti viri, non video hanc im-

Digitized by Google

impoſſibilitatem, licèt practicè ſit difficilis, cum actio verſetur circa ſingularia indiuidua.

Petes quinquageſimotertiò. An mulier expoſita ad peccandum, quolibet inſt:nti peccet?

Pet. Na. Reſpondetur, ex *Petro Nauarr. lib. 3. de reſtit. cap. 1. num.* 41. quod mulier, quæ eſt expoſita ad peccandum, non quolibet inſtanti peccat, niſi quando aliquo actu decreuerat, etiam ſi data occaſione in quolibet inſtanti temporis concederet actum fornicarium ſi rogata eſſet. Ratio eſt, quia
Pet. Na. ſola animi præparatio, ait *Petr. Nauarr.* loco cit. non ſufficit ad aliquod peccatum mortale cõſtituendum, niſi illa ſit per aliquem actum præcedentem.

Petes quinquageſimoquartò. Quibus de cauſis excuſentur fideles ab audienda Miſſa?

Reſpondetur primò, propter impotentiam excuſari illum, qui non poteſt Miſſam audire abſque graui detrimento ſpirituali proprio, vel alieno. Quamobrem excuſatur mater, quæ Domi remanet ad cuſtodiendam filiam, cui probabile periculum timet peccati, ſi eam ducat ad Eccleſiam, aut ſolam domi relinquat. ita

Na-

Digitized by Google

Nauarr. cap.21. num.9. Henriquez, Rodriquez, Graſſius, Caietanus, D. Antonin. Soto, & Barthol. ab Angelo cit. à *Bonac. tom.1. diſp.4. q. vltim. punc. vlt. num.* 1.

Reſpondetur ſecundò, illum excuſari, qui non poteſt Miſſam audire abſque dãno graui corporale proprio, vel alieno.

Ob id excuſatur infirmus, qui timet ſibi grauioris morbi, ſi Eccleſiam adeat ad Miſſam audiendam.

Verum ſi ægrotus conualeſcat, & dubitetur, vtrum incurrat periculum morbi exeundo ad Miſſam audiendam, debet petere conſilium à Medico, vel à ſuperiore, vel à Parocho, niſi ipſe ſit vir ſatis prudens, qui rectè valeat in hoc ſuum ferre iudiciũ: manente autem dubio, non poteſt domo exire, ne ſe periculo exponat grauioris morbi, quilibet enim tenetur ſeipſum diligere. Eandem mereretur excuſationem, qui adſcripti ſunt cuſtodiæ ægroti, itaut non poſſint audire Miſſam, & cuſtodire infirmum, poſſunt enim cuſtodire infirmum, relicta Miſſa, ſi non habent alium, quem ad cuſtodiam infirmi ſubſtituant. ita *Nauarr. Suarez, Henriquez, Graſſius, Armilla, Angelus*, & plerique alij cit. à *Bonac.* loc. cit. ſed *nu.* 3.

Reſpondetur tertiò, illum excuſari, qui nequit audire Miſſam abſque graui detrimen-

Nauarr. Henriq. Rodriq. Graff. Caiet. D. Anto. Soto. Barth. ab Ang. Bonac.

Nau. Suar. Henriq. Graff. Armilla. Angel.

mento ſui, aut proximi, ſiuè ſit detrimentum animæ, ſiuè corporis, ſiuè famæ, ſiuè honoris, ſiuè lucri, ſiuè alterius boni. ita *Nauarr. Azor. Henriquez* cit. ab eodem *Bonac.* loc. cit. *n.* 4.

Nau.
Azor.
Henriq.
Bonac.

Reſpondetur quartò, excuſari nutricem, quæ non poteſt ſecum ferre puerum adhuc lactantem, & quem non poteſt domi relinquere abſque probabili periculo alicuius damni, vel non poteſt ferre ad Eccleſiam abſque graui celebrantis, vel aſtātium perturbatione, & moleſtia.

Quod dicitur de nutrice, valet etiam in ea cui concredita eſt cuſtodia puerulorum, qui non poſſunt in Eccleſia retineri abſque graui moleſtia, ſatius enim eſt pueros domi retinere, quando decenter, & quiete retineri non poſſunt in Eccleſia, vt docet *Henriquez*, *Graffius*, *Coninchus*, & alij apud *Bonacin.* loc. cit.

Henriq.
Graff.
Coninch.
Bonac.

Reſpondetur quintò, excuſari eos, qui Miſſam nequeunt audire, niſi aliquod negotium prætermictant, quod in aliud tempus differri nequeat, ſine magna iactura, & expenſis, vt mercator, vel agaſo cum iumentis onuſtis, aut vector equorum, ſeù armentorum, qui faceret magnam iacturam negotij, vel magnas expenſas ſi in hoſpitio propè Eccleſiam maneret, vbi mane in feſto Miſſam audiat.

Item

Digitized by Google

Item excuſatur à Miſſa audienda curſor etiam pedenter, vel nautæ, & ille molendinarius, cui in feſtis licet laborare, quando facerent magnam iacturam ſi Miſſam audirent. ita *Henriquez* communi DD. ſententia *lib.9.cap.25. num.10.* Henriq.

Reſpondetur ſextò, excuſari ab audienda Miſſa iter facientem, ſi audiendo Miſſam amitteret ſocios, quibus opus habet ad iter peragendum, cum viam ignoret, aut latrones timeat. Secus ſi hoc faciat tantummodo, vt habeat ſocios in itinere. ita *Nugnus*, *Suarez*, *Rodriquez*, & *Barthol. ab Angelo* cit. à *Bon.* loc. cit. ſed *nu.6.* Nugn. Suar. Rodriq. Barth. ab Ang.

Reſpondetur ſeptimò, ſæpè excuſari Paſtores, qui non poſſunt ſine periculo gregis, aut grauis detrimenti Miſſam audire. illi tamen, qui non ſunt neceſſarij ad cuſtodiam gregis, debeat ad Miſſam accedere, ſeque viciſſim iuuare, itaut vnus Eccleſiam adeat altero cuſtodiente gregem, eo verò redeunte alter ad Miſſam accedat, modo ſuperſit alia Miſſa dicenda. ita *Azor. lib.7. cap.7. quæſit.8. Henriquez*, & alij apud *Bon.* loc. cit. ſed *nu. 6.* Azor. Henriq. Bonac.

Reſpondetur octauò, eos excuſari, qui in oppidis, vbi vnica Miſſa celebratur, remanent domi ad cuſtodiam domus, vel ad cibos præparandos, etſi non præparatur turbatio familiæ, ita *Toletus*, *Henriquez*, Henriq.

Azor,

Azor. *Rodriq.* *Graff.* *Nau.* *Bonac.* *Armill.* *Sylu.* *Azor, Rodriquez, Graffius, Nauarr.* cit.à *Bonac.* loc.cit. & *Armilla verbo Miſſa num.3. & Sylu. verbo Miſſa 2.num.2.*

Reſpondetur nonò, excuſari fœminam honeſtam, quæ caret veſte conueniente ſuæ perſonæ, aut ſocia, ſeù pediſequa, ſine quibus, aut irrideretur, aut magno pudore funderetur, nec commodè poteſt veſtem, aut ſociam habere. ita communiter affir-
Bon. DD. apud *Bon.* loc.cit.ſed *n.8.*

Reſpondetur decimò, eum excuſari, qui non poteſt domo ſecurus exire, vt ſi timeat ſe ab hoſtibus inuadendum, aut ſatellitibus
Bon. comprehendendum. ita DD.cit.à *Bon. n.9.*

Reſpondetur decimoprimò, excuſari famulum, aut vxorem, quæ timet rixas, aut verbera, ſi ad Miſſam accedat, ob id excuſatur vxor, quæ non accedit ad Miſſam, vt
Henriq. *Suar.* *Bon.* obediat viro zelotypo. itt *Henriquez, Suarez,* & alij cit.à *Bon.* loc.cit.ſed *nu.*10. in ſupradictis caſibus de famulo, & de vxore, non excuſantur à Miſſa, quando rixa eſſet leuis, vt
Suar. ait *Suarez tom.3. 3.par. diſput.88. ſect.6. verſic.* quartum, & quintum caput.

Reſpondetur decimoſecundò, eum qui longius diſtat ab Eccleſia, excuſari ſi commodè nequeat Miſſam audire, vt ſi per ſex, vel ſeptem milliaria diſtet, in qua re iudicanda, opus eſt prudentia, habita ratione loci, temporis, & perſonæ; fieri enim poteſt,

vt

vt quis non excuſetur tempore ſereno ab audienda Miſſa ob ſpatium duorum milliarium, ſed excuſetur tempore niuis, aut magnæ pluuiæ; ita *Henriquez*, *Suarez*, & alij *Henriq.* cit. à *Bonac.* loc. cit. ſed *n.* 12. *Suar.*

Reſpondetur decimotertiò, quod excu- *Bonac.* ſatur à Miſſà, qui detinetur in vinculis, aut quibus domus loco carceris conſtituta eſt. ita *Suarez*, *Azor*, & alij cit. à *Bonac.* loc. cit. ſed *Suar.* *num.* 13. *Azor.*

Reſpondetur decimoquartò, quod puel- *Bonac.* la, quæ credit, ſe ab adoleſcente laſciuo, & fragili concupiſcatur, ſi domo exeat poteſt relinquere Miſſam diebus præceptis, ſecũdum *Sotum*, & *Eman. Sà*, quos cit. *Bonac.* loc. *Sot.* cit. ſed *nu.* 15. & ſequitur hanc ſententiam. *Em. Sà.*

Nauarr. c. 14. *num.* 3. & alij apud *Henriquez*, *Bonac.* & *Sanchez* cit. à *Bonac. num.* 15. dicunt teneri *Nau.* eiuſmodi fœminam audire ſacrum, & ſcan- *Henriq.* dalum, quod ſequitur eſt per accidens, quia *Sanch.* vtitur iure ſuo, alioquin fœminæ priuaren- *Bonac.* tur libertate, & magnis præmerentur ſcrupulis, dubitantes ferè ſemper an poſſint domo exire, Miſſam audire, &c.

Reſpondetur decimoquintò, excommunicatum excuſari ab audienda Miſſa diebus præceptis, etiam ſi facilè obtinere poſſit abſolutionem excommunicationis, nam prædictus ex hoc capite non peccat contra præceptum audiendi ſacrum die pręcepto,

alio-

Digitized by Google

alioquin præuidendo ſe eſſe excommunicandum, aut conijciendum in carcerem ob aliquod delictum, peccaret ſpecialiter contra præceptum Miſſæ audiendæ, non præcauendo delictum, quod nullus adhuc dixit. ita *Nauarr. c. 21. num. 3. Suarez tom. 3. 3. par. ſect. 6. Eman. Sà, v. Miſſæ auditio, num. 3. Henriq. Naldus. Vgolin.* & alij quos citat, & ſequitur *Bon.* loc. cit. *nu.* 22.

Nau. *Suar.* *Ema. Sà.* *Henriq.* *Nald.* *Vgol.* *Bon.*

Reſpondetur decimoſextò, ob conſuetudinem, ſi extat in aliquo loco, poſſe excuſari viduas ab audienda Miſſa diebus præceptis, quæ ad certum tempus domo non exeunt, modo diutius non abſtineant ab audienda Miſſa, quam poſtulet recepta conſuetudo.

Idem dicitur de puellis nobilibus, quæ non conſueuerunt, aut non permictantur Miſſam audire donec nuptui tradantur; Verum ſi eiuſmodi puellæ ſolent domo exire ad ludos, aut choreas, non excuſantur à Miſſa. ità *Sylu. Caiet. Barthol. ab Angelo*, Suarez, & plerique alij cit. à *Bonac.* loc. cit. *nu.* 25. *&* 26.

Sylu. *Caiet.* *Barth. ab Ang.* *Suar.* *Bon.*

Petes quinquageſimoquintò. Quidam homo eſt irretitus excommunicatione, & eſt denominatim, & per cedolones excommunicatus, interim ſuperuenit Iubilæum, vbi concedit facultatem cuilibet approbato, vt poſſit quemlibet innodatum cenſura excommunicationis abſoluere, etiam ſi ſit denun-

cia-

ciatus per cedolones, ſed reſtringit facultatem confeſſario his verbis, in foro conſcientiæ tantum, & ſatisfacta parte, an ſi talis homo ſatisfecerit parti, & fuerit abſolutus in foro conſcientiæ, poſſit communicare in diuinis, & in humanis recipere abſolutionem ſacramentalem à peccatis, & ſumere Eucharistiam, & an alij homines ſcientes fuiſſe verè abſolutum in foro conſcientiæ, teneantur illum euitare.

RESpondetur primò, ex communi DD. ſententia. teſte S. *Fauſto de indulgentijs lib. 4. de Iubilæo q. 116.* abſolutionem à cenſuris virtute iubilęi, quoad forum conſcientiæ, non valere quoad forum externum. *S. Fauſt.*

Reſpondetur ſecundò, ex *Nauarr. lib. 5. cõſil. de ſent. excomm conſil. 47. in reſp. ad 3. & 4.* abſolutionem in foro conſcientiæ operari, vt poſſit quis recipere ſacramenta, & beneficia ſibi collata, eſſe Canonicè collata; poterunt omnes, qui ſunt certi de illa abſolutione, licitè ei communicare quoad forum conſcientiæ. *Nau.*

Addit præterea idem *Nauarr.* loc. cit. poſſe Epiſcopum, & alios Iudices fori exterioris communicare etiam quoad forum exterius eius factis, dictis, & conuerſationi publicę, & tractare ipſum quaſi abſolutum, & diſſimulare eius excommunicationem, *Nau.*

nisi

niſi aliquis aduerſarius peteret eum arceri, & caſtigari tanquam peccantem in leges prohibentes excommunicatis illos actus exteriores, tùm quia hoc modo abſolutus non eſt verè excommunicatus: nec conſequenter communicatur cum excommunicato, tùm quia boni viri eſt nemini nocendo, alicui prodeſſe, vel velle prodeſſe, tùm quia hæc faciunt, vt priuatæ perſonæ, vt tales ſciunt ipſum eſſe abſolutum: & ita nihil contra conſcientiam faciunt, nec conſequenter obuiant *cap. fin.* tùm quia non tenentur ad arcendum eum tanquam Iudices, & ex officio Iudicis nobilis, nulla parte petente: quia non intereſt Reipublicæ, vt id faciant, cum verè tales abſolui non delinquant eo quod Iudices non tenentur ad vtilitatem priuatam, niſi parte petēte pro-
Suar. cedere. ita etiam ait Suarez *in 3. p. to. 5. diſp. 7. ſect. 5. num.* 25. vbi ait abſolutum in foro conſcientiæ poſſe ſe gerere, vt non excommunicatum, non ſolum in foro conſcientiæ, ſed etiam in foro exteriori, dummodo, & in illo foro exteriori ſufficienter de abſolutione conſtet, & debitus ordo ſeruetur.

Vnde ſi excommunicatio erat occulta, & non deducta ad forum contentioſum, ex vi illius abſolutionis poteſt ſe homo gerere in omnibus actibus, ſiuè occultis, ſiuè publicis, vt omnino carens cenſura.

Quod

Digitized by Google

Quod ſi poſt abſolutionem contingat caſum illum deduci ad forum contentioſum, & in eo conſtare illam cenſuram eſſe incurſam, oportebit, vt in eodem foro conſtet de abſolutione, tùm vt ille audiatur in iudicio, tanquam iam abſolutus, & non cogatur ad aliam abſolutionem petendã: tùm etiam, vt excuſetur ab alijs pœnis, quæ illi imputari poſſent propter illos actus, ſi eos poſt cenſuram contractam abſque abſolutione exercuiſſet.

Sed dubium eſt, quid ſit neceſſarium, vt talis abſolutio in foro conſcientiæ nota ſit in exteriori foro?

RESpondetur ſufficere, vt is, qui abſoluit, de ea re fidem faciat, vt autem ipſemet abſoluens poſſit eiuſmodi fidem facere, neceſſe eſt, ſi abſolutio data fuerit intra ſacramentum pœnitentiæ, vt ex facultate ipſius perſonæ abſolutæ fiat à confeſſario dicta fides, ne frangatur ſigillum confeſſionis. ita *Nauarr. in ſumma cap.* 27. *num.* 42. *Nauarr.* quem ſequitur *Suarez diſp.* 7. *ſect.* 5. *num.* 28. *Suar.* quando vero cenſura eſt publica, publicè debet conſtare abſolutio, cauſa euitandi ſcandalum. Vt autem publicè conſtare cenſeatur, ſatis erit, quod publicè conſtet illum fuiſſe confeſſum, vel tempore Iubilæi, vel

habenti poteſtatem abſoluendi ex Priuilegio aliquo, dummodo ſatisfactio, quæ neceſſaria fuerit, publicè ſit etiam exhibita.

Petes quinquageſimoſextò. Quidam homo dixit Epiſcopo verba iniurioſa, & conatus eſt eum percutere an incurrerit excõmunicationem?

Nau. RESpondetur, ex communi omnium ſententia. teſte *Nauarr. lib. 5. conſil. tit. de ſentent. excommun. conſil. 31.* non incidiſſe in excommunicationem propter iniurias, quas in Epiſcopum dixit, vel fecit, quia nõ eum percuſſit: & ad incurrendam excommunicationem non ſufficit voluntas percutiendi, neque conatus ad percutiendum, quãtumlibet fuerit percuſſioni proximus.

Petes quinquageſimoſeptimò? Plures conſulunt actionem iniuſtam, an teneantur ſinguli conſulentes ex æquo ad reſtitutionem?

Med. RESpondetur, ex *Medina de reſtit. q. 7.* teneri ſingulos ad reſtitutionem inſolidum, cum nõ ſit maior ratio de vno, quam de altero conſulente, hoc intelligitur, ſi conſultus abſque eorum conſilio

Bonac. damnum non intuliſſet. ita *Bonacin. tom. 2. diſp. 1. de reſtit. q. 2. punt. 3. num. 8.* & alij DD. te-

S. Fauſt. ſte *S. Fauſto in ſpeculo confeſſ. diſp. 1. q. 90.*

Si

Si quis verò dubitaret an ſua actione, vel omiſſione efficaciter cooperatus ſit ad dānum alterius nō tenetur ad reſtitutionem, quia in dubio melior eſt conditio poſſidētis, ſed qui dubitat, vtrum ſua actione efficaciter cooperatus ſit ad damnum, poſſidet ſuam libertatem, & pecuniam, ergo melior eſt ipſius conditio, & conſequenter non tenetur ad reſtitutionem. idem dicitur de eo qui dedit alteri conſilium occidendi inimicum, ſed poſtea dubitat, vtrum ille cui conſilium dedit occidendi inimicum, verè commiſerit homicidium, nempè non teneri ad reſtitutionem. ita DD. teſte *Bonac. tom.2. diſp.1. de reſtit. q.2. punt.4. n.3.* *Bonac.*

Secus dicendum eſt, ait idem *Bonac.* loco cit. ſi conſtet reipſa commiſſum fuiſſe homicidium ab eo cui dedit conſilium; ſed dubitet an ſuo conſilio cooperatus ſit ad homicidium, vel ille etiam commiſſurus eſſet homicidium ex alia causa, & non ex ſuo conſilio, tunc enim obligandus eſt ad reſtitutionem. *Bonac.*

Sed *Leſſius de iuſt. lib.2. dub.4. num.38.* & dicit eſſe communem ſententiam, non teneri ad reſtitutionem, ſi poſt diligentem inquiſitionem, dubium eſt, an fuerit cauſa damni ex ſuo conſilio, debet eſſe igitur moraliter certus damni à ſe illati, ad hoc, vt teneatur ad reſtitutionem. idem affirmant DD. *Leſſ.*

Diana. teſte *Diana tom.2.tract.5. miſcellan. reſol.84.*

Sed quid dicendum ſit quando conſtet aliquem ex quatuor damnum intuliſse abſque mutuo conſenſu, vel conſilio, ſed dubitatur quiſnam illorum damnum intulerit?

Bonac. RESpondetur, ex communi DD. ſententia, teſte Bonac. loc. cit. ſed *num.5.* quẽlibet teneri ad reſtitutionem ad ratam dubij maioris, vel minoris; nam poſſeſſio ſtat pro delicto, quod conſtat ab aliquo illorum patratum fuiſse, nec eſt maior ratio, cur vnus poſitus obligetur, quam alter.

Petes quinquageſimo octauò. An exponentes filios illegitimos ad Hoſpitale ſuæ Ciuitatis peccent mortaliter?

Antequam reſpondeam.

SVppono de iure ciuili patrẽ non teneri alere filium ſpurium, vt patet ex §. *final. in auth. quibus modis*, ſed de iure Canonico, teneri Patrem alere filium ſpurium, cui ſtãdum eſt, & ſeruatur in praxi, & etiam in foro ſeculari, vt rectè aduertit Lupus *in coment. de vſuris diſt.5. art.1. num.4.* & eſt communis DD. ſententia, teſte *Leſſio de iuſtit. l.2. cap.19. num.68.*

Lup.

Leſſ.

His

His poſitis.

Reſpondetur, ſic diſtinguendo, vel Pater miſit prolem ſuam ad Hoſpitale animo non illud grauandi; ſed tantum occultandi fornicationes, adulteria, &c. paratus illi ſatisfacere intra taxatum tempus pro expenſis, & ſic non peccauit, quia Hoſpitalia, in quibus tales aluntur filij, ad hunc etiam finem ſunt inſtituta, vt docet *Leſſius de iuſt. lib. 2. cap. 19. dub. 6. num. 69. Azor. 3. par. lib. 5. c. 6. Armilla verb. adulterium num. 8. Nau. c. 16. num. 48.* & alij, aut Pater miſit ſuam prolem ad Hoſpitale, vt ſe exonoraret abſque propoſito ſatisfaciendi, vel conueniendi tempore debito. & ſic mortaliter peccauit; quia Hoſpitalia pro his, qui nullatenus ſatisfacere poſſunt inſtituta ſunt, vt ſuppono. & docet *Nauarr. cap. 16. num. 48. Reginald. lib. 2. num. 30. Eman. Sà, verbo parenſes,* & alij.

Leſſ. Azor. Armilla. Nau.

Nau. Reginald. Ema. Sà. Lup.

Aduertit præterea *Lupus in comment. art. 2. diffic. prima, num. 4.* Hoſpitale non eſſe inſtitutum ad filios legitimos alendos, ſed tantum ad illegitimos; ideo ne, & legitimi careant ſubſidio, alia pia loca ſunt inſtituta.

Sed mihi videtur dicendum, ſaluo meliori iudicio, idem eſſe faciẽdum iudicium de filijs illegitimis, ac legitimis in caſu magnæ neceſſitatis, puta ſi mater non habet lac, vt poſſit nutrire ſuum filiũ legitimum, nec ipſa, nec ſuus vir habet nummos, vt ab

alijs poſſit filius nutriri, vel ſi mater habet lac, vt poſſit præbere filio, tamen non habet vnde ſe alat, ac proinde habet neceſſitatem inſeruiendi alijs, & alijs filijs præbere ſuum lac, nempè in huiuſmodi caſibus licere mictere ſuum filium legitimum ad Hoſpitale.

Hinc

PRimò colligitur, quod ſi adulteri exponentes filium nutriendum in Hoſpitale pauperes non ſint tenentur reſtituere impenſas Hoſpitali. ita affirmant DD. cit. à *Sanchez in opuſc. l. 1. c. 5. dub. 5. num. 17.* ſed *Henriquez l. b. 11. c. 19. num. 3. litter. Z.* ſic ait ſi parens inops ſit, vel adſit iuſta cauſa exponendi puerum in Hoſpitale, nempè licere, & ſic explicat *Sanchez* loc. cit. opinionem *Henriquez*.

Sanch. *Henriq.* *Sanchez.* *Henriq.*

Secundò colligitur, ex communi DD. ſententia. teſte *Leſſio de iuſtitia lib. 2. c. 19. dub. 6. num. 7.* Matrem teneri alere prolem primo triennio, vel ſumptibus ſuis curare ali, ſi poſſit, quod ſi nec poſsit tenetur Pater lactandum curare. ita DD. apud Sà, *v. alimenta*, poſt hoc triennium tenetur Pater alere filium, donec filius ſua induſtria ſe poſsit iuuare.

Leſs. *Emà. Sà.*

Petes quinquageſimonono. An impediens alterum à conſecutione alicuius boni, quod aſſecutus fuiſſet, teneatur ad reſtitutionem.

RESpondetur primò, ex *Nauarr.* *Soto*, & alijs cit. à *Leſſio de iuſtit. lib.2. dubit.*18. *num.*128. quos ſequitur idem *Leſſius*, quod qui ſine vi, aut fraude, ſed precibus, muneribus, blanditijs, impedit dignum, vel digniorem ab officio, beneficio, & ſimilibus, non tenetur illis ad vllam reſtitutionem, etiamſi illud malo animo, & ex odio faciat; hæc ſententia eſt contra *Caietan.* & *Conarr.* cit. à *Leſſio* loc. cit. qui putant, eum qui quouis modo impedit digniorem, vt detur digno, teneri ad reſtitutionem digniori, quia ſecundum iuſtitiam diſtributiuam ei erat debitum. eſt etiam ſupradicta ſententia cõtra maiorem cit. à *Leſs.* loc. cit. qui docet eum, qui quouis modo impedit dignum, vel digniorem, à conſecutione alicuius beneficij, vel officij, teneri ſi id faciat ex odio, ſecus ſi vt ſibi, vel alteri conſulat. Sed noſtrã ſententiã docent *Nauarr.* & *Sotus*, & alij, & ratio eſt, quia ille dignus, & dignior ius non habent, niſi in libera voluntate collatori ſi ergo ſi relinquas collatorem in ſua libertate, nec aliquid facias, quod illi libertati repugnet, non cenſeris hoc ius violare

Nauarr. *Soto.* *Leſſ.* *Caiet.* *Conarr.* *Leſſ.* *Leſſ.* *Nau.* *Soto.*

Digitized by Google

ergo cum preces, munera, blanditiæ non repugnent libertati, nullo modo infers illi iniuriam.

Nec obſtat, quod malo animo id facias, quia iſte malus animus non eſt contra iuſtitiam, ſed contra charitatem.

Leſs. Ait præterea *Leſſius* loc. cit. ſed *num.* 129. *verſic. notandum.* ſecundo, ſi quis impediuit abſque vi, & fraude digniorem, vt daretur minus digno, peccauit, ſed non tenetur ad reſtitutionem.

Reſpondetur ſecundò, ex communi DD. *Leſs.* ſententia, teſte *Leſſio lib.* 2. *dub.* 18. *num.* 123. qui vi, aut fraude impedit aliquem à conſequendo aliquo beneficio, vel officio, quo dignus erat, vel ne inſtituatur hæres, vel ne fiat ei donatio, legatum, &c. tenetur ad reſtitutionem, quanti iudicio prudentis ca ſpes ipſi valebit.

Reſpondetur tertiò, ſi fraus, vel iniuria non cenſeatur verè cauſa damni ſecundum æſtimationem moralem, ſed occaſio dumtaxat, non tenetur ad reſtitutionem, v. g. das alapam alicui, qui per impatientiam incidit in morbum, & moritur, non teneris *Leſs.* de damno; ita *Leſſius lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 130.

Reſpondetur quartò, eum non teneri ad reſtitutionem, qui ſine vi, vel fraude impediuit ne Caius exempli gratia, inſtitueret Titium heredem, vel legatarium, quem vo-

lebat

Digitized by Google

lebat hæredem, vel legatarium gratis inſtituere, etiāſi orauerit, vt ſeipſum; vel alium amicum loco Titij inſtituerit. ita DD. teſte *Bonac. to. 2. diſp. 1. q. 2 punt. 12. n. 5.* *Bonac.*

Eodem pacto non tenetur ad reſtitutionem, qui ſine vi, vel fraude curauit teſtamentum factum mutari, & alium hæredem inſtitui, vel aliquid ſibi, vel amicis relinqui. ita DD. teſte eod. *Bon.* loc. cit. *Bonac.*

Secus dicendum eſt de eo, qui per vim, vel fraudem impedit aliquem ne faciat teſtamentum, vel ne mutet iam factum prohibendo, v.g. ne Notarius, vel teſtes accedant, aut alia ratione, etiam ſi prohibens ſit Pater, qui prohibeat filium, vel ſit filius, qui prohibeat filium, vel ſit filius, qui prohibeat Patrem conficere teſtamentum. ita DD. apud *Bon.* loc. cit. nempè teneri ad reſtitutionem. *Bonac.*

Hinc

PRimò colligitur, quod ſi quis impediuit aliquem indignum à conſecutione alicuius beneficij, vel officij, non teneri ad reſtitutionem, quia indignus nullum ius habet ad illud beneficium, vel officium, & conſequenter impediens non cenſetur ius illius violaſſe. ita *Azor. Bannes, Salon Leſſius,* & alij cit. à *Bonac.* loc. cit. ſed *n. 6.* *Azor.* *Bannes.*

Neque obſtat, quod quis id faciat malo animo, & non zelo iuſtitiæ quia, vt ſupra *Salon.* *Leſs.*

di- *Bon.*

dictum eſt, iſte malus animus non eſt contra iuſtitiam, ſed charitatem, & conſequenter non tenetur ad reſtitutionem ex hoc etiam capite.

Secũdò colligitur, qui per vim, aut fraudem impediuit dignum ne conſequeretur aliquod beneficium, vel officium ad quod nullam ſpem habebat, non teneri ad reſtitutionem, quia non cenſetur illi damnum intuliſſe, niſi fortè impedierit detrahendo, tũc enim teneretur ad reſtitutionem famæ *Vaſq.* iniuſtè ablatæ. ita *Vaſquez*, & alij cit. à *Bonac.* *Bon.* loc. cit.

Tertiò colligitur, eum qui per vim, vel fraudem impediuit dignum à conſecutione alicuius beneficij, vel officij, vt daretur digniori, non teneri ad reſtitutionem, quia non violauit ius digni, cum dignus non habeat ius, vt præferatur digniori. ita DD. *Bon.* cit. à *Bon.* loc. cit. ſed *n.7.*

Si verò impediuit digniorem etiam, abſque vi, vel fraude, vt daretur digno, tenetur ad reſtitutionem digniori, quia violauit ius, quod dignior habebat, vt præferetur *Caiet.* tur digno. ita *Caietan. Rebellus*, *Vaſquez*, & alij *Rebell.* apud *Bonac.* loc. cit. ſed *num.7.* alij verò DD. *Vaſq.* quos refert *Bonac.* oppoſitum tenent.

Bon. Quartò colligitur, eum qui per vim, aut fraudem impediuit dignum à conſecutione alicuius beneficij, vt daretur indigno, te-

neri

neri ad reſtitutionem non ſolum digno, qui fuit iniuſtè impeditus, ſed etiam Eccleſiæ, & Reipublicæ, quæ damnum patitur, eo quod non habeat idoneum miniſtrum. ita DD. apud *Bonac.* loc. cit. *Bonac.*

Quintò colligitur, eum qui per vim, aut fraudem impediuit multos concurrentes, ne aliquod beneficium aſſequerentur, teneri ſingulis reſtituere, quanti iudicio prudentis eorum ſpes valebat. ita *Molina*, & alij cit. à *Bonac.* loc. cit. ſed *n.* 9. *Molin.* *Bon.*

Sextò colligitur, eum qui curat, etiam ſine vi, vel fraude, vt beneficium detur indigno, vel alteri extra numerum concurrentium, teneri arbitrio prudentis ad reſtitutionem alijs competitoribus dignis faciendam. ita *Rebellus*, *Petrus Nauarr.* *Lopez*, & alij apud *Bonac.* loc. cit. ſed *n.* 9. *Rebell.* *Pet. Na.*

Septimò colligitur eum, qui per vim, vel fraudem impediuit piſcatorem, aut venatorem piſcari, aut venari, teneri ad reſtitutionem arbitrio prudentis viri. *Lop.* *Bon.*

Dixi prudentis viri arbitrio, quia non eſt facienda reſtitutio ad æqualitatem rei ad rem, ſed iuxta iudicium prudentis viri, præmiſſo examine lucri in ſpe, quod ratione periculi, laboris, & incertitudinis minus válet, quam valeat lucrum in re. ita *Vaſquez*, & alij apud *Bonac.* loc. cit. ſed *n.* 10. *Bon.*

Octauò colligitur, eum teneri ad reſtitu-

tio-

tionem, qui per mendacium impediuit Caium, ne faceret eleemoſynam pauperi, dicendo illum non eſſe pauperem, cum re-

Bon. vera egeſtate laboraret. ita DD. teſte *Bonac.* loc. cit. ſed *nu.* 11.

Petes ſexageſimo. An excommunicatus occultus, ſuſpenſus, vel interdictus occultus, amittat iuriſdictionem, itaut ſi impendat abſolutionem à peccatis non ſit valida.

Nau. RESpondetur, ex *Nauarr. in ſumma cap.* 9. *num.* 9. quod valida eſt confeſſio, & abſolutio illa pœnitenti conceſſa, qui præ ignorantia confeſſus eſt Sacerdoti, vinculo excommunicationis, vel interdicti, vel ſuſpenſionis irretito, qui quidem non eſt publicè denunciatus, ſed ſolum eſt excommunicatus, ſuſpenſus, vel interdictus per ſententiam à iure, vel ab homine, vel ſtatuto latam, vt patet ex *Extrauagante Martini V.* quoniam cenſuræ occultæ in præterito tempore, & etiam aliæ in præſenti, niſi fuerint in publico denunciatæ non impedierunt valorem actus, qui ratione publici officij exercetur. ita communiter affirmant

Sayr. DD. vt *Sayrus lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 6. *Suarez de cen-*

Suar. *ſuris diſp.* 40. *nu.* 2. *Reginald. lib.* 1. *nu.* 163. & alij

Reginald. apud Bonac. *tom.* 1. *diſp.* 2. *q.* 2. *punct.* 2. §. 1. *nu.* 8.

Bonac. Idem dicitur de irregulari occulto, nempè

poſ-

poſſe validè obtineri abſolutionem à peccatis ab huiuſmodi occulto irregulari, modo non ſit denunciatus homicida, vel irregularis, vt affirmant citati DD. ſed vnum aduerto quod quoad excommunicatum ſufficit quod ſit publicus percuſſor Clerici, ad hoc, vt admictat iuriſdictionem. itaut abſolutio ab illo impenſa non ſit valida.

Sed dices. An idem ſit dicendum de confeſſione facta alicui excommunicato, qui quamuis non ſit notoriè talis, neque denunciatus, vt talis, tamen hoc ipſo pœnitens non ignorat.

Reſpondetur, ex *Nauarr. in ſumm. cap.9. num.*10. quod ex hoc capite non eſt inualida confeſſio, quia vt ſupra dictum eſt, excommunicatus occultus non amictit iuriſdictionem excipiendi confeſſionem poſt *Extrauag. Martini V.* Nau.

Verum tamen eſt, quod ſi confitens peccaret mortaliter inducendo hunc confeſſarium excommunicatum ad audiendam ſuam confeſſionem, ſciens illum tali vinculo detineri, ſe non poſſe illi confiteri abſque reatu læthalis culpæ, idque aduertens tale peccatum non confiteretur, eiuſmodi confeſſio, & abſolutio, nullius eſſet momenti, non eo quod confeſſio fieret excommunicato,

cato, vel quia abſolutio impenderetur à tali, ſed quia confeſſio non eſſet integra: quippè quod in ea non exprimeretur peccatum commiſſum in confitendo ei, & ab eo ſacramentalem abſolutionem accipiendo. Vndè

Nau. Primò infert idem *Nauarr.* loc. cit. idem omnino dicendum eſſe de illo, qui confitetur Sacerdoti mortali peccato irretito etiã non excommunicato, quando ob id quod illum ad ſe audiendum, & abſoluendum inducit, peccat mortaliter, & aduertens ſe in hoc peccare, illud tamen peccatum non confitetur.

Eiuſmodi autem inducto, ſiuè perſuaſio, tunc eſt peccatum mortale, quando abſque vlla neceſſitate, vel debito quo alius teneretur, illum induxit ad faciendum ſacrum, vel miniſtrandum aliquod ſacramentum, quem ſcit mortali crimine eſſe infectum.

Nau. Secundò infert *Nauarr. cap. 9. num. 8.* quod confeſsio eius, qui confitetur excommunicato, ſuſpenſo, vel interdicto, publiceque denunciato, & declarato nihil valet, & eſt reiteranda, quoniam huiuſmodi excommunicatus non habet poteſtatem ſufficientem ad ſententiam validam proferendam. Idem dicitur de ſuſpenſo, & interdicto denunciato, nempè non eſſe validam abſolutionem ab illis collatam, vt patet ex *cap. ad*

pre-

Digitized by Google

probandum de re iudic. & c.verit.de dolo, & contum.

Idem dicitur de irregulari denunciato, nempè non eſſe validam abſolutionem ab ipſo impenſam; vt dicit *Bonac.* loc.cit. *n.*8. *Bonac.*

Petes ſexageſimoſecundò. An Sacerdos excommunicatus occultus incurrat irregularitatem, ſi excipiat confeſſiones.

RESpondetur, ex *Henriquez lib.*13. *cap.*7. *num.*1. *Alterio de cenſuris lib.*2.*diſp.*1. *c.*2. *dub.*1. *Suarez de cenſuris diſp.*10. *ſect.*3. *num.*15. *Bonacin.de cenſuris diſp.*7.*q.*3. *punct.*5. *num.*6. & *Auila de cenſuris part.*7. *ſect.*2. *dub.*2. quod excommunicatus etiam occultus incurrit irregularitatem, ſi excipit confeſsionem; Ratio eſt, quia violat cenſuram, quia illi interdicitur miniſtrare ſacramenta. Vnde rectè tradit regulam *Nauarr.in man. cap.*27.*nu.*244. quod fit irregularis ille, qui celebrat diuina officia, vel facit aliquem actum deputatum ordini ſacro maiori quam habet. conſtat autem quod audire confeſsiones eſt actus ſpecialiter deputatus ordini Presbyterij, ergo. *Henriq. Alterio. Suar. Bonac. Auila. Nau.*

Supradicta doctrina intelligitur, quando ſine cauſa, excommunicatus toleratus audit confeſsionem, vt rectè ait *Filliucc. de cenſuris tract.*12.*cap.*3. *nu.*79. dicitur excommunica- *Filliucc.*

nicatus toleratus, quando non eſt denunciatus.

Excuſatur ab irregularitate quando per ignorantiam inuincibilem ſe ingerit ſine cauſa in adminiſtratione ſacramenti pœnitentiæ, quoties enim hæc excuſat à peccato mortali, etiam excuſabit ab irregularitate, quia hæc non incurritur niſi ob peccatum mortale. vt rectè docet *Filijucc.* loc. cit. ſed *nu.* 8. & citat *c. Apoſtolicæ de* Cleric. *excom.*

Filijucc.

Suſpenſus occultus ab actu ordinis, ſi exerceat ordinem ante abſolutionem ſine cauſa, incurrit irregularitatem; nam quoad ipſum manet integrum ius antiquum, nec illi ſuffragatur aliquo modo *Extrag. ad euitand.* ſolum excuſabitur ab irregularitate, quoties excuſabitur à culpa miniſtrandi, ſi videlicet ad euitandam infamiam, vel ſcandalum miniſtret, vt docet *Filijucc. de cenſuris tract.* 17. *c.* 10. *nu.* 181.

Filijucc.

Clericus interdictus perſonaliter, violans interdictum exercendo actum ſui proprij ordinis eo modo quo à laicis non poteſt exerceri, fiunt irregulares, vt docent DD. in *cap. Epiſcoporum de priuileg. in 6. & c. is, qui de ſent. excomm. in 6.* & alij DD. cit. à *Filijuccio tom. de cenſur. tract.* 18. *c.* 3. *n.* 86.

Filijucc.

Quando verò Sacerdos non eſt interdictus perſonaliter, & celebrat in loco interdicto incurrit irregularitatem, quando lo-

cus

cus, vbi celebrat eſt locus denunciatus interdictus; Secus eſt, quando non eſt locus denunciatus interdictus. ita *Filijucc.* loc. cit. *Filijucc.*

Quoduerò ſit Clericus interdictus occultus nihil refert, nam etiam incurrit irregularitatem exercendo actum proprij ordinis ſine cauſa, quia violat cenſuram, vt ſupra dictum eſt de excommunicatione, & ſuſpenſione.

Petes ſexageſimotertiò. An ligatus excommunicatione minori fiat irregularis celebrando, vel adminiſtrando ſacramenta.

RESpondetur, ex *Suarez*, *Filijuccio*, *Auila*, & alij apud *Bonac. tom. 1. diſp. 2. q. 3. propoſit. 3. nu. 5.* negatiuè, nam iſta irregularitas non eſt expreſſa in iure; Quarę excommunicatus minori excommunicatione non incurrit irregularitatem, aut aliam pœnam, celebrando, vel adminiſtrando ſacramenta; ſed arbitrio ſuperioris puniendus eſt, vt patet ex *cap. ſi celebrat.* *Suar.* *Filijucc.* *Auila.* *Bonac.*

Petes ſexageſimoquartò. An excommunicatus excommunicatione minori, peccet mortaliter adminiſtrando ſacramenta?

RESpondetur, ex *Sylu. verbo excommunicatio 4.* & alijs apud *Bonac.* loc. cit. ſed *n. 4.* *Sylu.* *Bon.*

Digitized by Google

Nau. Suar. Henriq. Cou. Filijucc.

peccare mortaliter, ſed *Nauarr. c. 27. num. 24.* *Suarez*, *Henriquez*, *Couarr. Filijucc.* & alij teſte *Bonac.* loc. ſup. cit. docêt excommunicatum minori excommunicatione adminiſtrando ſacramenta non peccare mortaliter, neque venialiter.

Soto. Auila. Sayr. Reginald. Conincb.

Sotus, *Auila*, Sayr. *Reginaldus*, Conincbus, & alij cit. à ab eodem *Bonac.* loc. cit. dicunt peccare venialiter ſi excommunicatus excommunicatione minori adminiſtret alijs ſacramenta.

Petes ſexageſimoquintò. An excommunicatus excommunicatione minori peccet mortaliter recipiendo ſacramenta.

Caiet. Suar. Couarr. Filijucc. Regin. Conincb. Bonac.

RESpondetur, ex *Caietan. v. excommunicatio* *Suarez de cenſuris diſp. 24. ſect. 3. nu. 3.* Couarr. *in cap. Alma mater 1. p. §. 8. Filijucc. tract. 13. c. 3. q. 1. n. 17* *Reginald.* *Conincbus*, & alij apud *Bonac.* loc. cit. ſed *num. 3.* excommunicatum minori excommunicatione peccare mortaliter recipiendo ſacramenta, vt ſumendo Euchariſtiam, contrahẽdo matrimonium, &c. vt patet ex *cap. vltimo de Clerico excommunicato miniſtrante*. Ratio eſt, quia via violat minorem excommunicationem in re graui, cum receptio ſacramentorum ſit materia grauis.

Bonac.

Addit primò *Bonac.* loc. cit. non ſolum ipſum

ſum

Digitized by Google

ſum excommunicatum minori excommunicatione peccare mortaliter recipiendo ſacramenta, ſed etiam miniſtrantem illi ſacramenta grauiter peccare, niſi excuſetur ratione ignorantiæ, aut ratione ſcandali, vel alterius mali vitandi, cooperatur enim peccato excommunicati ſuſpicientis ſacramēta indignè.

Addit ſecundò, idem *Bonac.* etiam ipſum excommunicatum minori excommunicatione inualidè recipere ſacramentum pœnitentiæ, quoties intendit abſolutionem peccatorum obtinere antequam abſoluatur à minori excommunicatione, nam ponit obicem ad ſacramentum per peccatum actualiter commiſſum in ſuſceptione abſolutionis. *Bonac.*

Secus ſi petat prius abſolutionem cenſuræ, aut ſciat abſolutionem ſibi conferendam eſſe antequam abſoluatur, vt communiter præmitti conſueuit.

Petes ſexageſimoſextò. Quis poteſt abſoluere innodatum minori excommunicatione?

Reſpondetur primò proprium Parochum poſſe abſoluere ab excommunicatione minori, nedum in ſacramento pœnitentiæ, ſed etiam poteſt abſoluere extra ſacramentum pœnitentiæ, quia

facultas abſoluendi ab iſta excommunicatione non videtur illi conceſſa cum limitatione abſoluendi in confeſſione. ita *Suarez*, *Vgolin. Reginald.* & alij apud *Bonac. tom.* 1. *diſp.* 2. *q.* 3. *nu.* 13.

Suar. *Vgol.* *Regin.* *Bon.*

Immo poteſt Parochus abſoluere ab excommunicatione minori, etiam ſi nondum ſit Sacerdos, nam abſolutio excommunicationis non eſt actus ordinis ſacerdotalis, ſed eſt actus iuriſdictionis, qui competit Parocho etiamſi non ſit Sacerdos. ita *Suarez*, *Vgolin. Sayr. Filijucc.* & alij cit. à *Bonac.* loc. cit.

Suar. *Vgol.* *Sayr.* *Filijucc.* *Bonac.*

Reſpondetur ſecundò, Sacerdotem approbatum ad audiendas confeſſiones poſſe abſoluere à minori excommunicatione, nam hic dici poteſt proprius Sacerdos per delegatam iuriſdictionem. ita *Suarez*, *Coninchus Filijuccius*, & *Sayr.* cit. à *Bonac.* loc. cit. ſed *num.* 15.

Suar. *Coninch.* *Filijucc.* *Sayr.* *Bonac.* *Nau.* *Tolet.* *Bon.*

Reſpondetur tertiò, ex *Nauarr. cap.* 27. *nu.* 25. *Tolet. lib.* 1. *cap.* 11. & alijs apud *Bonac.* loco cit. poſſe quẽlibet ſimplicem Sacerdotem non approbatum à minori excommunicatione abſoluere pœnitentem non habentem peccatum mortale. Ratio eſt, quia habens peccata tantummodo venialia poteſt ſe ſubijcere ſimplici Sacerdoti, & abſolutionem ab eo obtinere, ergo poteſt etiam obtinere abſolutionem minoris excommunicationis, quæ præmictenda eſt abſolutioni

ve-

Digitized by Google

venialium, eo quod minor excommunicatio priuet excommunicatum paſſiua ſacramentorum adminiſtratione. hæc ſententia eſt probabilis.

Sed *Bonac.* loc. cit. dicit eſſe probabiliorem ſententiam aliorum DD. aſſerentium non poſſe ſimplicem Sacerdotem non approbatum ad excipiendas confeſſiones abſoluere ab excommunicatione minori, vt ait Henriquez *lib. 13. cap. 28. Suarez tom. 5. 3. par. diſp. 7. ſect. 4. num.* 17. & alij apud eundem *Bonac.* loc. cit. nam aliud eſt abſoluere à peccatis venialibus, aliud à cenſuris. Henriq. Suar. Bon.

Petes ſexageſimoſeptimò. Quæ forma abſolutionis eſt neceſſaria ad abſoluendum aliquem innodatum excommunicatione, ſuſpenſione, interdicto, vel irregulari.

Reſpondetur, ex *Suarez de cẽſuris diſp. 19. ſect. 2. num. 7.* quoad abſolutionem ab excommunicatione non eſſe neceſſariam determinatam formam, ſed ſufficere illam, quæ exprimat voluntatem auferentis tale vinculum excommunicationis. idem dicitur de ſuſpenſione, vt ait *Suarez de cenſur. diſp. 39. ſect. 3. nu.* 1. Idem dicitur de interdicto, vt patet ex eodem *diſp. 38. ſect. 3. nu.* 1. Idem dicitur de diſpenſatione ab irregularitate; vt ait idem *Suarez diſp. 41. ſect. 3. n. 2.* Suar. Suarez. Suar.

Petes ſexageſimo octauò. Quid operentur illa verba, quæ dicuntur paſſim à confeſſarijs, antequam impendant abſolutionem à peccatis, nempè, ſi teneris aliquo vinculo excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, Ego te abſoluo quantum poſſum, & tu indiges.

RESpondetur operari abſolutionem cēſurarum probabiliter ignoratarum, quas poterat Confeſſarius abſoluere; vnde ſi poſtea in mentem pœnitentium hæ cenſure venerint, ſatisfacient confitendo peccata oblita, nulla obtenta abſolutione à cēſuris, nec diſpenſatione ab irregularitate, ſi fortè fuit ab illa diſpenſatus ad cautelam, ab habente eiuſmodi facultatem. ita *Angel. v. confeſſio* 1. §. 12. *Roſell. v. confeſſio* 2. §. 9. *Sylu. v. confeſſio* 1. q. 4. & *Nauarr. cap.* 26. *num.* 13.

Ang. Roſell. Sylu. Nau.

Petes ſexageſimononò. An innodatus aliqua cenſura Eccleſiaſtica, puta excommunicatione maiori, vel minori, ſi bona fide ſcilicet ob ignorantiam inuincibilem, vel inconſiderationem, confiteatur, recipiat beneficium abſolutionis.

Nau.

RESpondetur, ex *Nauarr. cap.* 9. *num.* 3. affirmatiuè. Ratio eſt, quia excommunicatio non inducit defectum ſubſtantialem abſolutionis à peccatis, vt commu-

muniter affirmant affirmant DD.

Sed difficultas eſt, an ſi quis manifeſtet peccata ſua confeſſario ligato excommunicatione maiori, vel ſuſpenſione, vel interdicto, recipiat beneficium abſolutionis ſacramentalis.

Verum quoad articulum Communionem Sanctorum docet *Coninchus in 2. 2. diſput. 14. dubit. 10. num. 189 & Villalobos in ſumma tom. 2. tract. 1. difficult. 4. num* 3. non eſſe neceſſarium, vt dictus articulus ſciatur ab indoctis perſonis, quia huius rei cognitio non videtur neceſſaria ſcitu, & videtur habere maiorem ſubtilitatem; cum etiam docti diſputent in quibus rebus hæc communio conſiſtat, hæc ſententia mihi videtur, vt ſatis probabilis ſit, & contrarium aſſerere; daretur aditus multis ſcrupulis, reſpectu perſonarum indoctarum, nam credo non omnes Theologos ſcire ſignificationem huius articuli, Communionis Sanctorum. *Coninch. Villalob.*

Pe-

Petes octogeſimoſextò. Quomodo ſe gerere debeat confeſſarius cum mulieribus, quæ magnam repugnantiam habent in manifeſtandis peccatis, quæ commiſerunt.

RESpondetur, quod in primis confeſſarius debet oſtendere eis ſe eſſe beneuolem, & miſericordiam habere erga eas, quandoquidem, miſericordia Dei fuit, vt ipſe etiam non incidiſſet in eadem peccata cùm facilè ſit hominem peccare, nec eſſe mirum ſi in turpia peccata incidit, quia humanum eſt peccare, & Deus ſcit figmentum noſtrum.

D. Anto. Secundò, debet ei dicere, quod *D. Antonin.* ſcripſit de fœmina, quæ ob ruborem quoddam peccatum mortale noluit ſubijcere clauibus, & non obſtante eius pœnitentia damnata fuit ad infernum; & vt à memorium hominum non caderet ponam formalia verba *D. Antonini*, quæ dicit *p. 2. tit. 9. c. 9* §. 3. vbi notandam.

D. Anto.

Fuit quædam mulier nobilis magnárum virtutum, famæ, & conſilij, quæ cum non haberet virum à ſeruis Dei conſultum erat quòd remaneret in ſeculo potius quam intraret Monaſterium, quia plura bona in ſeculo faciebat, ſed inſtigante diabolo, qui fęlici eius ſtatui inuidebat incidit in fornica-

ſio-

tionem, quod illa poſtea, quàm citius perpendens omnino decreuit intrare Monaſterium ad agendum pœnitentiam de ſcelere, & vitandum pericula iam experta, quo facto dedit ſe maximè abſtinentiæ, vigilijs, orationibus, ſilentijs, & lectionibus, nunquam tamen de fornicatione perpetrata, præ verecundia voluit confiteri. Mortua autem Abbatiſſa communi concordia iſta electa eſt in Abbatiſſam propter exteriora ſanctitatis, quæ ſimiliter in magna auſteritate degebat, & gubernabat Monaſterium, & poſt multa tempora infirmata grauiter rogauit eam quædam ex ipſis monialibus ſibi magis familiaris, vt ſi contingeret eam decedere ſibi poſt mortem appareret ad intimandum ſuum ſtatũ, quòd illa promiſit Domino diſpenſante, mortua igitur cùm moniales expectarent de die in diem illam, miraculis illuſtrari, quadam nocte apparuit illi cui promiſit, tota turpis, & triſtis, & recognoſcens eam, cum interrogaret de ſtatu eius reſpondens ait. Damnata ſum perpetuò in ignem ęternum, quod illa ſtupens ait, quis ergo poterit ſaluus fieri ſi tu, quæ vitam, tàm ſingularem, tàm irreprehēſibilem, tàm auſteram in ſeculo, & Monaſterio tenuiſti ſaluata non es, cui illa, non mireris, quia vna ſola cauſa damnata ſum ex eo videlicet quod in pec-

catum carnis in ſeculo lapſa præ verecun-
D. Anto. dia nunquam volui confiteri; hæc *D. Ant.* loc. cit.

Petes octogeſimoſeptimò. An confeſſarius poſſit obligare pœnitentem ad faciendam pœnitentiam, priuſquam eum abſoluat?

RESpondetur per ſe loquendo, non poteſt, quia nullum ius habet confeſſarius ad eo modo obligandum, per accidens poteſt, vt ſi probabilis credulitas eſſet, illam non impleturum, quia nimirum cognouit pœnitentem ſæpius prætermiſiſſe pœnitentiam præcedentium confeſsionũ. ita *Suarez tom. 4. 3. p. diſp. 38. ſect. 7. num. 7. Reginald.* Bonac. & alij apud *S. Fauſt. in Theologia morali lib. 5. q. 49.*

Suar. Reginald. Bonac. S. Fauſt.

Petes octogeſimo octauo. Quomodo facienda eſt reſtitutio, quando bona debitoris non ſufficiunt ad ſatisfaciendum omnibus creditoribus.

NOtandum eſt primò creditores alios dici reales, eo quod habeât actionem in re, vel ad rem debitoris, alios perſonales, qui etiam Chirographarij nuncupantur, eo quod habeant directè ius in perſonam debitoris, non verò ad ipſius bona, niſi indirectè ratione ipſius debitoris, vt benè

ad-

aduertit *Bonac. tom. 2. diſp. 1. q. 8. punct. 2. n. 1.* Bonac.

Notandum eſt ſecundò, ex *Mol. de iuſt. & iure, diſp. 2.* & alijs communiter, differentiam eſſe inter ius in re, & ius ad rem, quia ius ad rem, quia ius ad rem non tribuit actionem in rem, ſed in perſonam, vt ſi ego emi aliquid à te, quod tu mihi nondum tradidiſti, dicor acquiſiuiſſe ius ad rem, ideſt in tuam perſonam non verò in ipſam rem. Molina.

Ius verò in re tribuit actionem realem in rem ipſam, vt ſi emi aliquid ab alio, antequam res mihi non tradatur, dicor habere ius ad rem, poſtquam eſt mihi tradita eſt res quam emi, dicor habere ius in re.

Notandum eſt tertiò, hypothecam appellari, quando res aliqua aſsignatur creditori pro ſecuritate, cum hac tamen differentia, quod quando res traditur reipſa, dicitur pignus, vt quando creditori torques pro ſecuritate.

Quando verò res non traditur creditori, dicitur hypotheca, vt quando aſsignatur ager pro ſecuritate.

Notandum eſt quartò, hypothecã aliam eſſe generalem, aliam ſpecialem, Generalis eſt, quando obligantur omnia bona debitoris pro ſecuritate. Specialis eſt, quando res aliqua certa, & particularis obligatur.

Rurſus hypoteca alia eſt tacita, & alia expreſſa. Hypotheca expreſſa eſt illa, quæ

apponitur ex conuentione partium, verbo, aut ſcriptis. Hypotheca tacita eſt illa, quæ imponitur à iure abſque conuentione partium, qualis eſt hypotheca dotis, ratione cuius omnia bona mariti obligantur pro dote vxoris. Propterea dos ſoluenda eſt ante alios habentes tacitas hypothecas abſque priuilegio prælationis, vt patet ex *l. aſſiduis, c. qui potiores in pignore*. Non eſt tamen ſoluenda ante alios habentes hypothecam expreſſam priorem, non enim equum eſt, vt priores creditores habentes hypothecam expreſſam, damnum patiantur ob nuptias viri ſuperuenientes. ita *Sylu. v. dos, num. 17. Leſſius lib. 2. c. 11. dub. 4. num. 27. Rebellius, Vaſquez*, & alij cit. à *Bonac. tom. 2. diſp. 1. q. 8. punct. 2. num. 4.*

Sylu. *Leſſ.* *Vaſq.* *Bon.*

His poſitis:

Reſpondetur, ex *Salonio, Valentia*, Bannes, *Claui Regia*, & alijs apud Bonac. *tom. 2. diſput. de reſtitut. q. 8. punct. 2. propoſit. 5. num. 15.* quod prius facienda eſt ſolutio creditoribus realibus habentibus hypothecam, vel pignus, quam creditoribus perſonalibus hypothecam, vel pignus non habentibus, vt patet ex *l. eos, c. qui potiores in pignore*; & ratio eſt, quia idcirco res traditur pignori, vel hypotgecæ, vt creditori ex ea fiat ſolutio; Si ergo debitor non poteſt aliter ſatiſfacere ſuis creditoribus, debet prius ſatiſface-

Val. *Bannes.* *Cla. Reg.* *Bon.*

facere creditori reali ex re tradita pignori, vel hypothecæ, & deinde debet ſatisfacere alijs creditoribus, qui non habent hypothecam, ſi extant alia bona.

Hoc intelligitur, modo res ipſa reſtituẽda ex furto, vel ex vxura non extat in ſpecie, vt dicunt iuriſperiti, ſeù extat in numero, vt Theologi loquuntur; nam ſi res alienæ extent in indiuiduo, vt veſtes, torques, catenæ, &c. ſunt reſtituendæ vero Domino, etiam ſi Dominus non habeat hypothecam, vel pignus ſuper ſuis bonis, & non creditori hypothecario. ita *Salonius*, *Rebell.* & alij cit. à *Bonac. tom. 2. diſp. 3. q. 3. p. 15. prop. 2. num. 8.* Salon. Rebell. Bon.

Docet *Medina q. 2. de reſtit. dub. 5.* Salonius, & alij cit. à *Bonac. tom. 2. diſp. 1. q. 8. punct. 2. propoſit. 3. num. 11.* quod prius ſoluendum eſt debitum ex delicto, quàm ex contractu, etiam ſi res non extet in ſpecie; debitum ex delicto dicitur, quod acquiritur per furtum, vel per vxuram, &c. Med. Salon. Bonac.

Sed non eſt recedendum à cõmuni DD. ſententia, qui tenent oppoſitum.

Petes octogeſimononò. Vtrum ratione temporis ſeruandus ſit aliquis ordo inter creditores perſonales carentes hypotheca, & non habentes aliud ius Prælationis hoc eſt. vtrum creditor perſonalis qui eſt tempore prior, præferendus ſit alteri

cre-

creditori perſonali, qui tempore poſterior eſt.

Bonac. RESpondetur, ex Bonac. tom. 2. diſp. 1. q. 8. propoſit. 5. num. 18. nullum ordinem ſeruandum eſſe, ſed faciendam eſſe reſtitutionem ad ratam quantitatis debiti, & iuxta proportionem debiti ad debitum, ſeù per es, & libram; Ratio eſt, tùm quia creditores perſonales habent æquale ius, tùm quia ſic habetur in l. 1. ff. de ſeparationibus. Vnde in debitis perſonalibus non eſt habenda ratio temporis prioris, vel poſterioris, niſi adſit alius titulus prælationis. ita Clauis Regia, Vaſquez, Bald. Nauarr. Sylu. Leſſius, Azor, Reginald. Bannes, & Arrogon. cit. à Bonac. loco ſupra cit. ſed n. 19.

Cla. Reg. Vaſq. Bald. Nau. Sylu. Leſs. Azor. Reginald. Bannes. Arrog. Bonac. Med. Em. Sà. Bon.

Medina c. de reſtit. q. 2. dub. 5. Emanel Sà, & alij cit. à Bonac. loc. cit. dicunt ſoluendum eſſe debitum perſonale, quod fuit magis antiquum, cæteris paribus, vt ſi ſunt multa furta commiſſa, aut accepta mutuo.

Dixi cæteris paribus, quia ſi non ſunt cętera paria, non videtur in conſcientia hæc antiquitas ſeruanda; vt ſi creditor poſterior eſt longè pauperior priori, tunc debitum poſterioris videtur pręferendum, quia maiori damno prius occurrendum eſt, quàm minori. hoc autem dico quando non iudicis auctoritate, ſed priuata debitoris voluntate fit reſtitutio: nam iudex eam faciet,

pro-

prout de iure tenetur.

Dicit præterea *Medina* loc. cit. poſt hypothecas, loquendo tantum de debitis perſonalibus. Primò, reſtituendum eſt debitum ex rapina. Secundò, ex furto. Tertiò, ex vſuris. Quartò, ex contractu oneroſo, vt ex mutuo, emptione, &c. Quintò, ex contractu gratuito, vt ex legato, promiſſione non completa, &c. *Med.*

Addit præterea idem *Medina* loco cit. quod licèt debita ex maleficio ſint præferenda debitis ex licito contractu, vt prius ſoluendæ ſint vſuræ, quàm id quod mutuo acceptum eſt, tamen quoad mutuum, adeſt aliqua difficultas. Nam mutuans gratis non debet eſſe prioris conditionis, quàm is cui per furtum, aut vſuram aliquid ſubtractum eſt. Immo naturaliter videtur debitor magis obligatus ei à quo beneficium accepit, quam alteri: cum ergo beneficium à mutuante gratis acceperit, quale non accepit ab alio, cuius rem eo inuito accepit, ſequitur quod prius debet ſatisfacere mutuanti, quam ſpoliato. hæc *Medina*. *Med.* *Med.*

Ratio verò cur debita ex delicto, præferenda ſint debitis ex iuſto contractu quando ſunt omnia debita perſonalia, eſt quia illa debita ſunt prius ſoluenda, quæ cum maiori iniuria, & peccato ſunt contracta; eo quod quando non poteſt ſimul ab om-

 nibus

nibus peccatis recedi, conſentaneum ſit, vt prius à grauioribus, deinde à leuioribus recedatur; ſed maior iniuria maiuſque peccatum, cæteris paribus, eſt in rapina, quàm in furto, & in furto, quam in vſura, ergo prius ſoluendum eſt pro rapto, quàm pro furto, & prius pro furto, quàm pro vſura, & prius pro vſura, quam pro contractu, in quo nulla eſt, commiſſa iniuria.

Inter contractus autem, magis obligat is, qui eſt oneroſus, quàm qui eſt gratuitus.

D. Thom. Idem ſentit *D. Thom. in opuſcul.* 73. *c.* 18. vt patet ex ſequentibus, ac formalibus verbis.

Cum neceſſaria ad ſalutem præcedant ea, quæ ſunt deuotionis, iuſtè ſoluuntur debita ante legata. Sed maiori iuſtitia reſtituenda ſunt ablata, quam debita ſoluenda: cum in hoc impleatur iuſtitia, & tollatur iniuria facta Deo, & proximo. in ſolutione autem debitorum, nulla tollitur iniuria, ſed

Michael. ſolum impletur iuſtitia, idem tenet *Michael,*
Salon. *Salonius, q.* 63. *artic.* 8. & videtur tenere *Angel.*
Angel. *reſtit.* 2. *nu.* 18. hæc ſententia non eſt impro-
Leſſ. babilis, ait *Leſſius de iuſtitia, lib.* 2. *cap.* 15. *dub.* 3. *num.* 14. in fine.

Caiet. Sed alij DD. dicunt, vt *Caietan. v. reſtitutio,*
Nau. *c.* 8 *Nauarr. c.* 17. *num.* 52. *& Bartholomæus Me-*
Bar. Me. *dina lib.* 1. *Summæ cap.* 14. §. 53. Prius ſoluenda
Summæ. eſſe debita ex contractu iuſto oneroſo, non

gra-

gratuito, quàm ex delicto, niſi fortè res ex delicto parta, in ſpecie ſit aliena.

Sylu.v.reſtitutio 6. q.5 punct.5. Petr. Nauarr. lib.4.c.4. num.41. & alij quos ſequitur *Leſſius de iuſt.lib.2.cap.15 dub.3. nu.16.* docent inter hæc debita nullum ordinem ſeruandum eſſe; ſed ea pari iure cenſeri, & eſſe debita perſonalia, ſine iure prælationis: præſertim ſi res ex cõtractu accepta, apud debitorem non extet; quia etſi maior fiat iniuria per rapinam, quàm per furtum, & per furtum fortè, quàm per vſuram: tamen poſtea, dum quis non vuult reſtituere, eſt eadem iniuſtitia in ipſa rei detentione; eiuſdem enim ſpeciei peccatum eſt, non ſoluere debitum ex contractu poſt elapſum terminum, inuito creditore, & non ſoluere debitum ex rapina, aut furto: quia æquè fit inuito Domino. *Sylu. Pet. Na. Leſſ.*

Petes nonogeſimo. An inter debitores certos, prius ſoluendum ſit venditori, cui pretium non eſt ſolutum, re vendita extante?

RΕſpondetur primò, ex communi DD. ſententia. teſte *Leſſio de iuſtit.lib.2.c.15. dub.2.* ſi res ſit Eccleſiæ, vel Fiſci, vel minoris, & adhuc extet inter bona debitoris; ante omnia ſoluendum eſt pro ea pretium iuſtum, vel certè res ipſa eſt reſtituenda, quia *Leſſ.*

talis rei non eſt translatum dominium per conuentionem mutuam, & ſecutam traditionem, niſi reipſa perſoluatur pretium.

Reſpondetur ſecundò, ſi res alterius vẽdita fuerit tali debitori, & ille, nec pignus, aut fideiuſſionem dederit, nec pretium in præſenti obtulerit, nec venditor illud pro ſoluto habuerit fidens emptori, tunc, vel pretium ante omnia ſoluendum eſt, vel res eſt reſtituenda venditori, quia iure communi in hoc caſu nondum cenſetur tranſlatum dominium, etiam ſi res tradita fuerit, vt expreſsè habetur ex *Inſtit. de rerum diuiſione, §. venditæ*, & probat *Leſſius* loc. cit. ſed *num.8.*

Verum quod non eſt dubitãdum, quod ſi is, qui vendidit, fidem emptoris ſecutus fuerit, ſtatim rem emptoris fieri, tunc autem cenſetur ſequi fidem emptoris, quando ipſius nuda promiſſione contentus eſt, perinde, ac ſi pretium eſſet ſolutum, vt docent iuriſperiti, teſte *Leſſio lib.2. c.15. dub.2. num.9.* Leſſ.

Sed petes. An tunc venditor non habeat ius prælationis?

Cou. Pet. Na. Leſſ. RESpondent *Couarruuias*, *Petrus Nauarr.* & plerique alij. teſte *Leſſio* loc. cit. ſed *num.10.* non habere venditorem ius prælatio-

tio-

tionis cum trâslatum ſit dominium, fidens emptori, & cum ſit contentus nuda promiſſione, vnde venditor eſt numerandus inter creditores hypotheca carẽtes, ac proinde omnibus hypothecam habentibus eſt poſtponendus. hęc ſententia eſt valdè probabilis ait *Leſſius* loc. cit. *Leſſ.*

Sed *Caietan. Nauarr. Sylu.* & alij quos cit. & ſequitur *Leſſius* loc. cit. dicunt probabile eſſe, venditorem, ſi ab emptore fideiuſſionem, vel pignus non accepit, & res adhuc apud emptorem extet, in ea re cæteris eſſe præferendum, itaut, vel ei pretium ſoluendum ſit, vel res ipſa reſtituenda, quia valdè durum eſt, & ab æquitate alienum, vt res mea, quam à me emiſti, non ſoluto pretio, extans in ſua ſpecie aſſignetur alijs, & ego re mea ſimul, & pretio frauder, & hoc intelligitur etiam ſi venditor credat emptori, & etiam ſi intendant transferre dominium, quia non intendit ſe priuari omni iure, & recurſu ad rem ſuam, niſi reipſa ſolutum fuerit pretium, vt patet ex vſu, & communi hominum ſenſu, vt benè ait *Sanchez* loc. cit. ergo ſaltem quãdiù extat apud emptorem, cenſetur quaſi hypothecata pro pretio. *Caiet. Nau. Sylu. Leſſ. Sanchez.*

Si tamen emptor alteri vendat, non manet amplius obligata, ſicut nec pretium pro ea acceptum, vt rectè tradit *Nauarr.* *Nau.*

Leſſ. *uarr.* cit. à *Leſſ.* loc. cit. ſed *num.* 12.

Leſſ. Aduertit *Leſſius lib.* 2. *de iuſtit. cap.* 15. *dub.* 3. *num.* 13. *in reſponſion. ad* 3. quod ſi quis dedit mutuo alicui rem aliquam, & res eſt permixta cum alijs bonis debitoris, reſtituenda res eſt, vel pretium eius, cui dedit mutuo, ſi conſtet certò illam ibi cōtineri, quia æquiſſimũ eſt, vt ante omnes illi, qui eam tradidit, reſtituatur, nec alij creditores poſſunt id meritò ægrè ferre, cum debitor eius redditione non fiat impotentior ad ipſis ſoluendum, quàm fuiſſet, ſi eam non accepit, ergo prius ſoluendus eſt venditor hypotheca carens, & deinde creditor habens hypothecam.

Petes nonogeſimoprimò. An qui vouit non bibere vinum poſſit, dicere Miſſam ſine violatione voti; ratio dubitandi eſt, quia purificatio calicis fit bis cum vino.

Antequam reſpondeam.

Innoc. 3. SVppono primò, ex *Innoc. III. de celebratione Miſſarum, cap. ex parte*, cum vino calicem eſſe purificandum, vnde monet idem *Innoc.* vt vinum pro purificatione calicis infuſum ſit eiuſdem quantitatis, qua fuerũt primæ ſpecies ſanguinis, alioquin Sacerdos illud vinum ſaltem intra calicem debet circuma-

cum agere, vt abſumantur ſpecies.

Monet *Pius V. in Epiſt. ad Archiep. Tarracon. data die* 8. *Ianuarij* 1571. relata à *Vincentio Soriano p.* 1. quod ablutio debet ſumi per eandem partem calicis, per quam Sanguis Chriſti hauſus eſt. *Pius V.* *Vin. Sor.*

Ait *D. Tho.* 3. *p. q.* 83. *art.* 5. *ad* 10. quod in ſecunda purificatione, nempè quando digiti purificantur, admiſcenda eſt aqua cum vino, & patet ex *Innoc. III. lib.* 8. *c.* 8. olim hæc ſecunda oblutio non ſumebatur, ſed in locum mundum proijciebatur ex *Durando capit.* 55. *lib.* 4. ſed nunc vtramque ablutionem ſumit Sacerdos. *D. Thom.* *Innoc.* 3. *Durand.*

His poſitis.

RESpondetur, ex *Azor. lib.* 11. *cap.* 20. *q.* 7. quem ſequitur *Gauante in rubric. Miſſal. part.* 2. *titul.* 10. *fol. mihi* 117. poſſe huiuſmodi voto ligatum facere ſacrum abſque violatione voti, quia extat præceptum Eccleſię, vt cum vino purificetur calix, nec Papa inconſulto, poteſt cum aqua calix purificari, vt patet ex eodem *Gauante* loc. cit. *Azor.* *Gauante.* *Gauante.*

Petes nonogeſimoſecundò. An filiusfamilias ſub patria poteſtate conſtitutus, habeat aliquarum rerum dominium.

RESpondetur, ex communi DD. ſententia, teſte *Nauarr. in ſumma c.* 17. *num.* 141. *Nau.*

& 142. filiumfamilias habere plenum dominium in peculio caſtrenſi, & quaſi caſtrenſi, itaut tota proprietas, & vſusfructus, & adminiſtratio horum bonorum ſit penes filium.

Dicitur bonum caſtrenſe id quod à filio in bello, vel occaſione belli acquiritur, vt ſunt ſtipendia militum, prædæ ex hoſtibus, donatiua Ducis, vel commilitonum, teſtamenta, & legata occaſione belli, mobilia à parentibus, vel alijs data eunti ad bellum, vel ad obſequium Principis in Palatio, & quod in cuſtodia alicuius arcis acquiritur. Denique omnia lucra, quæ mediante aliquo contractu ex talibus bonis proueniũt.

Dicitur peculium quaſi caſtrenſe omne id quod filiusfamilias acquirit per officium aliquod publicum non mechanicum, vt Iudicis, Medici, Aduocati, Scribæ, aut Magiſtri in aliqua ſeptem artium liberalium, aut quouis alio officio publico, propter quod ſtipẽdium publicum accipit, & quod datur intuitu talis functionis, vt libri, qui dantur à parente, vel alio ei, qui profeſſurus eſt artem liberalem, & quod ab aliquo datur filiofamilias, ea lege, vt ſit tanquam caſtrenſe, ſeù, vt ipſe tantum, & non Pater habeat vſumfructum, & quod datur liberalitate Principis.

Denique dicitur peculium quaſi caſtrẽ-

ſe

ſe omne id, quod clerici ſuo officio clericali, aut ſuis beneficijs Eccleſiaſticis acquirũt.

Petes nonogeſimotertio. Quædam mulier Meretrix, dum fuit in lupanari expoſita ad peccandum cum omnibus perſonis, laborabat morbo gallico, & à ſingulis, cum quibus rem habebat, fuit requiſita, an erat infecta aliquo morbo contagioſo, & ipſa ſemper reſpondebat, non eſſe infectam huiuſmodi morbo, & eſſe prorſus ſanam. Quæritur an duplex peccatum commiſerit læthale, vnum contra continentiam, aliud contra charitatem, & iuſtitiam, & an dicta Meretrix teneatur ad reſtitutionem damni, puta illud quod potuit prouenire ex infirmitate orta ex copula quam habuit cum Amaſio non laborante morbo contagioſo, & ipſa tali morbo affecta?

RESpondetur, ex meis placitis, eiuſmodi Meretricem duplex peccatum commiſiſſe, nempè vnum contra virtutem cõtinentiæ, aliud contra charitatem, & iuſtitiam, puta quia tenebatur etiam euitare damnum corporale proximi, dum ab illo fuit requiſita, & ipſa dixit mendatium, ſed non teneri dico, ad reſtitutionem; & ratio mihi eſt, quia frequenter accidit in eiuſmodi fœminis reperiri huiuſmodi morbum, & ipſe fornicarius ſcire debebat, dum requiſiuit copulam à fœmina commorante

in

in lupanari, ſe periculo exponere incidendi in tale morbum ſi rem habet cum illa, nec veriſimile eſſe, vt dictæ fœminæ infames dicant veritatem, cum peccatum fornicationis committant propter lucrum, vnde ſi aperirent veritatem nullus homo copulam cum ipſis haberet.

Secus eſt dicendum, quando quis haberet copulam cum fœmina non expoſita ad peccandum.

Nam tunc dico, teneri ad reſtitutionem eiuſmodi fœminam, ſi dixit fornicario non laborare morbo contagioſo, dum fuit ab illo, de hoc requiſita, & re vera, laborabat dicto morbo.

Hunc caſum apud nullum auctorem reperi, & idcirco me ſubijcio doctiori, ac prudentiori iudicio.

Petes nonogeſimoquartò. An eſſet abſoluendus, qui ſine cauſa præberet confeſſario peccata ſua ſcripta, & de illis, illo præſente, ſe accuſaret.

Suar. *D.Thom.* *Laym.* RESpondetur primò, ex *Suarez in 3. par. tom. 4. diſp. 20. ſect. 3. num. 5. & D. Thom. quodlib. 1. art. 10.* quem ſequitur *Layman tract. 6. de ſacram. pœnit. c. 5 num. 2.* confeſſionem ſacramentalem abſolutè, & ſecundum eſſentiam, conſiſtere poſſe in quocunque ſigno ſcili-

Digitized by Google

ſcilicet accuſatiuo in ordine ad claues.

Verum adeſt traditio Eccleſiæ, & conſuetudo declarat, confeſſionem peccatorum faciendam eſſe, vocis ſermone, ſi pœnitens loqui poſſit.

DD. verò cit. ab eodem *Layman* excipiũt multos caſus in quibus eſt licita confeſſio per ſcriptum modò fiat, præſente confeſſario, & ab illo obtineatur abſolutio poſtquã legit ſua peccata, qui pœnitens debet eſſe præſens confeſſario, dum confeſſarius legit peccata, & abſoluit, & ſignis fateatur ſe accuſare in ordine ad claues. *Laym.*

Primus caſus, in quo eſt licita confeſſio per ſcriptum, eſt quando puella, quæ maxima verecundia peccata ſua explicare non valeat.

Secundus caſus, ſi ægrotus per gutturis angorem confiteri abſolutè voce poſsit, ſed vix, atque ægrè poteſt voce confiteri peccata, ſed facilè per ſcriptum poteſt.

Tertius caſus eſt, ſi pœnitens mutus ſit, tamen ſcribere poteſt peccata.

Hinc

INfertur extra neceſsitatem, qui confiteretur per ſcriptum, peccaret mortaliter, quia mutaret conſuetudinem Eccleſiæ in re graui. ita DD. communiter. teſte *Diana to. 2. tr. 4. miſcell. reſol. 127.* *Diana.*

Dicit verò *Suarez* loc. cit. non eſſe pecca- *Suarez.*

tum

tum mortale,ſed tantum veniale,ſi quis in tota confeſſione, vnum peccatum mortale per ſcriptum explicaret confeſſario ſine cauſa,ex leuitate materiæ.

Villalob. *Villalobos in ſumma tom.1. tract.9. difficult.31. num.1.* ſic cit.à *Diana* loc. cit. abſolutè docet quod qui ſine cauſa per ſcriptum confiteretur peccata, graue peccatum veniale cõmicteret,quę doctrina intelligi debet quãdo fit coram confeſſario,& non aliter.

Petes nonogeſimoquintò. An Sacerdos ferens infirmo communionem, ſi ei dicat velle reconciliari, & in reconciliatione inueniat illum, multas confeſſiones inualidas feciſſe, quid facere debeat confeſſarius?

Zambra. *Granado.* *D.Thom.* *Diana.* RESpondetur, ex *Zambrano de ſacram. pœnit.cap.4.dub.6.num.6.& 7.& Granado de ſacram.in 3.p.D.Thom.contract.7.tract.9. diſp.5. ſect.3.num.20.* ſic cit.à *Diana tom.5.tract.de caſibus occurrentibus tempore mortis,reſol.75.* quod confeſſarius, ſi videt infirmitatem periculoſam, vt meritò poſſit timeri mors, ſi confeſſio,& abſolutio differũtur in aliud tempus,debet facere diligentias aliquas, audita confeſſione per dimidiam horam, & craſſa accuſatione,& deinde eum abſoluere,& dicere debet,pęnitenti,vt iterum vocet eum,

ſi

ſi non moriatur interim, nempè dum deſert Euchariſtiam ad Eccleſiam, vt perficiat integram confeſſionem, & pœnitens debet ſumere occaſionem alicuius negotij, agendi cum prædicto cōfeſſario; Ratio eſt, quia ſubuenitur infirmo abſolutione ſacramentali, & euitatur ſcandalum probabiliter præſumptum, nam ſcādalum eſſet ſi ægrotus non communicaret, vel ſi longiſſimo tempore expectarent comitantes ſacramētum. Si autem infirmitas non eſſet ita periculoſa, & confeſsionem per dimidiam horam integrè fieri poſſe tolerabiliter non ſperatur, tunc curet confeſſarius, vt faciat ægrotus actum contritionis, & det ei Euchariſtiam, monens illum de obligatione, quam habet integrè confitendi, eo, vel ſequenti die, auerſito confeſſario, prætextu alicuius negotij, quia tunc eſſet ſcandalum ſi non communicaretur, & ex alia parte eſt minus inconueniens communicare ſine confeſsione præmiſſa, quàm ea facta præproperè, & non integrè. ita DD. ſupracitati.

Ratio mihi eſt in primo caſu, quia integritas materialis confeſsionis, eſt præceptū purum diuinum, euitatio verò ſcandali eſt præceptum diuinum naturale, ergo hoc debet præualere.

Ratio præterea mihi eſt, cur quando infirmus eſt morti proximus ſit excipienda

non

non integra confeſsio à confeſſario, & impendenda ſit abſolutio, & non ſit audienda confeſsio, neque impendenda abſolutio à confeſſario, quando infirmitas ægroti non eſt periculoſa, quia quando infirmus eſt morti proximus ſatis ei ſuffragatur abſolutio ſacramentalis, ne decedat ſine illa, ſed quando infirmitas ægroti non eſt ita grauis non eſt periculum, vt moriatur ſine abſolutione, nec eſt tanta neceſsitas, itaut ſit licita non integra confeſsio, nam quoad communionem, videtur ſatis, ad euitandum ſcandalum comitãtium ſacramentum contritio, cum intentione quamprimum ſubijciendi clauibus ſua peccata.

✠

De

De ſcientia Confeſſarij.

QVAESTIO I.

Qua ſcientia debet eſſe præditus Sacerdos ad hoc, vt ſit idoneus ad excipiendas confeſſiones.

Antequam reſpondeam.

SVppono, nullum poſſe licitè iudicium exercere in aliqua cauſa graui, neque ad hoc munus iuſtè deputari, aut eligi, niſi habeat ſcientiam proportionatam ad ferẽdum æquum iudicium, quia aliàs exponit ſeeuidenti periculo errandi, ergo multo magis in hoc iudicio hoc eſt neceſſarium; nam eſt grauiſsimum, & de re valdè difficili, & oſcura, ſcilicet conſcientia hominis, in qua etiam error eſse poteſt maioris periculi, & incommodi, & in hoc cõueniunt omnes DD.

His poſitis.

REſpondetur, ex *Suarez tom.4. 3.part. diſput.28 ſect.2.num.2.* Primò, confeſſarium debere ſcire diſcernere peccatũ mortale à veniali, non ſolum ſpeculatiuè, ſed practicè, & quantum ad an ſit, vt *Caiet.* cit. à *Suar.* dixit. *Suar.* *Caiet.* *Suar.*

Ve-

Verum non tenetur confeſſarius in particulari audito quolibet peccato explicitè iudicare eſſe mortale, aut veniale, ſed ſatis eſt, vt audiat, & intelligat peccatum commiſſum licèt non poſsit omninò determinatum ferre iudicium, nam in hoc viri doctiſsimi laborant; ſed ſatis eſt, vt communi, & ordinario modo, de his valeat ferre iudicium; atque idem dicendum eſt de ſpeciebus peccatorum, & circumſtantijs neceſſarijs, & in vniuerſum de omnibus, quæ per ſe ſpectant ad integritatem confeſsionis. ita Suarez loc. cit. *Nauarr. cap. 4. num. 9. Vaſquez q. 93. art. 3. dub. 1. Sylu. verb. confeſſor 3. quæſit. 9. num. 13. Reginald. lib. 1. num. 146. & Bonac. tom. 1. diſp. 5. q. 7. punct. 4. §. 2. num. 12.*

Suar. Nau. Vaſq. Sylu. Reginal. Bonac.

Secundò, debere ſcire cōfeſſarium, quid neceſſarium ſit, vt pœnitens ſit ſufficienter diſpoſitus ad abſolutionem, tàm ex parte doloris, quàm ex parte propoſiti; quia alias non poteſt ſcire, an iuſtè abſoluat nec ne: quapropter non ſolum neceſſe eſt, vt ſciat, quæ ſint de ſubſtantia huius ſacramenti, ſed etiam quæ ſint neceſsaria, vt pœnitens ſit dignus abſolutione, ſiuè hæc in illis includantur, ſiuè non, quia non ſolum tenetur ferre ſententiam validam, ſed ēt iuſtā: nec ſolum debet facere ſacramentum validum; ſed etiam non dare Sanctum Canibus. & ob hanc cauſam oportet, vt ſciat cognoſce-

re

re ſtatum conſcientiæ pœnitentis, & an ſit in proxima occaſione peccandi, & ſimilia. ita *Suarez* loc. cit. Suar.

Tertiò neceſſarium eſt, vt ſciat confeſſor, quandò ex peccato oriatur obligatio reſtituendi, vel alia ſimilis: quia oportet, vt moneat pœnitentem, & ab illo debitam ſatisfactionem, vel ſaltem propoſitum eius requirat. ita *Suar.* loc. cit. Suar.

Quartò, ſcire debet confeſſarius caſus reſeruatos, vt ſciat quid poſſit abſoluere, necnon excommunicationes, quas ipſo facto incurrunt pœnitentes; ita *Suarez* loc. cit. ſed addo ego ſaltem teneri ſcire confeſſariũ excommunicationes latæ ſententiæ quas ipſe confeſſarius non habet poteſtatem abſoluẽdi, alioqui nullus homo eſſet idoneus ad confeſſiones excipiendas, cum excommunicationes in corpore iuris ſint ferè innumerabiles.

Addo præterea, quod excommunicationes in corpore iuris ſunt aliæ nemini reſeruatæ, & aliæ ſunt iure Canonum ſolum Epiſcopo reſeruatæ, quarum abſolutio cõceditur ab Epiſcopis, & tribuitur facultas abſoluendi cuilibet Sacerdoti ab ipſo approbato ad confeſsiones audiendas regulariter, vt eſt Neapoli, & conſequenter, ſemper remanent abſolutæ, quando confeſſarius antequam proferat abſolutionem à

Mm pec-

peccatis præmictit, abſolutionem ad cautelam reſpectu cenſurarum. vt communiter eſt in vſu apud confeſſarios.

Præterea dictæ excommunicationes regulariter ignorantur ab hominibus indoctis, & conſequenter non incurrunt eas, cum laborent inuincibili ignorantia; Suppoſita probabiliſsima DD. ſententia, quod quando quis ignorat inuincibiliter cenſuram, licèt ſciat peccatum, ſed non annexum cenſuræ, non incurrit cenſuram licèt à parte rei, illud peccatum mortale quod commiſit erat annexum cenſuræ. vt ſupra retuli dictam opinionem DD.

Quantum verò ad irregularitatem debet confeſſor ſcire irregularitates ſi excipit confeſſiones Clericorum, tunc enim oportet, vt admoneat pœnitentem ſi fortè irregularis ſit, quomodo in adminiſtratione ſui muneris, vel ordinis ſe gerere debeat. quod quidem per ſe loquendo verum videtur, niſi fortaſſe pœnitens ſit ita doctus, vt poſſit confeſſor hanc curam illi commictere,
Caiet. vt notauit *Caiet.* cit. à *Suar.* loc. cit. quem ip-
Suar. ſe *Suarez* ſequitur.

Addunt omnes DD. teſte *Suarez* loc. cit. non ſemper oportere, vt confeſſor per ſeipſum poſſit hæc omnia diſcernere, ſed ſatis eſſe, vt intelligat ea, quæ frequentius accidunt, & de alijs dubitare ſciat; quia ho-

ſatis

ſatis eſt, vt iuſtè, & dignè ſuo munere fungatur, ad quem finem tota hæc obligatio ordinatur: nam ſi dubitat, poteſt legendo, vel alios conſulendo, ſemper in particulari ſcire ꝙ oportuerit: nec poſſumus maiorem obligationem imponere; aliàs vix aliquis erit, qui poſſit confeſſiones audire.

Addunt præterea DD. teſte *Suar.* loc. cit. quod habenda eſt ratio locorum, & perſonarum, multò enim maior ſcientia requiritur in vno loco, quàm in alio, & reſpectu vnius perſonæ, quàm alterius. Vnde etiam fit multo aliter loquendum eſſe de illo, qui ex officio expoſitus eſt ad audiendas omnium confeſſiones, quam de illo qui diſcernit perſonas, & non omnium confeſſiones audit: ille enim qui ex ſe expoſitus eſt ad iudicandum de quibuſcunque peccatis, & obligationibus, maiori ſcientia indiget, quã alius, qui tantum audit cõfeſſiones eorum, quos probabiliter credit non habere caſus, qui multam ſcientiam requirant, vt rectè docet *Suarez* loc. cit. *Suar.*

Addit denique *Caiet.* cit. à *Suarez* loco cit. *Caiet.* quem ipſe ſequitur facilius poſſe aliquem audire hominem doctum, & illius ſcientia *Suar.* iuuari, quam indoctum: quia confeſſor poteſt, & debet fidem adhibere penitenti ſe accuſanti, & excuſanti: & ideo ſi eſt homo doctus, poteſt iudicio eius ſtare, & ab illo

Digitized by Google

inſtrui non minus,quàm ab alio. Quo circà in hoc negotio de ſcientia confeſſoris, potiſſimum eſt attendendum in particulari, quando huius, vel illius confeſſionem audit,vt ſcientiam habeat,quæ reſpectu huius perſonæ ſufficiens iudicatur, moraliter loquendo:& ſi hoc in ſingulis confeſſionibus obſeruet, erit ſecurus in conſcientia, quantum attinet ad hoc munus audiendi confeſſiones:præſertim quando aliquis non aſſumit ſpecialem obligationem, qua ex officio ſacramẽtum hoc adminiſtrare tenetur, quando enim hanc aſſumit, oportet, vt habeat ſciẽtiam ſuo muneri proportionatam, vt eſt in Epiſcopis,Parochis,& Eccleſiæ Paſtoribus.

Vltimò,his adiungi poteſt, etiam prudentiam neceſſariam eſſe in Sacerdote, vt ſit idoneus miniſter huius ſacramenti, & quatenus iudex, & maximè quatenus eſt Medicus, qui conuenientem medicinam à peccatis adhibere debet, vt expreſsè traditur in *c.omnis vtriuſque ſexus*. In rigore verò illa prudentia ſufficit, per quam debito modo applicentur principia ſcientiæ, & ad diſponendum pœnitentem, vt pro præſentibus peccatis ſatisfaciat, & ad remedium adhibendum, ne in ſimilia iterum incidat.

Ex his.

Sequitur primò,grauiter peccare Sacerdo-

do-

dotem, qui ſcienter ſe ingerit huic miniſterio abſque ſufficiente ſcientia.

Sylu. verò, & alij DD. cit. à Suarez loc. cit. excipiunt caſum extremæ neceſsitatis: nam tunc quilibet Sacerdos, quamtumuis ignarus, licitè abſoluit. Hoc intelligitur, modo ſciat materiam, & formam huius ſacramenti, & diſpoſitionem neceſſariam pœnitentis ad recipiendam abſolutionem. Sylu. Suar.

Cum captiui commorantur inter infideles, tunc licitū eſt eis adire confeſſarium ignarum, & ipſe confeſſarius non peccat audiendo eorum confeſsiones, dum deficit copia aliorum confeſſorum doctorum. ita DD. cit. à Suar. Suar.

Sequitur ſecundò, grauiter peccare Epiſcopum, vel Superiorem, qui alicui Sacerdoti iuriſdictionem in hoc foro committit, qui non habet ſcientiam proportionatam huic muneri. ita DD. communiter affirmant.

Sequitur tertiò, eadem proportione, pœnitentem habentem facultatem ad eligendum confeſſorem, grauiter peccare eligendo confeſſorem ignorantem reſpectu ipſius, quia eligit indignum, & alium inducit ad id quod non poteſt licitè facere, & ſuæ conſcientiæ non ſufficienter prouidet.

Hoc autem intelligēdum eſt per ſe: nam

Digitized by Google

ſi bona fide illum eligat, quem puat eſſe ſufficientem, quia eſt communiter expoſitus, & approbatus, facilè poterit à culpa excuſari.

Non tamen ſatis erit illa exterior approbatio, & expoſitio, ſi alioquin pœnitenti moraliter conſtet ſcientiam illius Sacerdotis reſpectu conſcientiæ ſuæ non eſſe ſufficientem, quia veritas præferenda eſt præſumptioni.

Petes primò. An ignorantia reddat Sacerdotem prorſus inhabilem, ita ut abſolutio ab eo data nullius momenti ſit?

Suar. RESpondetur, ex communi DD. ſententia. teſte *Suarez* loc. cit. quod ſi ignorantia tanta ſit, vt neſciat etiam abſolutionem proferre, vel cognoſcere regulariter moralem actum etiam ſub communi ratione peccati mortalis, aut venialis, ſecundum generalem eorum rationem, ac diſtintionem, reddere actum nullum: quia talis homo nō poteſt humano modo exercere hoc miniſterium: vnde potius illa poſſit dici impotentia quædam, quam ignorātia: quia ille homo non poteſt intendere verba abſolutionis proferre, nec cauſa ſuæ conſcientiæ examinare.

Verum hoc genus ignorātiæ rariſsimum eſt,

eſt, & ferè impoſsibile in eo, quia ratione vtitur, & in Eccleſia verſatur, vultque confeſsionem audire.

Sed difficultas eſt, quando ignorantia eſt de diſtinctione peccatorum in ratione venialis, & mortalis, aut in alijs circumſtantijs, aut rebus omnino neceſſarijs.

Reſpondent *Richardus, Antoninus, Sylueſt.* & alij cit. à *Suarez* loc. cit. non eſſe validam confeſsionem, atque iterandam eſſe. *Riccard. Anton. Sylu.*

Sed *Gabriel, Adrianus, Medina,* & alij cit. à *Suarez* loc. cit. quos ipſe ſequitur docent eſſe validam eiuſmodi confeſsionem, quia ex parte pœnitentis interuenit integra confeſsio, & ex parte Sacerdotis interuenit aliqua cognitio, & perceptio illius, quæ licèt non ſit exacta, tamen eſt ſufficiens, vt cognoſcat illam eſſe materiam ſufficientem huius ſacramenti. *Suar. Gab. Adr. Med. Suar.*

Petes ſecundò. An peccet confeſſarius ſi dum audit confeſſiones, ipſi ſit conſcius peccati mortalis?

Reſpondetur, ex *Suarez tom. 3. par. diſp. 28. ſect. 1 num. 3.* affirmatiuè, nempè peccare; hæc ſunt formalia verba Suarez, [Cum hoc ſacramentum, ac miniſterium eius inchoetur in ipſa confeſsione pœnitentis de- *Suar.*

Digitized by Google

bere Sacerdotem ad totum illud miniſterium accedere bene diſpoſitum, & in ſtatu gratię; quia totum illud eſt ſacramēti opus: ac proinde malè facere Sacerdotem, qui in peccato mortali confeſsionem alterius audit ſpe habendi contritionem priuſquam abſoluat: nam, & facilè poteſt ſe exponere periculo non habendi contritionem: & quod caput eſt, in malo ſtatu exercet magnam partem huius ſacri miniſterij.] Vnde non dubito quin hoc ex genere ſuo graue peccatum ſit, in indiuiduo autem id iudicandum erit iuxta circumſtantias, & materiæ grauitatem.

Nam ſi quis aliqua neceſsitate compulſus inciperet in eo ſtatu confeſsionem audire bona fide, & animo habendi contritionem quamprimum poſsit, antequam abſoluat, & in hoc poſtea moralem diligentiam adhibeat, facilè credo, poſſe excuſari, ſaltem à culpa mortali: immo aliqui addunt, ſi tanta ſit neceſsitas pœnitentis, vt non poſsit confeſſor attendere ad propriam contritioné, & diſpoſitionem, vt illi ſtatim ſubueniat, excuſari poſſe à nouo peccato, etiamſi in ſtatu peccati mortalis abſolutionem tribuat: quod erit fortaſſe verum per accidēs, & ex inaduertentia; tamen ſi Sacerdos aduertat, numquam id eſt moraliter admittendum; quia interior contritio breuiſsi-

Digitized by Google

mo tempore haberi poteſt, adeò, vt dum incipit proferri forma, perfici poſsit interior conuerſio ad Deum, & ſine magna difficultate adiungi poſsit cum externa actione: eo, vel maximè, quod dum Sacerdos vocatur, & accedit ad pœnitentem, vel pœnitens ad ipſum moraliter ſemper interuenit ſufficiens mora, ſi aduertentia non deſit; hæc *Suarez*. Suar.

Petes tertiò. Quomodo ſe gerere debeat confeſſarius, ſi difficilis caſus accidat in confeſſione, quem ipſe nequeat ſtatim diſſoluere, ſed indigeat maiori indagine, aut conſilio virorum ſapientum, confeſſarius autem non poſſit tunc temporis conſultationem capere, aut ſufficientem inquiſitionem adhibere.

RE ſpondetur, confeſſarium poſſe abſolutionem impendere, ſi pœnitens promittat ſe facturum, quod iudicatum fuerit: pœnitens enim in tali euentu cenſetur ſufficienter diſpoſitus ad beneficium abſolutionis recipiendum. ita *Nau. c. 26. n. 3. Syl. verb. confeſſio 3. nu. 12.* Henriquez, *Angelus, Coninchus*, & alij cit. à *Bonac. tom. 1. diſp. 5. q. 7. num. 12.*

Nau. Syl. Henriq. Angel. Coninch. Bonac.

Digitized by Google

Petes quartò. An poſſit confeſſarius impendere abſolutionem, quando eſt dubius, an habeat facultatem abſoluendi aliquod peccatum.

RESpondetur, poſito rationabili dubio, an habeat autoritatem abſoluendi aliquod peccatum, grauiter peccat ſi abſoluat, antequam conſilium capiat à ſapientibus, vel antequam libros reuoluat ad rei veritatem indagandam. ita *Henriquez lib 6. c.26. nu.1. Suarez, Vaſquez, Nau.* & alij apud *Bonac.* loc. cit. ſed *n.8.*

Henriq. Suarez. Vaſq. Nau. Bonac.

Petes quintò. An poſſit licitè aliquando confeſſarius proferre verba abſolutionis abſque intentione abſoluendi.

RESpondetur, ex *Sancio in ſelectis diſp.35. num.7.* & citat *Ludouicum de S. Ianne 1 p. Summæ tract. de Eucharistia, q.7. art.8. difficult.4. fol.167.* poſſe confeſſarium proferre verba abſolutionis abſque intentione abſoluendi, ob fugiendam mortem ſibi minatam à penitente ſi non abſoluat, tunc enim iuxta adeſt cauſa ad vtendum æquiuocatione; quam opinionem refert *Diana tom.2. tract.6. miſcellan. reſol.83. verſic. Notandum*, cui non contradicit, & videtur eam ſequi.

Sanc. Ludo de S. Ioan. Summæ. Diana.

Addit præterea idem *Sancius* loc. cit. ſed

Sanc.

nu.

nu.8.hæc formalia verba. [Imò ſi ſcrupuloſus quis anxiè petat abſolutionem, videat tamen confeſſarius vſu rationis, aut materia carere ad eam impertiendam, poterit ob ſolatium ſcrupuloſi verba abſolutionis proferre abſque intentione abſoluẽdi, dum alia via prolationem cauere non poſſet, vt ſi ſcrupuloſus linguam calleret latinam, attentuſque eſſet, an verba abſolutionis proferentur, vel non.

*L*imito ego primum caſum, niſi quis minaretur mortem alicui in contemptum fidei, nam tunc potius confeſſarius debet ſubire mortem, quam impendere abſolutionem etiam, abſque intentione abſoluendi.

FINIS.

VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA IN ROMA

Ad

Digitized by Google

Ad laudem Deiparæque Ma-
riæ, ac D. Carolo.

Digitized by Google

INDEX
Rerum notabilium, quæ in hoc opere continentur.

A

ABſoluendus, an ſit qui ſine cauſa præbeat peccata ſua ſcripta confeſſario, tit. de miſcell. ver. petes 94. fol. 538.

Abſoluendus, an ſit ſub conditione moribundus quando dubitatur, an ſigna elicita pœnitentiæ ſint in ordine ad confeſſionem, vel ſint orti ex anguſtia mortis, tit. de prud. conſ. verſ. pet. 3. f. 94.

Abſoluere, an poſſit confeſſarius moribundum, qui in eius abſentia fecit ſigna pœnitentiæ, aliquo hoc teſtante, & quot teſtes ſint ſatis, & an ſufficiat teſtis infidelis, tit. de prudentia confeſſarij, verſic. pet. 3. & petes 5. f. 95.

Abſoluere, an poſſit moribundum ſimplex Sacerdos, non ſolum in articulo mortis, ſed etiam in periculo probabili mortis, tit. de prudentia confeſſarij, verſ. pet. 6. f. 96.

Abſoluere, an poſſit in articulo mortis ſimplex Sacerdos non approbatus à mortalibus non dum confeſſis, præſente approbato, tit. de prudentia confeſſarij, verſ. dubium eſt, f. 97.

Quid dicendum ſi ſimplex Sacerdos incæpit confeſ-

ſio-

ſionem, & interim ſuperuenit approbatos, ibidem, ſed verſ. quid.

Abſoluere, an poſſit Epiſcopus peregrinum breui tempore commorantem in ſua diœceſi à caſibus occultis Romano Pontifici reſeruatis, virtute Trident. tit. eod. verſ. 13. pet. ſ. 106.

Abſolui, an poſſit ignorans contenta in ſymbolo, titulo de prudentia confeſſarij verſiculo petes 3. ſol 33.

Abſolutio, an danda ſit aliquando ei, qui nutibus tantum quærit à confeſſario abſolutionem, tit. de prudentia confeſſarij, verſ. pet. 1 & pet. 2. ſo. 92. & 93.

Abſolutio in articulo mortis cur imponatur onus ſe præſentandi coram ſuperiore tranſacto articulo mortis, tit. de prudentia confeſſarij, verſic. 12. pet. ſol. 104.

Abſolutus in articulo mortis ab excommunicatione, ſi ſatisfecit parti læſæ, an teneatur comparere coram ſuperiore, tit. de prud. conſ. verſic. petes 11. ſol. 104.

Abſolutus in articulo mortis à reſeruatis, an teneatur comparere coram ſuperiore, & quid dicendum ſi peccata erant annexa excommunicationi, tit. de prudentia confeſſarij, verſic. difficultas eſt, & verſic. ſed dubium eſt. ſ. 90. & 91.

Abſolutus in articulo mortis ab excommunicatione virtute alicuius priuilegij, iubilæi, vel bullæ cruciatæ, vel ab eo, qui extra articulum mortis facultatem habeat abſoluendi, an tranſacto periculo, te-

neatur ſe præſentare.tit.de prudentia confeſſ.verſ. hinc primo colligitur, ſol. 105.

Abſolutus in articulo mortis ab excommunicatione, ſi tranſacto periculo, non ſe præſentat an incidat in eandem cenſuram qua erat innodatus; & an requiratur nouum peccatum ad incurrendam cenſuram.tit.de prudentia confeſſarij, verſic.ſecundo colligitur, & verſic. verum tamen eſt, ſol.105. & 106.

Aduertentia, quæ ſit neceſſaria ad committendum peccatum mortale, tit. de prudentia confeſſarij, verſic.reſpondetur à Sanchez, in corpore reſponſionis ſol.15.

Aduocatus, probabiliori relicta, poſſit conſulere, ſecundum opinionem probabilem, in cauſa ſanguinis, vel amiſſionis omnium bonorum, tit. de miſcell.verſic.quæritur 3. ſol.361.

Aduocatus, an poſſit patrocinari non ſolum in cauſa probabili ſed etiam in cauſa dubia, tit.de miſcell. verſic.quærit.4.ſ.362.

Adultera, quæ prolem ſuſceptam ex adulterio marito ſuppoſuit ad quid teneatur, tit.de miſcell. verſ. pet.44.ſ 453. vſque ad ſ.460.

Adultera, an teneatur cum detrimento ſuæ famæ reuelare filium adulterinum, vt ille excludatur ab hæreditate, tit.de miſcellan.verſic.pet. 45.ſ.460. vſque ad ſ.462.

Adultera mater ſi dicat filio ſe eſſe illegitimum, an filius credere teneatur, & relinquere hæreditatem, tit.de miſcell.verſ.pet.50.ſ.469.

Adul-

Digitized by Google

Adultera, an teneatur iure naturæ educare filium illegitimum, tit. eodem, verſic. præterea ipſa adultera ſ 470.

Adulterà, quomodo ſe gerere debeat quando eſt dubia, an proles quam genuit, ſit adulteri, an viri ſui, tit. de miſcell. verſic. pet. 51 ſ. 471.

Adulterinus filius, an teneatur credere matri dicenti eum eſſe illegitimum, & abſtinere ab hæreditate, tit. de miſcell. verſic. pet. 46. ſ. 462.

Adulter, an teneatur aliquid reſtituere marito adulteræ pro iniuria ſi partus non ſit ſecutus, tit. de miſcell. verſ. pet. 47. ſ. 463.

Adulter, an teneatur facere aliquam reſtitutionem pro damnis ſubſequutis ex adulterio, marito, vel hæredibus legitimis, quando filius inde genitus inter filios legitimos supponitur, tit. de miſcellan. verſ. pet. 48. ſ. 464 vſque ad ſ. 467.

Adulter, quando agnoſcit eſſe ſuam prolem, & ſine famæ, vel vitæ periculo poteſt reſtituere damna illata viro adulteræ, & filijs legitimus ratione ſpurij, nec conſuluit, vt illum adultera viro ſupponeret, an teneatur aliquid reſtituere filijs, aut patri putatiuo, tit. de miſcell. verſic. ſed difficultas ſol. 467.

Adulter, an teneatur credere adulteræ dicenti prolem, quam genuit eſſe ſuam, tit de miſcell. verſic. pet. 49 ſ. 468.

Affinitas, an contrahatur ex congreſſu ſpadonum, tit. de prud. conſ. verſ pet. 3. ſ. 173.

Affinitas, an contrahatur ex quacunque pollutione,

extra

extra vas legitimum, tit. de prud. conſeſſar. verſ. pet. 4. fol. 173.
Affinitas, an oriatur ex copula ſodomitica, tit. de prudent. conſ. verſ. pet. 5. f. 174.
Ad affinitatem contrahendam, an ſit ſatis, ſi virile ſemen extra vas quacunque arte, vel matrice fœminea illud attrahat, & in vas fœmineum ſubintret, titu. de prudentia conſeſſar. verſicul. petes 6. fol. 174.
Affinitas, an oriatur ex copula illicita, & quoto gradu, titu. eodem verſic. petes 7. & 8. fol. 174. & 175.
Quid dicendum poſt contractum matrimoniū, ibidē.
Affinitas, an contrahatur, ſi quis rem habet cum propria conſanguinea, & quoto gradu incurrat peccatum inceſtus, titu. de prud. conſeſſar. verſic. pet. 9. fol. 175.
Ad affinem ſuæ vxoris in ſecundo gradu quis ſcienter acceſſit, ignorabat tamen prohibitionem petendi debitum, an egeat diſpenſatione ad petendum debitum, tit. de prudentia conſ. verſic. petes 10. fol. 176.
Amentium curam gerentes, an peccent ſi die feſto de præcepto non efficiant, vt Miſſæ aſſiſtant, titulo de prudentia conſeſſar. verſ. quær. 8. f. 366.
Amentium curam gerentes, an peccent, ſi diebus prohibitis efficiunt, vt carnes comedant, tit. de miſcellan. verſiculo quæritur nono, f. 366.
Quid dicendum de ebrijs, ibid.
Amentium Domini infidelium, an peccent ſi efficiāt,

ut exerceant ſeruilia in feſtis, quid dicendum de infantibus, tit. de miſcellan. verſic. quæritur 10. fol. 367.

Articula fidei, quæ ſunt neceſſaria, neceſſitate medij, tit de prudentia confeſſarij, verſic. pet. ſecundo fol. 3[illegible]

B

BAptizatus adultus ſub conditione, an teneatur peccata iam confeſſa antequam recepit baptiſmum ſub conditione iterum ſubijcere clauibus, tit. de prudentia confeſſarij, verſic. petes primo, fol. 147.

Baptizatus adultus ſub conditione, an teneatur confiteri illa peccata non dum confeſſa, titu. de prud. confeſſarij, verſ. pet. 2. f. 147.

